



2 400 40  MADE IN SPAIN




*Handwritten:* P-12,612

# P. VIRGILIVS

## M A R O,

Et in eum Commentationes, &  
Paralipomena GERMANI  
VALENTIS GVELLII, PP.



*Eiusdem Virgilij Appendix, cum Josephi Scaligeri auctoris Danatij  
Commentariis & castigationibus. *Just. Soc. f. missus**

*Labore*

*Absque*



*Nihil  
Joan. Bapt. Amore*

ANTVERPIÆ,  
Ex officina Christophori Plantini,  
Architypographi Regii.  
M. D. L. X. X. V.





ADELISABETHAM  
AVSTRIAM AVGVSTAM,  
GALL. REGINAM, TVM IN GAL-  
LIAM ADVENTANTEM.

**S**IC te, *nympha*, ad nos non incommitata tulisti,  
Sic per bella *Themis* profugā, *Astra* amq̄ reducis,  
Et tua oliuiferis *Pallas* iuga flectit habens,  
Nec tardi plaustrum curas reuocata *Boöta*,  
Gratia circumstatq̄ comes te pronuba *virtus*,  
*Magnanimū* & satagens regum *Deus* aethere ab alto  
Annuat, atque oculis patrum pia vota secundat,  
*Plebs* innato apibus exercita regis amore  
Te sobolem cupide, te, si quis restat *Arion*,  
Te *lyra* subsidio *Delphinem* naufraga poscit,  
De *Cressa* & *delphine* ratis duce dictus *Apollo*,  
*Germana* officiumq̄ in tantos excitat ortus.  
Sic *Gallis* verè nimium sua fata canebant  
Externam aduentare nurum, sed stirpis honorem  
Ducentem antiquo nostra de nomine gentis,  
*Ferrea* felici quæ sacra recuderet auro,  
*Loricamq̄* fluente toga mutaret *Iberam*,  
*Cæsare* digna parente, & tanto coniuge sola.  
*Oracla* & *sancti thalami* rata fœdera sunt,  
*Lilia* nullius metuumto sideris ictum  
Mixta rosa, aut amo diuelli florea texta:  
Regio at *unanimis* regnato in corde *Cupido*,  
*Fœdere* conflatusq̄ aquo pulcherrimus ignis,  
Et magis atque magis generoso in pectore gliscens,  
Atque utrinque animis glomerans incendia victor  
(*Exetura* mixtim *uultus* referente parentum)  
*Clarum* inflammato inuicti certamen amoris,  
Esto coniuncta demum concordia mentis,  
*Nausicîa* qualem optauit seruatus *Vlysses*,  
Teq̄ *uir*, *populi*, *prolis* studia aqua sequuntor,

Narrificæ matrem qua circumfusa fovebant,  
Sequana ut in teneris lymphis obliuia Rheni  
Longa bibas, loti indigena & capiare sapore.  
Hæc tibi, nymphea, precans, audax ignota saluto  
Nemina, veridicæ sequor præconiâ fama.  
Tam teneræq; tibi virtutem atate paratam,  
Et quas fuderunt iam tum cunabula lauros.  
His fruitor, propriumq; decus dotale teneto  
Virtutis, quæ virginis inoleuit in annis,  
Gratius angusta miscens consortia forma:  
Tuq; adeo, nymphea, aut si vis mihi Musa vocari,  
Ipsa licet propria conscendas sidera fama,  
Si mea nominibus prodest industria magnis,  
In libris agnosce meis tibi regna futura,  
Et votis assuesce novis, nec munera nostra  
Respice, calitibus mica saliente litatur,  
Et diu accenso sunt grata Palilia fœno  
Annua: prætexti pars en ego parua Senatus,  
Pieriq; chori, germanarumq; tuarum,  
Fura edera & tumidus fora conspersisse corymbis,  
Iudocilis cuiquam immeritas affingere laudes,  
Reddere nutrici vel talia præmia Pimpla,  
Vnâ me mysten, magniq; pœma Maronis  
Do tibi, inexhausto penitus sudore subactum  
Denique, si tanto potui superesse labori,  
Vt genius sibi sepositum, ac hymeneus haberet  
Hoc tuus, & donum nouitate probaret uterque,  
Quod sese, inscriptum tua nomina, ferret in auras,  
Impressi ut flores assurgunt nomine regum.  
Nempè mihi rursus obsidio vexata decenni  
Troia patet, Græca reserata nepotibus arte,  
Aequani studio belli fallente tumorem.  
Nam per civilis discrimina longa furoris  
Ælion Argiua apperuit Tritonia rursus  
Ausonij nunc vatis opus, quod Apollinis ante.  
Scilicet ipse sibi decus est Maro, fulgura mittit

Et la.

Et lapis artificis nullo circumdatus auro:  
Scilicet ante alias placuisse hæc pagina anisq;  
Cæsaribusq; tuis exultat, cæsaribusq;  
Exanimasse murus percussas carmine mentem:  
Scilicet Elysias qua mulcet valle fauoni  
Aura beata rosas, sentit Maro gaudia, & illum  
Thyrso acri durans percussit gratia regum.  
Hinc ergo incipiant magni procedere honores  
Nymphea tibi, à Musis, & eant tibi regia præmia  
Omina, cui sceptrum, & primos attollere fasces  
Dat soror Vranie fœlix, regniq; corona  
Cingere regalis frontem & diademate vitta.  
Purpureos gestare sinus, pictosq; caduco  
Lactæ dea, herouarum decora alta priorum.

\* 3

GER.

GERMANVS VALENS  
GVELLIVS, IANO VÆSIO,

IANO VALENTI GVELLIO, GER-  
MANO VARADÆ SVIS,

S. P. D.



CCE iam tandem promissa nostra præstan-  
tur, & tela vobis, non nocturno illa quidem  
retexta dolo, sed temporum iniuria interpel-  
lata diu, per texta exhibetur denique: non  
soli scilicet Penelopæ proci, sed & Odysseæ,  
Æneidi, virtuti & Musis sui sunt riuales.  
Neque enim Maronis interpretum copia  
me ab eodem officio & cōmentatione reuocauit, quin æmu-  
latione accensus, in id incumberem sedulo, ne tum τὸ μυσικὸν  
μυσικὸν αἰχμῶν viderer, cum reiectis minus idoneis, in enarran-  
do Marone, magis consentanea conarer subtexere. Certè vt  
nec propositi mei fuit hac opera singulis vocum, verborumq;  
sonis insistere (cum minutiarum cōmercia & scrutationes an-  
xia antiquitas nobis præripuerit) locosque totos auctorum in  
rei rusticæ, vatīve nostri sententiam aliam ab aliis congestos,  
huc etiam iteratò reuoluere, sic nec pudoris putauī mei com-  
municatas, suggestasque mihi ab amicis obseruationes pla-  
giaria turpitudine interuertere, mihiq; ascribere. Hanc meam  
religionem, fidemque & vos, ad quos honor noster pertinet,  
laudabitis, & tabulæ hæ ingenua nominū professione sparſæ  
& consignatæ, clarè loquētur. Verùm enim uerò quantum lu-  
minis decorisque huic auctori industria nostra philosophico-  
rum, poëticorumque testimoniorum comparatione, Latinarum  
Græcarumque dignitatū collatione attulerit, vestri, alie-  
nique erit arbitrij. Si quid tamen peccatum, vel minus foelici-  
ter censuræ criticæ explicatum videbitur, non erit contra ve-  
recundiam forensis hominis, operisque inter ciuilia classica  
extusi, culpam malle deprecari, quàm ita ea vacare, vt amicis  
innumeris reclamātibus, obstetricantibusque partu hoc qua-  
licunque suppresso, in offensa apud eos contumaciæ hære-  
re. Cœptum destinabatur profectò hoc opus, cudebaturque pri-  
uata opera necessariis tantum, familiæq; nostræ, nec sese aper-  
to cæ-

*Bibliotheca M. P. V. S. T. G. J. 1777*

to cælo, penna quidem metuente solui, crediturum videba-  
tur. Verùm vt qui animi & gestationis causa molli remissaque  
uestigatione littus legentes mari illudunt, suborta tempestate  
deprensi in altum inuiti rapiuntur; incalcescente stilo, amico-  
rumque impulsu, & auspicio, fractis repagulis, ex domus an-  
gustis in publicum erupi. Potuerunt quidem Deliacam hanc  
nauigationem Etesia reſtantes, ciuilibusque æstus anniuersarius  
recursus diu inhibere. Sed vt iura negant veterem quartanam  
ab agendis negotiis impedire, per inueteratum iam, familia-  
remque ciuium morbū, intemperiemque, ausus sum tandem  
me exerere, & literario huic negotio superesse, ac ciuibus meis  
meliorem mentem domesticis, lustralibusque votis precari.  
Probabo itaque causam vobis facile, colligamq; à vobis gra-  
tiam, si, vt spero, susceptæ prouinciæ rationem iniuero, reddi-  
deroque. Nescio equidem, an poëtarum interpretes in eadem  
causa sint, qua poëta ipsi: egeant illi quoque, non tam arte  
quàm afflatu. Credo tamen me stimulis, instinctuque genij  
alicuius, non à reliquorum poëtarum cultu auersum, vt Ion  
Platonis, sed præcipua Maroni obseruantia addictum à tene-  
ra, improuidaque etiam ætate ita fuisse, vt eum in delitiis, ma-  
nibus, sinu, sub puluino, fati viæque comitem semper, mor-  
borum excantatorem etiam habuerim: vnde nunc Amarylli-  
dis Maronianæ illecebris, nunc rusticanae Thaliæ modis sus-  
pensus, ad Eratò, Troianamque tubam ita pergebam, vt in  
Æneide reuoluerer, sicut solem duodecim mansiones percur-  
rentem, εἰς ἑαυτὸν διαυλοδομεῖν videmus, miramurque. Hæc me  
philtera non ita tamen cum Marone coniunxerunt, vt poëtarū  
cæterorum amore omninò soluerent. Oscitabat Ion ille in au-  
ditu reliquorum poëmatarum: sola Homeri rhapsodia expergi-  
ſcebatur. Ego eo animi habitu in Maronem esse non potui,  
quem nec tam vnicè colui, vt alios omnes præ eo fastidirem,  
qui licet Homericis modis delinitus, nec ita cera ad omnes  
alios numeros aures obleuerit, quin, vt apis in saltibus omnia  
libans, mellitissimum vnde quaque poëma condiuerit. Sed nec  
mihi explicandi eius certior expeditiorque se offerebat ratio,  
quàm commissis, perpensisque, tum auctorum linguæ vtriuf-  
que locis, quæ ille sæpè ita est imitatus, vt meliora concinnio-  
raque reddiderit, tum illorum quoque sententiis, qui sibi se-  
quenti sæculo Maronem eximiè imitandum proposuerunt.

\* 4

Necessè

Necesse itaque visum mihi fuit ad negotium hoc transigen-  
dum, ab auctoris nostri magniloquentia, sæpè ad summissio-  
rem characterem descendere, & hinc illincque, quæ instituto  
meo commodare videbantur, cōtrahere. Perfeci denique Ma-  
ronis plus minúsve ἐννέωλε & ὀκταήτης, vt opus hoc ἀρχολίας ὑπέρτε-  
ρον amicis, quàm mihi ipsi, magis satisfaceret. Gratulor igitur  
feriò mihi imprimis faustam vestram acclamationem, appro-  
bationemque, nec λόγῃ à Priami fiducia discedo, quem solius  
familiæ suæ præsidium hostilis impetus propinquantis secu-  
rum faciebat. Gestio item doctissimorum amicorum interpo-  
sitam liberalissimè pro me fidem, euentū laboris nostri vtrò  
præstare. Illi sunt, quos ego, conciliantibus Musis, ad aman-  
dum continenter mihi ob morum, doctrinæque concentum,  
consensumque, delegi: qui me interdum laboris desperatione  
defectum, humanissimis vocibus refecerūt, & in Troiana ar-  
ma reddiderunt: qui Deos sciunt, testanturque lymphatis  
mentem vatibus furripere, ipsisque ministris & oraculorum  
nuntiis vti: vt faciliè auditores præcipiant, non tam digna eos  
referre, qui extra se positi sint, sed hæc Deum fari, & per va-  
tum ora nobis inclamare. Hi sunt, qui poëtas deorum inter-  
pretes, nosque eorum vicissim interpretes ὑποφύλακτες aliquate-  
nus agnoscunt. Hi sunt, qui poëticam πραγµατείαν historica  
præponunt, tantò magis, quantò ignobilius historia fide can-  
cellisque rerum gestarū coërcita, circa τὰ καθ' ἑκάστα versatur,  
poëta sublimiùs καὶ τὰ καθ' ὅλην liber habenis consecratur. Ho-  
rum me alloquiis elatū, fatebor ingenuè credidisse, fidos poë-  
tarum interpretes occulto quodam spiritu ab ipsis suæ mentis  
admoneri, poëticique furoris non aliter compotes ab iisdem  
fieri, quàm magnetem cohærentibus annulis suam ex ordine  
infundere trahendi facultatem Plato obseruauit, vt inde ani-  
maduersis diligenter huic poëtæ familiaribus tropis, formisq;  
commodius ipso, in rimanda exhibendaque sententia, sui in-  
terprete passim vsus fuerim. In quo suscepto munere, si quis  
auctoritatum Græcarum versionem desiderabit, sciat me tra-  
ctum negotij consultò concidisse, ne liber in immensum iret,  
assurgeretque, nève conatus mei impetum ista cura moraretur,  
quam scirem iam & doctis amicis in animo esse. Nolo au-  
tem me pronuntiatum speretis de palma Homero vel Ma-  
roni adiudicanda: eam ego laudem vel inuidiam doctioribus conce-

concedam, qui ad eum gradū sapientiæ peruenisse me negem,  
vt iudicio aggrediar tantas componere lites, quæ ad ipsius ar-  
bitrium reiiciendæ fortasse sint Iouis, qui ipse inuidiam elu-  
dens, de formis diuinis cognitionē ad homines remiserit. Tan-  
tū dicam, Maronem, non vt Platonem, poëmata sua igni  
damnasse, quòd longo interuallo ab Homericis relinqueren-  
tur, sed quòd secundas curas prudentiores iudicaret, nec spa-  
tium recognoscendis versibus intempestiuum fatum dedisset,  
qui tamen sunt eius generis, lambendo ab auctore more vrsæ  
efficti, & ad paucissimos redigi soliti, vt nullius æui sequentis  
cura, grandiloquentiam parem, musicam, æquabilitatem, ni-  
torem, venerem assequi potuerit: vt non immeritò illis auditis,  
auctori in teatro, Romæ celsum & assurrectum ab omni ci-  
ue fuerit, & à patre patriæ eloquentiæ spes altera Romæ ex-  
clamatus rubuerit: à peritissimis itidē publico suffragio ἀνί-  
μητες, ἀμώμητ' & μουσηγέτης renuntiatu eo elogio, vt sine eo du-  
ce frustra etiam Musarum fores pulsari dicerentur, quem pri-  
sca religio, Maiæ matris somniis, lauru cunabulari, populo  
item foëta:um votis nobilitata, Alexātri Imperatoris larario,  
sacrarioque, supra hominē euehere non dubitarit. Equidem  
me ab incunabulis profitebor eorum imbutum odio in hunc  
vsque diem perseuerasse, quibus tantum de Musis & Marone  
licuit, vt eius non solū versus (quos tam cacophoni & dis-  
soni, quàm suas vagitus immunes augurali signo seruauit cu-  
nas) sed & mores morosissimi homines carpere auderēt. Non  
respondebo tamen nugatoriis corū cauillis, aut carminis vi-  
tiligationi, ne, cū perpetua rei à bonis doctisque iam olim  
iudicatæ auctoritate satis tutus sit, magis causam offendere,  
quàm defendere viderer. Sed ne iam olim cōceptam de tanto  
viro existimationem deposuisse, aut me inclinata ætate ipse  
præuaricando retexere per silentium, & memoriam manesq;  
eius deferere videri possim, neglecto priore accusationis capi-  
te, ingrediar paucis in secundi defensionem, quod mores ob-  
frigatione præstringit, hoc vñum præfatus, me vobiscū, vel  
cum plebe etiam de virtute hætenus consentire, quòd nec in  
verbis, nec in scientia quidem, sed tota potissimū in actione  
posita sit, ne voces alioqui, & soni incerta auctione licerent,  
æstimationem, pretiumque omne superarent, nec satis dignè  
promercales ab homine comparari possent. Æmuli, vel Ma-  
ronis



ronis maleuoli, vbi illi eloquētiæ decus frustra detrahere ob-  
luctati sunt, mox ad vitia morum culpanda confugiunt: pruritus aliquos in eius carmine, Epicuri dogmatū quorundam  
vsurpationē, libidinis scintillas multas inueniunt: quasi verò  
iam vicerint, poētā verbis personæ decoro introductæ ac-  
commodatis censendū esse penitus, & exilio, quod corrupto-  
ribus poētis indixit Plato, multandum: Cupio ego vestrum  
quemque patriæ æmulum laudis, vehementer meis etiā amo-  
ribus inuisicare, hoc est iudiciis meis, si patimini, imbuere, eo  
cōsilio, vt huic tanto poētæ ἀμεταστέπλι hæreatis, eiusque Mu-  
sam, morumque sinceritatem toto hauriatis pectore, vt in cu-  
ius vitæ, versufq; cursu, lutulentum nihil à vobis respui possit.  
Exciderunt certè illi Silonis aliquamdiu auditori, personis  
seruienti Epicuri decretorum, principiorumque ramenta ali-  
qua. Sed quis nescit semidoctus poētis sectarū è re nata axio-  
matibus versus suos illustrare licuisse? Cui non occurrerunt  
legenti passim apud eum Stoica, vt docuimus, Academica, Pe-  
ripateticaque pronuntiata? Quis de immortalitate animorū,  
de religione, de numine, de pietate in Deos, patriam, paren-  
tes, coniuges, bello, pace, fœderibus, pœnis scelerum, præmiis  
bonorum, sanctius vnquam effatus est? At pruriunt tam lau-  
dati versus. Certè, quamuis Aristotelēs reuocarit ab exilio  
pulsos à Socrate poētas, nolo tamen hac sola auctoritate defen-  
sionem fulcire, sed nec Catulli, qui castum mauult poētā,  
quā poēma: sed spondere ex Romanorum monumētis pa-  
ratus sum, Maronem non magis carminis suauitate & graui-  
tate, gratiam Imperatorum, Iuliæ familię, totius denique, ru-  
pta virtute inuidia, populi Romani, quā insita natiuaque  
comitate, verecundia, à qua & cognomentum duxit, libera-  
litate, mansuetudinē meruisse: reulæ scilicet amicis præbito-  
rem munificum, in officiis, beneficiisque dandis ad feruorum  
suorum eruditionem vsque nulli sui moduli, fortisque homi-  
ni comparandum. Nec temerè igitur à prudentissimo Impe-  
ratore, quem pro tuba suæ laudis habebat poēta, in intimam  
familiaritatem admissus videri debet, quem non de numeris  
solū, & re Philosophica, sed sæpè de politia, de reddenda  
etiam populo republica, cōsuluerit. Ad mores eius etiam per-  
tinet, quod in toto eius opere vix est, vt vlla αἰχρολογία repe-  
riri possit, qui non solū res honestas modestè semper, sed &  
inhone-

inhonestas honestissimis verbis verecundè semper enuntiarit,  
& narrationi alicubi necessariam turpitudinem, suppressam,  
innominatamque abstinentissimè, suspicionibus tantū reli-  
querit: vt si quid voluptati dedisse, cui & Priami δημόγροντες  
tribuisse conuiet Aristoteles, conuincetur, Eudoxi mihi il-  
lius aliquam referre imaginem videri debet, qui boni bonam  
partem dominæ voluptati detulerit, ipse domi integer, tempe-  
ransque, eiusque insidiis illecebrisque omninò liber. Iam au-  
tem benè sperare audeo de literis, & mitescente sæculo futu-  
rum, vt memoria tantorum poētarū post fata, temeritatemque,  
Caligulæ & Pictoris colatur, non vexetur, vtque poēta noster,  
qui & ipse maximus in ferendis refellendisque iniuriis fuis-  
se memoratur, qui que superata inuidia, eius morbo prauos  
tantū poētas Hesiodi testimonio fascinari asseuerat, imita-  
tioni, non deinceps reprehensionem pateat. Vtunque res cadat,  
inuidiæ tales in sacras personas ictus, vel corporis flexu, solo  
vel vitantur amictu: talia tela, fati consortio, interpretibus  
quoque ingruunt, & maius illis nonnunquam faceffunt ne-  
gotium. Illa si me appetierint, cingam baccare frontem, & in-  
tegram vobis causam relegabo, certus ipse, vos vulneribus  
alienis nominis mei propugnatores obiicere. Tale credo peri-  
culum minuit vis huius sæculi maior. Eram quippè eadem  
opera quædam nostra φιλοσφύδρα vnà cum hac lucubratio-  
ne emissurus, sed vnicum αὐτόγραφον exemplar, effusæ per Gal-  
licum agrum tempestatis ignes indomiti, promiscuè cum ver-  
nis agrestibusque meis libris consumpserunt, reuocante me  
fato, vt & Maronē ipsum prius, à foro & Philosophia ad poē-  
ticam, mihi que tantū dimidium mei relinquente, hoc est  
superstitem flammis hanc Commētationem, vt exemplo Dæ-  
dali, qui periculo defunctus remigium pennarum Phœbo sa-  
crauit, hoc calami, stili que nostri labore, posteritati & studio-  
sis cōsularem, Elisabethæque Reginæ Aug. Heroinæque san-  
ctissimæ, penè ad Artemisiæ vnam ex luctus mœrore redactę,  
has tabulas votiuas suspenderem, eiusque numen pro Musa,  
solenni nuncupatione, victuro staturoque tantis auspiciis  
operi inuocatum propitiarem. Valet.

1607. In 2<sup>o</sup> sum. Balth. & Guercio. y. Paris.


P V B L I I  
**V I R G I L I I**  
M A R O N I S  
B V C O L I C A.

P

ECLOGA PRIMA,

Tityrus.

M E L I B O E V S. T I T Y R V S.


M E.  I T Y R E, tu patulæ recubans sub regmine fagi  
Syluestrem tenui musam meditaris auena:  
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua:  
Nos patriam fugimus, tu Tityre lentus in umbra  
Formosam resonare doces Amaryllida fyluas.

5 T I. O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit:

C Namque erit ille mihi semper deus: illius aram  
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.  
Ille meas errare boues, vt cernis, & ipsum

10 Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti.

**G. VALENTIS GVELLIIPP.**  
IN VIRGILII BVCOLICA  
COMMENTATIONES.

D  V M HÆC scholia recognoscere, oblato Adriani Turnebi Aduersariorum  
libro, incidi in obseruationes in hunc locum, quas huc, tum vt felice auctore  
aspicio, & tanti viri doctrinam inire, inaugurarem que hanc opellam meam,  
tum vt è vadis meos educerem, transcribendas putavi hoc verborum tenore.  
Prima Maronis Eclogæ argumentum hoc esse arbitror: Cùm Maro vicinum  
agrum Cremonæ amisisset, Romam venit, & carminibus Mæcenati com-  
mendatus, & per Mæcenatem Augusto, agrum recuperavit. Sic enim Mar-  
tialis: Iugera perdidit miseræ vicina Cremonæ, Flebat & abductas Tity-  
rus æget oues. Risit Thufcus eques, paupertatem que malignam Reppulit, & celeri iussit abire fu-  
ga: Accipe diuitias, & varum maximus esto, Tu licet & nostrum, dixit, Alexin ames. Quanquam  
& Quintilij Vari etiam opera ad id vsus esse dicitur. Ea de re poëma compositurus fingit se Maro  
seruum, qui libertatis cupiditate ductus Romam profectus sit, & ea tandem sit potitus in senectute:  
vbi imaginem seruorum adumbravit, qui in vltima ætate & senectute, si frangi erant & attenti,  
suo peculio libertatem à dominis volentibus emebant, aut dominorum liberalitate eam conseque-  
bantur. Itaque quanquam Maro iuuenis erat, de se tamen vt sene loquitur, quod ferè non nisi in-  
eunte senectute ad libertatem serui peruenirent. Cuius ego doctissimi viri manibus vt dicitur &  
reppererem, capto argumento ab intemperie ominosa anni illius, quo obiit, infamis inter-  
necione

SVMMA PRIVILEGII.

PHILIPPI Hispaniarum Regis &c. Privilegio cautum est,  
ne quis alius præter Christophorum Plantinum, P. Virgilium Ma-  
ronem, & in eum Commentationes, & Paralipomena Ger-  
mani Valentis Guellij, P P. &c. intra sexennium imprimat, aut  
alibi impressum in suas ditiones importet, venalemve habeat. qui  
secus faxit, pœna fisco Regio exsoluenda multabitur: vt latius in  
Regio diplomate expressum est, Dato Bruxella in Priuato qui-  
dem consilio

Subsign.

I. DeLanghe.

In Consilio verò Brabantia

Subsign.

I. De Witte.



necione & strage totius laurei roboris, & generis, extremo inaniq̄ue erga amicum defunctus mu- A nere, hanc illi monodiam consecraui, lauros ipsas veneratus etiam miratusq̄ue, quæ Deum exosa, non solum Dei mysten, vt Maronis Gallum, fleuerunt, sed pro illo se simul omnes moriturū præ- fententis deuouerunt, in hanc sententiam versu instituto,

Quod nuper castas percussit sidere lauros,  
Supplicis & nati Deus aspernatus amores,  
Quod vastæ cladis sacra nulla super fuit arbor,  
Non frustra fuit ista lues: taciturnq̄ videbam  
Hæc infansla viris Phæbi portenta minari.  
Euentus nostræ en sequitur præsagia mentis:  
Te Turnebepater nimirum ea monstra potebant,  
Dum lentus, medicasq̄ sedes inglorius arte,  
Nec rumpis fata auguriis herbisue tuorum  
Phæbe, decus quantum Musarum sacra ceterua,  
Præsidium Ansonia, & quantum amisisti Athenæ?  
Illicet hinc vel agris turbatur, & vrbe relicta  
Delius, inualido, & pudescit nunc inani  
Mandauit foliis iterata vocabula luctus.  
Pluræque quàm pridem inscripsit monumenta doloris,  
Flosq̄ Dei lugubre rubens lacrymatur in ortis.  
At fruitor felix lauro Turnebe perenni  
Secura nostrig, Iouis, nostræque procellæ,  
Elyso in frondoso: expectatq̄e potiti  
Te dudum casti vates Musæus, Homerus,  
Orpheus ceriatim nostræ maiore fruuntor.

QVOD autem ad Bucolici carminis rationem perinet, originem, auctorem, patriam, sitne ea Sparta, Thesalia, Sicilia, ea doctè ab interpretibus Theocriti, & nuper à P. Nannio viro laudatissimo in commentatione in hoc opus excutiantur. Certè à poetis & Calpurnio Tityrus pro Mar- ne ipso vsurpatur.

TITYRVS] Veteres Latini grammatici affirmant, vt notat Victorius, Afrorum lingua tityrum hircum appellari: eandem quoque custodem eorum eponymiam sortitum. Alij à situla nomen pastori inditū, teste Athenæo lib. 4. διηγοροσ. ὁ δὲ καλέμινος ἀλλος πύσανος καλεῖται ὡς τῶν ἐν Ἰταλίᾳ δουλοσ. Est autem & huius nominis bestiola quædam: est & auicula. RECVBANS SVB TEGMINIBVS] ἄνδρ' αἰνέχοντι διδύς περικλυτὴ φηγοσ. Iliad. e. Et Epigr. lib. 3. κατὰ σιερῆν κελυμῆν πλάτῃν. Et τινὸς φυλλον ὑπὸ πλάτῃ κλονῆς. Et eodem lib. ἐν δὲ οἰνοσότης σιερῆν κατὰ πλῆν πλῆν δίδει. Propert. 2. rectum arbori tribuit. Vnum litus erat sopitis, vnaque tecto Arbor. &c. SYLVESTRIS] Lucret. lib. 4. ff. situla syluestrem ne cesset fundere musam. Et Virg. infra: Agrestem tenui meditabor arundine musam. Non temerè autem Seruius verbo meditari μελετῆν respōdere notat, vt passim videre est apud Græcos. Nimirum & Philipp. in Epigr. Græco, de psittaco humanū sermonem edocto, eodemque cauea elapso: αἰεὶ δ' ἐμμελετῆσ ἀπὸ σφρασ καλοσγα κλονῶν, οὐδ' ἀνδρῶν λιδῶν ἡραγῶ ἀνάμασ. NOS PATRIÆ FINES] Sic & Æschyl. ἐν ἰκετ. δῖαν δὲ λιποδοσαι χθονά σύγγροτον σφίρσ φέρμεν. LENTVS] Serui. otiosus interpretatur, diuersa ab ea significatione sequenti: lenta inter viburna cupressi, hoc est, καμπῆσ. Et ab ea: lentum distillat ab inguine virus: quod viscidū significare videtur, & γαισῆσ vt & Maro picem lentam dicit, vnde & lentescere: interque manus lentescit habendo: infra 12. Æn. eiusdem est cum hoc loco significationis: lenti confedimus aruis. OTIA FECIT] Accipio pro eo, Libertatem dedit, tum ex sequenti illo, Libertas, que sera, &c. tum quod otium magis liberorū & ingenuorum sit, quàm seruorum, vt qui assidua opera, & penso vigeantur herili; teste Aristotele lib. Pol. ii. qui ex prouerbio otium seruis esse neget, his verbis: δει γὰρ πολλὰ σφῖ ἀναγκάσων ἀσάρο- ρον, ὅπως ἐξῆσολάσεν. δὶδ σάφροσ πλῶ πόλιν ἔδωσ ὡσθήκει, ἢ ἀνδρῶν, ἢ καρτερίων. καὶ γὰρ πλῶ παρομίον, ὡσ ὡσὶ δούλοισ. SEMPER DEVS] Vir doctus quidam vult respondere vni verbo illi Græcorum, αἰετῶσ, quibus μέκαρες αἰὲν ἔόντες passim. Et Calab. lib. 3. de Achille: σπι σπὸς ἔσπετι αἰὲν. IMBRET A GNVS] Sic & Horat. Carm. lib. 4. Ara castis Vincita verbenis auct immolato Spargieragno. Poëtis Græcis familiares voces δέων βαυδν, τύμβον γάλακτι, εἰνρ, μέλιτι, δάμρσι ὑραίνεν, βρέχεν, βάνεν. Et in Epigram. καπαρχάινεν, ἀρδῶεν, τέρην, ἐμβάπτεν. Vnde apud Eurip. in Alcest. δὴ βωωὶς αἰμύρρατοι δυοίωσ & αἰμύρρασ. vnde Æsch. in Pers. αἰμαρθεῖσ ἀνεγ. Vt autem hic Tityrus Augusto sacra so- lennia vouet, sic & Danaus in Suppl. Æschyli filias admonet diuinis honoribus Argiuos profequi ab ipsis acceptas tutela & hospicio: ὅσ πῆδες ἀργείων δ' ἔχουσ ἔσθην, δύνεν τε λείθεν δ' ὡσ θεοὶς δλυμαίωσ σπον- δάσ, ἔσπεὶ σωτῆρες ἢ ἀρχήροπῶσ. Inferius autem Æn. 7. ancipiti significatione imbucere Poëta vsurpauit: vbi sanguine bellum imbuit, & primæ commisit funera pugna. Et post pauld: Sanguis nouus im- buit arma. vbi tam inchoare quàm perfundere ex Seruij sententia significare potest. Sic & Prop. lib. 4.

A lib. 4. Imbuis exemplum primæ tu Romule palmæ: Huius & exuuiis plenus ab hoste redis. Videtur tamen Carul. hanc vocem imbucere interpretatus eo loco in Priapo: sanguine hanc etiam mihi (sed tacebis) aram Barbatus linir hirculus. Idem: meisque pinguis agnus ex ouilibus, &c. Ibi tamen Caull. illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten, pro inire, & tentare accipere vide- tur. Aristoph. in Pace: οὐχ ἡδὲ δῆπουδεν ἐρλεῖν σφαγῆσ, ἢ αἰματόσ βωμῶσ. & ἐκκλ. πῆνθι μαχάισρ κατὰ μὲν τῶσ βωμῶν.

ME. Non equidem inuideo, miror magis. vndique totis  
Vsq̄ue aded turbatur agris. en ipse capellas  
Protinus æger ago, hanc etiam vix Tityre ducō.  
Hic inter densas corylos modò namque gemellos,  
15 Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit.  
Sæpe malum hoc nobis, si mens non læua fuisset,  
De cælo tactas memini prædicere quercus.

\* Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix.  
Sed tamen, iste deus quis sit, da Tityre nobis:  
10 TI. Vrbe, quam dicunt Romam, Melibæe putau  
Stultus ego huic nostræ similem; quò sæpe solemus  
Pastores ouium teneros depellere fœtus.  
Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos  
Noram, sic paruis componere magna solebam.  
25 Verùm hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,  
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Vsq̄ue adeo] Turbatur, doctis ἡμιπρότερον impersonaliter, quàm turbamur. Sed omnino turbatur ex Lucr. legendū: Ancipiti quomò bello turbatur vring. PROTINVS] Nimirū ἀγῶσ πονῆμῶσ. Turnebus autē protinus interpretatur præ se, ante se, & profum. SÆPE SINISTRA] Sunt enim apud Græcos, vt docet Eustath. ἀεσπερὰ δουσιωνῶσ, ὡσπερ ἢ ἀεσπερὰ χεῖρσ ἀρ' ἢ σκῆπῶ ἢ ἀεσπερὰ λῆρον. τὰ μὲν αἴσα. HIC INTER] Ἄρα δὲ ματόνσ notat, vt Theoc. Vt autē hic dēfās corylos, sic & Pind. Olymp. Ode 6. De puerperio Euadnes, λῆχῶσ κατὰ κῆνῶσ τῆτε δούρονα κῆρον. Et Callim. in hymn. Io. ῥῆν τέκων ἡρῶ ἀλλῆσ σῶκ-ν ἔρσ. δάμοισσ σφελσκαπέσ. SILICE IN NUDA] Lucret. lib. 1. masculinè extulit: vnde queant duri silices, &c. DE CÆLO TACTAS] Infra Georg. lib. 3. habitas Græuis oracula quercus. VRBE, QVAM DICVNT ROMAM] Tanquam ex superfluo Romam nominasset rusticus, quæ satis per Antonomasiam intelligeretur. Sunt & qui putent Athenas κατ' ἔροχλῶ quoque Astu, & ἄσ, vt vrbe Romam, dicit: à quibus ego longè dissentio: cum Athenas in duas partes diuisas vno ambitu conclusas confiter, hoc est, in vrbe, quæ ἄσ, & portum, qui περαιδῶσ, vt quodammodo duæ ciuitates vna comprehensæ viderentur, ita vt plebeij, & in statum popularem propensi magis, se in regione Pitæe continerent; ciues elegantiores & nobiliores Astu incolerent, vrbsque aded ab excellentiore incolarum parte crebrius denominaretur, & ad portus discrimen, vt intelligere licet ex Aristot. lib. Pol. e. vbi admonet situm ipsūm loci nonnunquam tumultuandi & disidendi materiam ciuibus dare; cum regionis natura non est ita ad vrbe vnam constituen- dam accommodata, sed aliquibus interseptis incolæ distineantur: his ille quidem verbis: εσπάσισ ἢ ἐλοστε αἰ σῶλεσ ἢ δὲ τῶσ τύποισ, ὅταν μὴ δυνῶσ ἐχειν ἢ χῶσσ σῶδσ τὸ μᾶν ἔδωσ πόλιν, ὅσον ἐσ κλασόμενασ οἰδῶσ χῆ- τῶσ σῶδσ τὸσ ἐν ἡστρο, καὶ κλοσφῶνισσ, ἢ νοπέσ, καὶ ἀδύλῃσιν οὐχ ὁμοίωσ εἰσῖν, ἀλλὰ μᾶλλον δημοσπῶοὶ οἰσ σπει- ραῖσ οἰκοδῶντες σφῖ τὸ ἄσ. ὡσπερ γὰρ ἐν τοῖσ πόλεισ αἰ διαβάσσεισ σφῖ δ' ἔσθῆσ, ἢ σφῖ πᾶνσ σμικρῶν, διασῶσ τὰσ εἰσάγγῶσ, οὐτως εἰσ τῶσ διαφορὰ ποιεῖν δούσασιν. Sed & seq. lib. 3. manifestè differentiam generalem inter ἄσ & πόλιν statuere videtur, his verbis: σφῖ τε νόμων πνῆσ, σφῖ σῶδσ πολλοῖσ κειμένων, τὸ ἀρχαῖον χεῖσ- σισ πᾶντες, ἢ τὸ ἔλασ μὴ ἐξείναι κεντῆσ πρῶσ γλῶσ μέγῶσ πνῆσ, ἢ ἐπὶ πνοσ τόπω σῶδσ τὸ ἄσ ἢ τλῶ πόλιν. Et idem lib. ii. ἐπὶ ἢ νῦσ ἡρῶ μῶν πολλὰσ ἀσάροχρῶν ἢ χῶραῖσ ἢ πόλεσιν, δάπνεσ ἢ λιμένασ δούωσ κείμενα σῶδσ τλῶ πόλιν, ὡσ μῖτε τὸ ἀπὸ νέμῶν ἄσ, μῖτε σῶδσ λῆσ, ἀλλὰ κερτῆσ τῆσ σῶσ, ἢ τοῖντοῖσ ἀλλοῖσ ἐρύμασσ, φανερὸν ἔσ, &c. SIC PARVIS] Dion alicubi: αἰσ μικρὰ μεγάλοισ εἰσάσαι εἰσμέναι. Et Aristot. 2. Meteor. τὸ ἀπὸ δει νοεῖν τὸ τοῖντορ κηδύμενον καὶ ἐν τῆ γῆ, ὡσ εἰσάσαι σῶδσ μικρὸν μείζον. Et idem, ὡσπερ εἰσάσαι μείζονι μικρὸν πᾶσ. & Ca- tull. Atqui nec diuis homines componer æquum est: συμβάλλεσθαι, σῶσ ἀλλῆσδσ, ἀντὸσ ἀλλῆσδσ. CAPVT EXTVLIT] Sic & Æn. lib. 1. Placidum caput extulit vnda. & Georg. 4. Flauum caput extulit vnda. & 3. de Tisphone, Caput altius effert.

ME. Ecquæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?  
TI. Libertas: quæ sera, tamen repexit inertem:  
Candidior postquam tondenti barba cadebat:

30 Respexit tamen, & longo post tempore venit,
Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit:
Namque (farebor enim) dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat nec cura peculi.
Quamuis multa meis exiret victima septris,
35 Pinguis & ingrata premeretur caseus vrbi:
Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.
ME. Mirabar, quid mœsta deos Amarylli vocares,
Cui pendere sua patereris in arbore poma:
Tityrus hinc aberat. ipsa te Tityre pinus,
40 Ipsi te fontes, ipsa hæc arbuta vocabant.

LIBERTAS QUAE SERA TAMEN RESPEXIT] Passeratus acutè obseruauit, neminè libentius aut melius verborum circuitione rerum propria nomina expressisse, quam Virgilium, sed tanto artificio id fecisse, vt eorū magna pars lateat: hic siquidem Libertatem deam, cognomento Respicientem significari; hoc est. felicem & propitiam: vt apud Cic. in lib. 2. Leg. Fortuna Respiciens, & Iupiter Respiciens. lib. 1. En. Iupiter omnipotēs, precibus si flesteris vllis, Aspice nos. Plaut. in Pœn. Respice. Respexit. Idem: Venerem credo facturam tibi, hoc est, te respecturā, & tibi propitiam futuram: & apud Apolloniū Arg. lib. 2. Ζεις ἐπιφύλαξι ἀντιμεδου σπρος ζλωδς ἐπιφύλαξι. CANDIDIOR] Nannius ad libertatē, non ad barbam, retulit. Certè & Catull. proficitur melius sibi in amore agēti fulsisse dies & soles candidos: & passim poëta Græci λελυθὲν ἡμῶν pro fortunato dicunt. Eorum tamen sententia, qui candidior ad barbam & ætatem referunt, defendi posse eo videtur, quod Tityrum inferiūs paulo fortunatum senem vocat, fortasse ἀμογέροντα, qui necdū emeritus amatoria militia excludi possit, vt dubitationi Seruij sit quod opponamus, mirantes quo modo fortunatū senem enūtiarit Poëta Tityrum, quem etiā nūm amoribus indulgere superioribus versibus cecinerit. Quod autem Nannius voces has, puer, senex, pater, censet non tam ætatem, quā blādæ appellationis officium continere, non videtur ea sententia satis linguæ Latinæ dignitati & proprietati congruere, quæ suis & distinctis compellationum formulis laudari solet, vt & Græca, quæ magno ætatum & ordinum discrimine, nunc δὲ τῶν, τῶν, πῶπι, nunc ἡδῆς, ἀργουήσους, habet. Vide Apoll. interpretē. POSTQVAM NOS AMARYLLIS] Non temerè hic Seruius Romam sub nomine Amaryllidis significari vult, cum Politianus docuerit Romam olim triplice nomine decoratā fuisse, vulgato Romam, arcana Amaryllida, sacro & rituali Florentiam, siue Anthusam. Amaryllidis autem vocē non ab amore cum Politiano deducit Nannius, sed origine Græca ἀπὸ τῆς ἀμύλλης, hoc est, incili, ambincilibus, quibus Argei campi palus siccata sit, Romā dictam suspicatus, vt & Galatæā, quæ & ipsa Mantuam inuolutè innuit, à Galatis, quod ibi Galli togati suas sedes habuerint, vel quod Mantuani à Veneris originem traxerint, quos Strabo quoque memorat à Veneris Gallis Oceani accolis oriundos esse. Nimirū & Seru. in eum locum, Qui muros matrisq; dedit tibi Mantua nomen, Veneros & Thufcos conditores Mantuanæ ciuitatis facit, ac Venetiam alio nomine Cisalpinam Galliam dici. Certè Nereida Galatæam interpretes Græci ἀπὸ γάλακτος deriuant, vt & Lucianus, qui in dialog. Deor. sub persona Doridos ἀμύλλον λευκὴν Galatæa exprobat. Sed agit Nannius vt venustè & non otiosè Galatæa nomen Mantua impositum videatur. NEC SPES LIBERTATIS NEC CURA PECULI] Coniunxit Poëta libertatem & peculium, quod, vt supra demonstratum est, frugi serui parsimonia peculij libertatem à dominis emebant: vnde & in iure questum est, an filius & hæres manumissoris vt ingratum libertum accusare possit: quod L. Titius puerum τ. de obsequiis à liberis: eleganter deciditur. PECULI.] Hanc quoque vocem nouissima Græciæ tempora Græcam fecerunt, πικύλιον, ἀπὸ τῆς ἑστίας. A pecudibus autem deduci testis est Plutarch. in Publicol. Desit autem Horatij versus in Arte in eosdem penè modulos: arugo & cura peculi. GRAVIS ÆRE DOMVM.] Ex Catullo, cuius est: Meisq; pinguis agnus ex ouilibus, Graui domū remittit ære dextra. CUI PENDERE.] Pari ferè venere Silētiarius epig. lib. 7. εἰπέ τινι πικέσει ἐπὶ βόσφρον, ἢ τίνι χείρει, &c.


T I. Quid facerem? neque seruitio me exire licebat,
Nec tam præsentēs alibi cognoscere diuos.
Hic illum vidi iuuenem Melibœe, quotannis
Bis fenos cui nostra dies altaria fumant.
45 Hic mihi responsum primus dedit ille petenti:
Pascite, vt antè, boues pueri, submittite tauros.
ME. Fortunate senex, ergo tua rura manebunt,
Et tibi magna satis, quamuis lapis omnia nudus,
Limosoque palus obducatur pascua iunco:

Non

50 Non insueta graues tentabunt pabula scætas,
Nec mala vicini pecoris contagia lædent.
Fortunate senex, hic inter flumina nota,
Et fontes sacros frigus captabis opacum.
Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sepes
55 Hyblæis apibus florem depasta salicti,
Sæpe leui somnum suadebit inire susurro:
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aërea cessabit turtur ab vltimo.

NEC TAM PRÆSENTES] Innuit velut viuentē etiamdum Augustum deum, nec per apothē sin deum factum: vt & Ouid. Trist. 2. per Cæsarem iurans: Per te præsentem, conspicuumq; dent: hoc est, quæuon, ἢ ἢ ἀγγρον θένον quemadmodum & Euandrum memorat Tacit. lib. 1. 5. præfenti Herculi aram fanumque dicasse, his verbis: Magna ara, fanumque, quæ præfenti Herculi Arcas Euander sacrauerat, exusta: &c. Licet tamen præsentēs, propitios & fauentes accipere. Sed & præfenti deorum, & numina præsentia, interpretari videtur Valer. Max. statim in præfatione suæ historiae, ea periodo, qua Tiberij diuinitatem innorat, sub hoc verborum complexu: Nam si prisci creatores ab Ioue Opt. Max. bene orsi sunt: si excellentissimi vates à numine aliquo principia traxerunt: mea paruitas co iust: us ad fauorem tuum decurrerit, quod cætera diuinitas opinione colligitur, tua præfenti fide paterno auitoque sideri par videtur: quorum eximio fulgore multum ceremoniis nostris in clype claritatis accessit: deos enim reliquos accepimus, Cæsares dedimus. B I S F E N O S] Adferuntur hic Turneb. Seruio, notans profiteri pastorem se singulis quibusque mensibus, vt magnis Diis, Augusto sacrificaturum, quæ & sacra ἐμύλλα dici admonet, vt annua ἐπίσια & ἐπιώσια: quæ quidem sacra ἐμύλλα Sophocl. in Electra his verbis significauit: μάλιστα ἀγῶν ἐμύλλω ἱερῶ τοῖς σπηλιόις. Eadem quoque sacra ab ararum numero Pind. Olyp. Ode 4. βωμῶν ἐξ ἐθῶ - μαις ἐγέερον ἐσρ - ταις θεῶν μωρίσταις ἀπὸ βουδυσταῖς significare videtur. De his & Plato Leg. 3. apertius: ὁ δὲ δὴ νόμῳ ἐρεῖ δῶδεκα μὲν ἱερῶν: ἢ τοῖς δῶδεκα θεοῖς, ἂν ἂν ἢ οὐλὴ ἕκαστη ἐπῶνυμῳ ἢ ἴουσα τούτων ἕκαστος ἐμύλλα ἱερῶ, ἡρεῖται τὰ ἢ ἀργίας. Significat autem poëta se Octauio etiamdum inter homines agentis & ἐπιθιαδὴν sacra facturum, vt Euandrum docet Plutar. ἐν βωμῶν. Herculi aram sacrasse, & sacra instituisse. Colebatur autem, vt Passeratus obseruauit, Augustus cum Laribus. Horat. Et Laribus tuum Miscet numen. Penatium enim erant sacra menstrua. Tibul. Redderet antiquo menstrua thuralari. P A S C I T E V T] Obseruasse mihi videtur Nannius non incōmodè pastorem interdicti poss. vii possidetis conceptionem & verba ad rusticanum morem deformasse: nisi fortasè potius, quod se allegoricè semper de possessione deturbatū queritur Virgilius, ἐξούλις δῆλω respexerit, hoc est, restitutorium, quod recuperandæ vocant, interdictum vnde vi, quo aduersus tutores doctissimis orationibus experitur Demosthenes. F O R T V N A T E S E N E X] Propriè videtur vsus Poëta hoc epitheto, cum secunda fortuna externa bona respiciat, discernente eam à felicitate Aristotele libro πελ. n. his verbis: ἐπεὶ ἢ πῶν ἐπιτυχίαν τῆς δαμνοῦσας δὴ ταύτ' ἀναγκάων ἐτέρον ἔστι. ἢ δὲ ἢ ἐπὶ τὸν ἀγαθὸν τῆς ψυχῆς ἀπὸν ταυτοματων ἢ ἢ τῆς, διηγεῖται δ' οὐδεὶς, οὐδ' ἐσάφρον ἀπὸ τῆς, οὐδ' ἐπὶ τῶν τῶν ἐστίν. N O N I N S V E T A G R A V E S] Sic & infra Æn. lib. 1. Marte grauis geminam partu dabit, &c. vnde & apud Lucret. ingrauesco, pro in vtero gestare incipio: & Georg. 2. Fertu nemus omne grauefcit: & Æn. 6. armatum peditem grauis attulit aluo: de equo durateo, quem ἔγκυον passim vocant Græci. N E C M A L A V I C I N I P E C. C O N T A G I A] Ouid. lib. 2. De remed. am. Si quis amas, nec vis, facito contagia vites: Hæc etiam pecori sæpe nocere solēt. E T S A C R O S F O N T E S] Sic & Theocr. εἰδ. n. εἰδ. ἢ τῶν ἐρεῖ παρ' ἢ δὴ βῶν ἀπὸν κρηνοῖν. & in epitap. Bionis: ἀπὸς ἐμοῦ γλυκὺς ἢ πῶν ἢ σὸν πῶν ἢ νη βουδυσταῖς, ἢ παγῶς ἀλλέουσι τὸν ἐγγύθεν ἢ γρον ἀμύλλον. Vt autem hic, frigus captabis, sic Xenophon αἰρησε βουδυσταῖς dixit. Nec omittendum Græcos quidem ψυχρὸν & ψυχρὸν: habere, quibus frigus & eam refrigerationem, quam Gallis fraus ἢ fraus henn vocant, Latinos autem vno frigidi vocabulo vtrumque enunciare. Credo autem omnino hoc epitheton opacum reddere Homeri ἄρκε μύλλων, inducentis Proteum sub meridiem mari emergere, vmbra & frigus captantem, hoc ad præcedētia carmine: ποῦν ἢ σὸν ζούροιο μύλλων σελὴν καλυπθῆς. H Y B L A I S] Theocr. in Com. ὁ δὲ κύπερον, ὁ δὲ κελὸν βουδυσταῖς ποτὶ σμῆνισσιν μέλισσαι. Vnica autem vox Græca integrū hūc versum exprimit, μιλισόβοτος. R A V C A] βραγχιδεῖς Seruio, Tusano quoque βραγχιδεῖς & branchilæ. N E C G E M E R E] Theocr. εἰδ. ζ. ἔσενε πρυγῶν. Græci autem πρυγῶνα ἔσεν τὸ πρυγῶν deducunt: πρυγῶν verò vesperilionū Grammatici dicunt: Plinius autem, palumbium exaudi gemitus.

60 T I. Antè leues ergo pascuntur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces:
Antè pererratis amborum sinibus exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.



65 ME. At nos hinc alij sitientes ibimus Afros: Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem, Et penitus toto diuisos orbe Britannos. En vnquam patrios longo post tempore fines, Pauperis & tuguri congestum cespite culmen, 70 Post aliquot, mea regna videns, mirabor aristas? Impius hæc tam culta noualia miles habebit? Barbarus has segetes? en quod discordia ciues Perduxit miseros; en queis consecuimus agros.

AMBORVM] Turnebus ἀλλωρον exponit. LABATVR PECTORE] Pari ferè forma Sophocl. ἄρου δ' ἀπορρί μνήστε, cui effluit memoria & labitur. FINIBVS EXVL.] Credo e quidem vocabuli exul etymon à Græco fonte deductum: ἐξυλιω siquidē eicio, extermino: vnde δὴ μὴ ἐξυλιω, interdictum vnde vi, ἐξυλιω. AT NOS HINC ALIJ] Et hanc phrasin Gallia assumptis: & non semel apud Demosth. ἡμεῖς ἄλλοι. CRETÆ OAXEM] Probabilior videtur Politiani sententia, qui non à creta cretosum Oaxem accepit vt Seruius, sed ab Oaxo, Minois filio vel nepote, fluuium & Cretæ oppidum nomen habuisse contendit, atque ideo Apollonium lib. 1. Argon. ἐαξίδη γάλαρ appellauisse. BRITANNOS] Lucret. lib. 6. antepenultimam huius vocis extendit: Nam quid Britannum cælum differre putamus? Catull. vltimos Britannos, & vltimam Britanniam. Horat. Serues iturum Cæsarem in vltimos orbis Britannos. EN VNQUAM] In Græcorum commentariis Menandri hoc quoque fragmentum reperitur, quo videtur & humanam mentem & huius loci expressisse Poëta, inducens peregrinē redeuntem quendam rusculum suum salutem: χεῖρ' ἀέθλου γῆς, διὰ χέρον πολλοῦ δ' ἰδὼν ἀπαύζομαι. πούτ' ἔδ' οὐ πάσαν πώ τιμι γλυῖ, ἔταν ἢ τῶ μὲν ἐσίδα χερσίων. τὸ γ' ἔξέειον με τοῦτ' ἐγὼ κρῖνω θεῶν. vnde & Horat. ὁ rus quando ego te aspiciam? En vnquam Turneb. pro vnquam accipit. Non dissimilis autem genij illud apud Aristoph. εἰλω. ὁ πεδονῆ τοῖς δικαίους ἐγ' ἄσπερος ἡμῶν, ἀσμεν γ' ἰδὼν παρρησιῶν βούλομαι τὰς ἀμπελούς, τὰς τε σικὰς, αἶ' ἐγὼ εὐτόδοκ ὦν νεώτερος. ἀπαύσειδ' ἑμὴν ἡμῖν γ' ἐπὶ πολλοῦ χέρον. Huius loci tamen Maroniani ratio & sententia vixdum mihi planè constare potest: nec adduci possum, vt credam cum interpretibus, post aliquot aristas accipiendum post multa tempora, vt Seruio placuit nulla ratione, vel aliquot annos, cum (quamuis Poëta tempora partesque anni per messem, & vindemiam sæpe designent) non ita mihi hæc forma vsitata, aut toleranda videatur, vt hac clausula post aliquot aristas, & aliquot ramos cum adiuncto, ætatem, autumnumue circumscribant, & præsertim paulo antè, longo post tempore dixerit: cui τὸ post aliquot annos aut repugnat, aut diuersum est & superuacaneum: illud enim tempus indefinitum signat: hoc autem ad breuius & aliquo modo definitum contrahitur. Nescio itaque an hæc defendi poterit sententia, vt dicamus: nunquamne mirabor longo post tempore patrios fines, & congestum culmen, mea regna, mirabor (inquam) videns post aliquot aristas: vt sit post, ordinis, & συμβλητικῶς, vt, Virtus post nummos, & Post alios alij voluntur littore fluctus: vt agrum infœcundum, incultum, ἐλγόμενον, & ἐλεγερέλαιον, aristarum penuria & raritate deformatum significet, qui antea lætissimus, & feracissimus se rege & colono esse consueuerat: vnde & sequitur, tam culta noualia miles habebit: vel vt post, finis & loci accipiamus, vt, post montem oppositum, & post carectā: nimirum vt videns & circumspiciens rusticus post aliquot, hoc est, pone raras & interlucetas aristas totum fundi æquor continentiamque, miretur eius squallorem & sterilitatem præ pristina fertilitate. Non omnino autem remota sententia illius loci Georg. 3. ab hoc videtur: Tum sciat, aërias Alpes, & Norica si quis Castella in tumulis, & Iapidis arua Timaii Nunc quoque post tanto videat, desertaque regna Pastorum, & saltus longè lateque vacantes. CESPITE CVLMEN] Quamuis hæc structura conueniat rusticæ personæ, tamen videtur Poëta respicere prisca & temperata secula, quando per leges impudè non erat iis qui sumptuosius ædificassent, & ex alia materia quam cespite crudo: vnde Horat. Nec fortuitum spernerè cespitem leges sinebant. Quod autem hic vocat congestum, &c. Poëta Epigr. καλὸν ἔτι γαίης. Catull. Deumque salutat Pauperis tuguri pater filiusque. MEA REGNA] Sic & infra lib. 3. Georg. Desertaque regna Pastorum. NOVALIA] Nouales cessantes, segetes, scilicet terra: ad quas alludit Tib. 3. Aut vt multa mei renouarent iugera tauri. BARBARVS] Vide eo loco Æn. 2. Barbarico postes auro, quæ ad huius rationem vocis pertinent.

Inferè nunc Melibœe pyros, pone ordine vites. 75 Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ. Non ego vos posthac viridi proiectus in antro Dumosa pendere procul de rupe videbo: Carmina nulla canam, nec me pascente capellæ Florentem cytisum, & salices carpētis amaras.

80 TI. Hic tamen hanc mecum poteris requiescere noctem Fronde super viridi. sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis. Et iam summa procul villarum culmina fumant; Maioresque cadunt altis de montibus umbræ.

PONE ORDINE] Infra: indulge ordinibus. Propert. 3. Ipse seram vites pangam que ex ordine colles. Ordine autem positam vitem συχάδα, temerè autem & confusè, ξυσάδα nominant, ex doctrina Eustathij: ἢ αἰὶν παρὸν ἀμύνει ἀμύνει ξυσάδα λέγεται, ἢ δὲ κατὰ σύχους, συχάδα. VIRIDI PROJECTVS IN ANTRO] Nannius vult speluncam pro domo pastori fuisse, ductus argumento eymi τῆς μῦθου, quæ nunc stabulum nunc antrum significat, vnde & ἀρχαῖοι παστορες: Item illius in Cyclop. Theocr. ἀδον ἐν τῶν τῶν παρ' ἑμὶν τῶν νύκτι δὴ ζῆς, ἐστὶ δάρινα πῦρ, ἐστὶ ῥαδινὰ κατὰ ζῆς. Sed nondum adducor vt Nannio assentiar: nam & μῦθου pro cubili, & tugurio accipitur. Et Polyphemus, qui antro contentus erat, ferinam vitam vixit, & vt cæteri Cyclopes ἀπολλοῦ, & quia, teste Homero & Arist. in Ethic. lib. nulla iuris publici religione tenebatur, vt & κολώται ἐξέλιθι immanis & ἀνομιᾶ dictaretur, vt mirum non sit, si se, vt fera in lustra, illi in antro receptarent. Sed & pastores Romanos tuguria pro domiciliis habuisse liquet ex illo: O tantum libeat mecum tibi sordida rura, Atque humiles habitare casus. Quin & Mato Scythas pastores narrat, vt rem nouam & inusitatam suo seculo, in desolis specubus secura sub alta oria agere terra. Penus autem, quam pro confirmatione suæ sententiæ memorat Nannius, non est Melibœe, quem antro pro domo vsam dicit, sed Tityri amicū ad diuertendum inuitantis, & agrestem gazam offerentis. DYMOSA PENDERE DE RUPE] Græcis vtique ἀγρῶν, τὸ τῶν (vt vult Eustathius) ἢ ἀγρῶν λιπαρῶν, ἢ ἴσ' αἰὶν ἀγρῶν λιπαρῶν δὴ τὰ ἀπορροῦσα. CARPETIS AMARAS] De capris Lucret. lib. 6. Barbigeras oleaster eò iuuat vsque capellas, Diffluat ambrosia quasi verò & ne stare tinctus, At nihil est homini fronde hac quod amarius extet. Idem 4. Præterea nobis veratrum est acre venenum, At capris adipēs & cotunnibus auget. HIC TAMEN HANC MECUM] Theocr. in Cyclop. ἀδον ἐν τῶν τῶν παρ' ἑμὶν τῶν νύκτι δὴ ζῆς, ἐστὶ δάρινα πῦρ, ἐστὶ ῥαδινὰ κατὰ ζῆς. FRONDE SVPER] Innuere συχάδα videtur. CASTANEÆ] καστάνια à Castano oppido. PRESSI COPIA LACTIS] Pressum lac, interpretes pro casco accipiunt: alij ad recens lac multum referunt, respicientes illud Maronis, Si lac præcepit astus Vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis: alij & ἀκρητον γάλα Hom. Od. 1. sapere lac pressum, hoc est, ἐν ᾧ (vt interpretatur Eustathius) ἔστι ἐπὶ τὸ πρῶτον, ἢ τὸ ἐλαϊώδες, ἢ τὸ ὑπὸ δάρι. Ego vulgarem malim interpretationem veri ex illo Georg. 3. Quod surgente die mulxère, horisque diurnis, Nocte premunt. Similiter cadit cum hoc & versus eodem libro: Denso hinc soboles, hinc largi copia lactis. Ouid. lactis massa coacta. ET IAM SVMMA PROCVL] Hom. Iliad. σ. αἶ. δ' ἔτε κακῶς ἰὼν ἐξ ἀστῆρ' αἰθέρ' ἰκνύ' ἠλδων, &c. Et Eurip. in Hecuba, κατὰ τὸν ἢ πύλας τῶν δ' ἀστῆρ' ἠλδων ἴδω. Et Æneid. 3. Terra Visa aperire procul montes, & voluere fumum.

ALEXIS.

ECLOGA SECVNDA.

FORMOSVM pastor Corydon ardebat Alexin, Delicias domini, nec, quid speraret, habebat. Tantum inter densas vmbrosa cacumina fagos Affidè veniebat: ibi hæc incondita solus Montibus & siluis stuo dio iactabat inani. O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas: Nil nostri miserere: mori me denique coges. Nunc etiam pecudes umbras, & frigora captant: Nunc virides etiam occultant spineta lacertos: 10 Thestylis & rapido fessis messoribus æstu Allia, serpillumque, herbas contundit olentes.

CORYDON.] Κόρυδος ἢ κορυδαλὸς & ἀπυμυθῆς, galeritus & galerita, cuius allusione nomen Corydoni dedit Poëta: Huius autem Eclogæ & Propertius meminit: Felix intactū Corydon qui tenat Alexin, Agrestis domini carpere delicias. Et Apuleius quoque, his verbis: Quanto modestius tandem Mátuanus, qui ibidè vt ego puerū amici sui Pollionis bucolico ludicro laudās, & abstinentes nominū, sese quidè Corydonè, puerū verò Alexin vocat. ARDEBAT ALEXIN] Ardeo nunc neutrum, nunc actiuū est poëtis, more Græcorū, quibus ἀἴδων vtroque modo vsurpatur. INCONDITA SOLVS] Eadem quoque significatione Plinius lib. 8. de elephantis: Germanici Cæsaris munere gladiatorio, quosdam



quosdam motus in conditos edidit saltantium modo. Idem lib. eodem de iisdem: fuere argumen- A ta amoris, gaudium a conspectu, blanditiæ que in condita, stipes que quas populus dedisset, serua- ta: & in sinum effusa, vnguentarie nimirum cuiusdam. Liu. lib. 4. Dec. 1. Cossus spolia opima re- gis interfecti gerens, in eum milites carmina in condita & quantes cum Romulo, cecinerunt: hoc est, ἀνάρμοστα ἢ ἀσυντακτα. Suetonius quoque milites in triumpho Cæsaris in condita carmina cecinisse scribit. Nannius accipit in condita, quæ natura, non arte sunt, vt Donatus in feritaciones voces in- conditas appellat. NIHIL MEA CARMINA CVRAS] Theocr. τῆς δ' ἐ μέλει οὐ μὲν δι' ἐθέλει. MORI ME DENIQVE] Theocr. ἀπάγγελξαι μὲ ποιήσεις. VMBRAS ET FRIG. CAP.] Suprà: Frigus captabis opacum. Alludendo videtur soluisse Græcorum σκιάθρον, qui est locus captandæ umbræ idoneus: quo nomine instrumentum gnomonicum dicebatur, quo architecti etiam me- τανδus vrbibus vtebantur: qui & σκιάθρα. NUNC VIRIDES] Theocr. εἰδ. ζ. ἀνίκα δὲ ἢ σκιάθρα. ALIA] Turneb. innui alliatum, & moretum censet.

At mecum raucis, tua dum vestigia Iustro,  
Sole sub ardenti resonant arbuta cicadis.  
Nōne fuit fatius tristes Amaryllidis iras,  
15 Atque superba pati fastidia? nōne Menalcam?  
Quamuis ille niger, quamuis tu candidus esses?  
O formose puer, nimium ne crede colori:  
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.  
Despectus tibi sum, nec, quis sim, quæris Alexi:  
20 Quam diues pecoris niuei, quam lactis abundans.  
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ:  
Lac mihi non æstate nouum, non frigore defit.  
Canto quæ solitus, si quando armenta vocabat,  
Amphion Dirceus in Actæo Aracyntho.

NIMIUM VICINA CREMONÆ] Et de assignatis agris veteranis queritur Maro, Pertica quæ nostros metata est impia agellos: qua phrafi & Propert. Abstulit excultas pertica triftis opes. CANTANTES SVBLIME FERENT] Catull. Ad cælum lepido vocare versu. SIC TVA CYNRÆAS] à Cyrne, quæ & Corsica. Taxum autem alij smilacem appellant. Certè hic admonet Turnebus, mel Sardoum buxi potius quàm taxi sapore infici & viciari, ex Diodoro, cuius hæc sunt: φύεθ δὲ καὶ τὴν νήσον ταύτην καὶ πύξου ἀρίστη, καὶ διὰ τὸν οὐρανὸν ἐν αὐτῇ παντελῶς γίνεθ πι κρόν. Verisimile est tamen apes taxo arbore nocentissima pasta, salubre aut dulce mel non perinde facere, applaudente vel poëta ipsius interpretatione lib. 4. Georg. Ne propius tectis taxum sine nempe ab aluearibus taxos remouendas admonentis. ME QVOQVE DICVNT VATEM] Ex Theocr. in Thalyf. καὶ γὰρ ἐγὼ μοιστῶν κρηττοῦν σῆμα, καὶ με κρηττοῦ πάντες ἀοιδὸν εἰσὼν, ἐγὼ δὲ τῆς οὐ ταχικαίης, οὐδ' ἄν, οὐ γὰρ πω κρητ' ἐμὸν νόον, οὐτ' ἐγὼ ἐδιδόν σιελίδων νήπιον τὸν ἐν Κάμω, οὐτ' ἐφίλητον ἀείδων, βάρβαρον δ' ἐποτ' ἀνερὶδ' ὡς πρὸς ἐπίσδω. ANSER OLORES] Perstrinxisse Seruius aduertit Virgilium Anserem Antonij poëtam, vt & docti quidam Ciceronem eo Philipp. loco: ex agro Phalerno anseres depellebantur. Sed ne Anseri quidem pepercit Propertius: ore canorus Anseris indocto carmine, cessit olor. Et Ouid. lib. 2. Trist. Cinna quoque his comes est, Cinnaque procacior Anser.

- MOE. Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse voluto, Si valeam meminisse: neque est ignobile carmen. Huc ades ô Galatea: quis est nam ludus in vndis?
- 40. Hic ver purpureum: varios hîc flumina circum Fundit humus flores: hîc candida populus antro Imminet, & lentæ texunt vmbacula vites. Huc ades. insani feriant sine littora fluctus.
- LY. Quid? quæ te pura solum sub nocte canentem
- 45. Audieram? numeros memini, si verba tenerem.
- MOE. Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus? Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum: Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo Duceret apricis in collibus vua colorem.
- 50. Infere Daphni pyros: carpent tua poma nepotes.

HVC ADES O GALATEA] Hic versus cum quatuor sequentibus ex ordine videtur desumptus ex Theocr. Cyclop. τὰν γλαυκῶν τε δαλασσαν ἑὰ πρὶ καὶ ἔρπον ἀρεχθῶν, ἀδιδὸν ἐν τῶν ἴσθ' παρ' ἐμὸν τὰν νύκτα διαλείπει, ἐντὶ δαίμονα τιμῆ, ἐντὶ βυδινὰ κωπόμενοι, ἐντὶ μέλας κισθὲς, ἐντὶ ἀμυγλῶν δὲ γλυκύκρητον. Vis autem huius versus, insani feriant sine, &c. videtur referri posse ad illos Hom. Il. 6. πρὸς τοῦ βέβρον χεν μέγα κίμα ποτὶ βῶν ἐμοί θ' ἴ' ἀκραὶ ἠίδες βόδασιν ἐρδ' ἰομένους ἀλδὲς ἔξω. vnde & Sophocli subinde ἀκτά κωπόμενοι. Et Grammatici scilicet Diua deducunt ἀπὸ τοῦ δεινῶσαι, ὅ ἐστι τὸ πῖναι τῆς ἀσπρῆς ἢ ἢ κωπόμενοι. VER PURPUREVM] Vt infra lib. 6. de Elyfio: Largior hic campos æther & lumine vestit Purpureo. Pindarus quoque Pyth. ἄδ. 4. φοινικῶν δ' αὖτις ἢ vocauit; quod firmare videtur hanc lectionem, contra interpretem quendam, qui ver perpetuum legit. Poëta etiam φοινικῶν πεπλοῦν ἔαρ vocant. IMMINET ANTRO] ἀρδόμενοι, ἐπίκειθ'. PURA SVB NOCTE] Aratus, καθερῆς νυκτὸς, φαν. εἴ ποτέ τοι νυκτὸς κωπόμενης, ὅτε πάντας ἀγαυοὺς ἀστέρας ἀνδράπων ἐπιδείκνυται ἐσθλὴν νύξ. NUMEROS MEMINI] βυδινὸν, Gaza numeros verit. Grammatici autem inter βυδινὸν & μέτρον eam constituunt differētia, vt rhythmus circa sonum versetur, metrum autem etiā absque cantu prolatum suam retineat proprietatem. Hic βυδινὸς ἀντὶ τῶ μέλοις. Tale quid autem apud Platonem in Phædro huic loco respondere videtur: τῶ ἀντὶ τῶ σάκερτες αὐτὸς μῦλλον τὰ γὰρ ῥήματα ἐκ ἐξέμαδον, τὴν μέντοι

A μέντοι δαίμονα καὶ δὲ τῶν οὐρανῶν οὐκ ἐστὶν διαφέρουν τὰ τῶ ἀντὶ τῶ τῶ τῶ ἐν κερφαλαίῳ ἔκαστον ἐφέξῃς ἐκείνη ἀμύγλω. Ecce DIONÆI PROC. CÆS. ASTRVM] Cæsarem hîc, propter Iuliam gentem ad Alcanium nepotem Veneris genus referentem, Dionæum appellatum etiam quòd, dum Veneri genitrici sacrificaretur, ludique funebres Iulio ederentur, per diem stella visa occasionem dedit Augusto, exinde in galea depictam exhibendi stellam, & populo suadendi fidus id esse Cæsaris dei facti. Vide infra, patriumque aperitur vertice sidus. Horat. micat inter omnes Iulium sidus: & Propert. 4. At pater Idalio miratus Cæsar ab astro, Sum deus, & nostri sanguinis ista fides. Putauit autem aliquando, quòd Romani genus ad Venerem referrent, quòdque auctores generis Æneas & Iulus Venerem nō solum parentē agnoscerent, sed & pro tutelari dea à toto Romano nomine culta sit, τὸν ἐπιφρόδιον Dionæο respondere, Syllamque hoc nomen assumpsisse, quasi in tutela curaque Deæ Romanorum prima matris se esse iactantem. Augebat mihi credulitatem locus apud Plutarch. in lib. περὶ ἐαυτὸν ἀνεπιφρόδιον ἐπανείν: vbi docet τῆς περὶ αὐτοῦ λόγου, hoc est, propriariū nostrarumque laudum mitigari inuidiam, si eas ad deos fortunamque referamus, non solidas virtuti nostræ asseramus, his verbis: ἀφ' ἧς ἢ καὶ σὺλλας τὸν φρόδιον, ἐπὶ τῶν τυχλῶν ἐπανείν, καὶ τῶν ἐπιφρόδιον ἐαυτὸν ἀνεπιφρόδιον μῦλλον γὰρ ἀπὸ τῆς ἢ ἀρετῆς ἢ πλεονεξίας βούλονθ': eumque locum ita accipiebam, vt felicitatem suam Sylla ad Deam Venerem principem gentis reiceret, tum ex precedentibus, tum ex serie verborum consequenti: B οὐχ ἡμεῖς γὰρ κέρουσι ἀρετῶν λοκοῖς τῶν ζαλδικοῦ νομοθεσίαν, ὅτι τῶν ἀδελφῶν ἐρασσαὶ ἀπὸ φουτῶσαν εἰς τὴν ἐκαστοῦ τῶς νόμου: ἐστὶν γὰρ καὶ τῶν ἀρετῶν, ἀπὸ τῶν μὲν ἐπὶ δὲ ἀνθρώπων, μὲν δὲ βούλομαι ἢ εἰσφερομένους. Nec sum omnino ab ea deiectus sentētia. Arridet tamen mihi Nannij, qui συμμ. lib. 1. ἐπιφρόδιον vult esse Græcis, quod Latinis venustum, vt apud vtramque gentem pro felice accipiatur, firmans Latinorum auctorum suam sententiam exemplis, & Plutarchi illo in Sylla: καὶ πῆρας ἐκέλευσε δὲ τούτοις ἀντὶ τῆς περὶ ἀρετῆς, τοῦτο γὰρ ὁ φοῖλιξ βούλομαι μάλα δὲ δὲ αὐτὸς δὲ τοῖς ἐκαστοῦ γὰρ, καὶ χρηματικῶν ἐαυτὸν ἐπιφρόδιον ἀντὶ τῶν ἀρετῶν, καὶ γὰρ ἡμῶν ἐν τοῖς προσαίσις δυπὸς ἀναρχαίαι: vnde & inuicem infelicem dici Comico docet. Pote st & apud me multum, quòd Thorius vir acerrimi iudicij, & Venerem iactum talorum fortunatum dici admonuit: & quòd sum recordatus obseruasse Seruium in eum Æn. 1. locum, Cui mater media se te tulit obuia syllæ, Æneam Virginem in horoscopo habuisse, Veneremq; in Virgine constitutam misericordes procreare feminas, & viros per mulieres felices futuros. Græci item ἀκούερας & ἀναφρόδιτους non solum ἐπιφρόδιτοι ἀντικειμένους & oppositos dicere videntur, sed & despicibiles, & venere destitutos homines. PROCESSIT, ASTRVM] Virgilius procedere astrum dixit Græca imitatione. Hom. Il. 6. καθερῆς ἀστρῶν dixit: ἀστρῶν δὲ ἀντὶ τῶ ἀστέρων, ἀστρῶν δὲ πῆρας νύξ. Astrum autem hîc pro stella: vt ἀστρὸν Græcis nonnunquā ἀντὶ τῶ ἀστέρων. Est enim ἀστρὸν Eustathio περὶ ἀστρονομίας τῶ ἀστέρων λέγειν, ἀστρῶν δὲ τὸν μόνον σῶμα. DUCERET VVA COLOREM] ὁμοίως ἄν ἀσπρῶν καὶ ἀσπρῶν: alludie C autem ad mensē Iulium.

- Omnia fert ætas, animum quoque: sæpe ego longos Cantando puerum memini me condere soles. Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoque Mœrin Iam fugit ipsa: lupi Mœrin videre priores.
- 55. Sed tamen ista satis. referet tibi sæpe Menalcas.
- LY. Caufando nostros in longum ducis amores: Et nunc omne tibi stratum silet æquor, & omnes (Aspice) ventosi ceciderunt murmuris auræ. Hinc adeò media est nobis via: namque sepulcrum
- 60. Incipit apparere Bianoris: hîc, vbi densas Agricola stringunt frondes, hîc Mœri canamus. Hic hædos depone, tamen veniemus in vrbem: Aut si, nox pluuiam ne colligat antè, veremur, Cantantes licet vsque (minus via lædet) eamus.
- 65. Cantantes vt eamus, ego hoc te fasce leuabo.
- MOE. Desine plura puer: & quod nunc instat, agamus. Carmina tum melius, cum venerit ipse, canemus.

OMNIA FERT ÆTAS, ANIMVM QVOQVE] Aristot. φυσ. ἀστρ. δ. καὶ τὰ ἀστρῶν δὲ τῶ ἀπὸ τῶ κέρου, καὶ ἀστρῶν καὶ λέγειν εἰδόμενοι, ὅτι κρηττοῦν ὁ κέρου, καὶ γρηττοῦν πάντα ἀπὸ τοῦ κέρου, καὶ ἐπιφρόδιον δὲ τὸν κέρου, ἀλλ' οὐ μὲν ἀπὸ τῶν, οὐδ' ἐν τῶν γέρου, οὐδ' ἐκαστὸν. Idem post pauld: ἐν τῶ κέρου πάντα γίνεθ καὶ φείεθ, διὰ τὸ ἐμὸν σφῶν τῶν ἐλερον, ὅ τῶ πρὸς τῶ ἀσπρῶν ἀμύγλω, ὅτι καὶ ἐπιφρόδιον ἐν τούτῳ, λέγον ἀρδόμενοι. In hoc ipsum argumētum Xenoph. ἀσπρῶν ἀ, ἀπὸ τῶ ἀσπρῶν ἐν μέτρῳ πεπαιμμένων, τοὺς καὶ μελετῶν ἐπιφρόδιον ἀμύγλω, οὐτῶ καὶ ἢ δὲ ἀσπρῶν ἀμύγλω ἐγγρηττομένους. Plato quoque in Timæo de puerili memoria, de qua hîc poëta: ἀσπρῶν τῶ λέγειν, τὰ πᾶσι μᾶλλον ἀμύγλω ἀμύγλω ἀμύγλω ἐγγρηττομένους τῶ μῦθῳ





Certe, siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,  
Seu quicumque furor, quid tum si fuscus Amyntas?  
Et nigrae violae, sunt & vaccinia nigra.

40. Mœcum inter salices lenta sub vitæ iaceret:  
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.

AGRESTI SYLV. HON. FLOR. FER. ET GR. LI. QUASS.] Non dissimile est illud Lucretij lib. 4. cum Pan Pineae femiferi capitis velamina quassans. Et Aristoph. in Ran. ἐλθε πόνδ' ἀνὰ λειμῶνα χορδῶν δόσις ἐς διατάτας, πολὺ κερπὸν ἢ πνέσσαν ἀμυρὶ κερτὶ σφ' ὀφρύνοντα σέθανν μύρτων. SANGVINEIS EBVLIBACIS] Sic & docet Eustathius ἀμύρνια σάκος in Pato insula dici, à rubente & sanguineo colore: Sic & Maroni cruenta myrta. Hunc autem versum lib. de nat. stirp. Ruellius citat, eo consilio, vt doceat, acinos & baccas indifferentem nonnunquam confundi, etiam si non indocti homines interesse hoc putant, quod acini inter minutiores fœtus herbarum, fruticum, arborumue, densius enascantur, baccæ verò dispersius, & rariùs; & inter acinos enumerentur grana vnae, hederae, sambuci, ebuli, mali Punici, mori; inter baccas verò partus lauri, oliuae, corna, fructus loci (quam fabam Græcam appellant) myrti, lentisci, similiumque. ET QVIS ERIT MODVS] Sophocli. in Electra: ἢ τί μόνον κηρύττει ἐόν; SOLI CANTARE PÉRITΙ] Recurre ad superiorem locum: Arcades ambo, & cantare, &c. ATQVE VTINAM EX VOBIS VNVS] Eadem phrasi Cicero Epist. lib. 7. ad Trebatium: Rufio mediisfidius tuus ita desiderabatur, vt si esset vnus è nobis. CERTE SIVE MIHI PHYLLIS] Theocr. θαλ. εἴτ' ἐς' ἀσφ' φιλίῳ, εἴτε πρ' ἀλλῳ. QVID TVM SI FVSVS V] Eadem forma & poeta Epigr. lib. 7. εἰδὲ μέλαινα, π' τοῦτο, ἢ ἀνδρακας, ἀλλ' ἀν' ἐμείνοιο δαλ' λουμῖ, λάμπουσ' ὄς' ῥίπτεαι κέλυνες. Hic autem sibi pastor amatorie fucum facit, ex poetarum, Nafonisque præferim doctrina, qui libris de amore est auctor, amatores, dulci infantiae æstro percitos, vitia amatarum personarum prudentes, imprudentes, boni vicinitate semper dissimulare & excusare: inter quas præceptiones & obseruationes est illud: si nigra est, fusca videatur. Est siquidem fuscus color apud Nafonem, perinde vt hic, φαιδς, medius inter nigrum & candidum, & ex albo & nigro commixtus: vt videre est apud Platonem in Timæo, & Alex. Aphrod. lib. 1. probl. μέλαινα ἢ μέλαινα μίξι. ἀφρακῶντα ἢ ῥέων τὸ χροῖμα τίττει χροῖαν ἐτέρων τῶν σέ φαιδς. Subiungam itaque elegantem ex 4. Lucret. locum cum hoc, cumque illo Nafonis, satis consentientem: qui sic habet: Nam hoc faciunt homines plerumque cupidine cœci, Et tribuunt ea quæ non sunt his commoda verè. --- Nigra μέλαινα est, immunda & fœtida ἀνομιῳ, Cælia Palladion, neruosa & lignea, φρεκας Paruola, pumilio, χερῖτα μία tota, merum sal, Magna atque immanis, κατὰ θηξίς, plenaque honoris, &c. Addam & ex Platone eiusdem argumenti locum ex πολ. e. non ignotum (vt credo) Lucretio. ἢ οὐχ' οὕτω πειτῖτε σπῶς τὰς καλὰς; ὁ μὲν ὅπ' αἰδῖς, ἐπίχραει κληθεῖς ἐπαυεθίσι; ὅσ' ὁ μὲν πῶδ' δὲ τὸ χροῖον, βασιλικὸν φαιδ' εἶναι τὸν δὲ δὴ δὴ μέσσου τὸν πῶν ἔμμετῶτατα ἔχειν μέλαινας δὲ, ἀνδρῶν δὲ εἶναι. λαμπρὸς δὲ θεῶν παῖδας εἶναι μελαγχρόνους δὲ ἢ τῶνομα δὲ πῶς ἀλλοῦ πῶνομα εἶναι ἢ ἐσπῶς ἀσποκρομένους τε ἢ ἀχρῶς φέροντες τῶν ἀχρότητα, εἶναι ὅπ' ὄρα ἢ. ἢ ἐνὶ λόγῳ πάσας περὶ ἀσπῶς σποφασίξ' εἶδ' τε ἢ πάσας φωνὰς ἀθέτε, ὅσπερ μὴ δὲνα ἀσποβάντων ἢ ἀνδρῶν τῶν ἐν ὄρα. Nempe & hic fuscus Maroni fortè μελαγχρόνῳ est Platonis: cuius colorem circuitu verborum videtur mihi exponere Horatius, hoc: Tinctus viola pallor amantiū: quod respondet huic, Et nigrae violæ: vnde & Græcis ἰοειδῆ, & ἰός. ET NIGRÆ VIOLÆ] Hunc totum versum interpretem illius Theocriti credit Turnebus, ἢ τὸν ἰομελαν' ἐστὶ, ἢ ἀχρῶς ἀνδρῶν: vnde & hyacinthum pro vacciniis accipit. poeta quoque Græcus ἰνυ κωνανγῆς vocat.

Hic gelidi fontes: hic mollia prata Licori:  
Hic nemus: hic ipso tecum consumerer æuo.  
Nunc insanus amor, duri me Martis in armis,  
45. Tela inter media, atque aduersos detinet hostes.  
Tu procul à patria (nec sit mihi credere tantum)  
Alpinas ah dura niues, & frigora Rheni  
Me sine sola vides: ah te ne frigora lædant:  
Ah tibi ne teneras glacies fecet aspera plantas.  
50. Ibo, &, Chalcidico quæ sunt mihi condita versu  
Carmina, pastoris Siculi modulabor auena.  
Certum est in syluis inter spelæa ferarum  
Malle pati, tenerisque meos incidere amores  
Arboribus: crescent illæ, crescetis amores.  
55. Interea mistis lustrabo Mænala Nymphis:  
Aut acres venabor apros: non me vlla vetabunt  
Frigora Parthenios canibus circumdare saltus.

MOLLIA

A MOLLIA PRATA] Sic Hom. ἰδ. ε. ἀμυρὶ δὲ λειμῶνες μελακῶν ἰου ἢ δὲ σελίνου. NEC SIT MIHI CREDERE TANTVM] Videtur hæc esse huius loci sententia, vt Gallus amoris impotentia optret, quamuis reuera Lycoris sit Antonij militiam sequuta, id tamen tantummodo non credere, sibi amatorie blandiens & amicae, & sibi scienter quodammodo imponens & fucum faciens: vt fortè Græci dicerent, οὐκ ἂν εἴη, vel ἐξ εἴη πρῶτον, ne liceat credere: qua forma Tib. lib. 1. At mihi si credas, illam sequar vnus ad aras, Tunc mihi non oculis sit amuisse meis: erant enim sacra Bonæ Deæ maribus interdita: idem: Nec tibi sit datus acuisse in pectora dentes. AH TIBI NE TENERAS] Sic & Proper. Cynthia ab instituto itinere deterrens, Tu pedibus teneris positas sulcare pruinas, Tu potes insolitas Cynthia ferre niues? TENERIS QVE MEOS INCIDERE AMORES] Aristoph. interpres in eum locum Acharn. ἐν τοῖσι τούτοις ἐχραρον, ἀθλωταῖοι κηλοῖ, ἰδὸν, inquit, ἐσπῶν ἢ τὰ ἢ ἐραμῶν ὀνόματι χροῖον ἐν τοῖσι τούτοις, ἢ δ' ἀνδρῶν, ἢ φύλλοις οὕτως: ὁ δ' εἶναι κηλὸς, ἢ φροῖ κηλῶμαχος, ἀλλ' ἐνὶ δὴ φύλλοις κηκομῆναι τῶνα φέροντε χροῖοματι κηδὶ πῶν ὄς' ἐφροῖ κηλῶν, ἢ ἐν πῶς σφῆξῖ, ἢ ὡν παρὲρ χροῖομαχος κηλὸς, ἢ λιθάριῳ. φιλοσοφῖ ἢ ἢ σφῆδρα σφῆ π' ἐρωτικῶς ἐχροντες, ἢ δ' ὡς σιωπῆναι ἢ τοῖσι ὀνόμασι. Theocr. in Hel. χροῖοματι δ' ἐν φροῖ χροῖοματι, ὄς' παρῶν πρ' ἀγνῶν δωρεσι, σέβου μ', ἐλνεαι σὺν τῶν εἰμί. INTEREAMISTIS] Tale etiam consilium amore percita Phædra capit apud Eurip. in Hipp. σέμπε μ' εἰς ἔρῳ, εἶμι σπῶς ὕλαν, &c. NON ME VLLA VETABUNT FRIG.] Tale quid Propert. Nec me tardarent Scythiæ iuga, cum pater alta Africus in glaciem frigore necit aquas. PARTHENIOS] Parthenius Seruio mons est Arcadiæ, Stephano fluuius in media Amastri ciuitate, Plinio Parthenium oppidum, & mons Parthenius in Arcadia.

Iam mihi per rupes videor, lucosque sonantes  
Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu  
60. Spicula, tanquam hæc sit nostri medicina furoris,  
Aut deus ille malis hominum mitescere discat.  
Iam neque Hamadryades rursus, nec carmina nobis  
Ipsa placent: ipsæ rursus concedite syluæ.  
Non illum nostri possunt mutare labores:  
65. Nec, si frigoribus mediis, Hebrumque bibamus,  
Scythoniasque niues hyemis subeamus aquosæ:  
Nec, si, cum moriens alta liber aret in vltimo,  
Æthiopum versemus oues sub sidere Cancri.  
Omnia vincit amor: & nos cedamus amori.

CYDONIA SPICULA] Sic & Callimachus in hymno Dianæ, ἢ ὡς π' κηδῶνιον, ἢ δ' ἀχρῶς, ἢ δ' ἰου πῶς εἶπε. IAM NEQVE HAMADRYADES] Plutarch. in lib. ἀπὲ ὀκελοῖ π. χροῖο. Pindari versum citat his verbis: ἀνδρῶν ἢ εἶρηκεν εἰπὼν τὰς νύμφας (ἢ ἰσοδένδρα τέκμαρ ἀλῶνος λαχούσας) δὲ ἢ κηλῶν ἀντὰς ἀμμετρούδας. NEC SI FRIG. MEDIIS HEBRVMOQVE] εἶπῖ δ' ἢ δ' ἀνδρῶν ἢ ἐν ὀρεσι χροῖοματι μέσσου ἔσπον παρ' ὀρεσι μὲν τετραμμένους ἐγ' ὕδων ἔρκετον, ἐν δὲ φρεσι πυμάτοισι παρ' ἀλδῶσσι νομῶσι. VERSEMVS OVES] Sunt qui putent veruisse poetam Græcorum ἰσοπλήν. Certè in Epigr. ἰσοπλήν est per solitudinem habitare, vt ἰσοπλήν locus est desertus, quod in huiusmodi locis versentur oues, statio pecudum, ab ἰς & πολῶν: aliis tamen ab οἶ, solus, & πολῶν.

70. Hæc sat erit Diuæ vestrum cecinisse poetam,  
Dum sedet, & gracili fiscellam textit hibisco,  
Pierides: vos hæc facietis maxima Gallo:  
D Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,  
Quantum vere nouo viridis se subiicit alnus.  
75. Surgamus: solet esse grauis cantantibus vmbra:  
Iuniperi grauis vmbra: nocent & frugibus vmbrae.  
Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.

SE SVBICIT ALNVS] Forlan subiicit ita accipiendum, vt summittit apud Lucret. Tibi suanes dædala tellus submittit flores: & infra Georg. 2. Parnasia laurus Parua sub ingenti matris se subiicit vmbra: & Æn. 10. Corpora saltu subiiciunt in equos. & 4. Georg. Ter flama ad summum tecti subiecta reluxit. vbi subiicere, se furrigere, & attollere significare videtur. IUNIPERI GRAVIS] Lucret. 6. Arboribus primùm certis grauis vmbra tributa est. Iuniperus autem Græcis ἀρδῶσ. Apollini sacra, φροῖ τὸ τῶν ἀρῶν κῶδεν, quod eius odorem reptilia multa auersentur, & fata vmbrae. Alij eius etymon deducunt φροῖ τὸ ἔχειν ἀλῶνδῶς κηρυμμένους.



48  
P. VIRGILII MARONIS  
GEORGICON

LIBER PRIMVS.

AD MÆCENATEM.



VID faciat lætas segetes, quo fidere terram  
Vertere Mæcenas, vlmisque adiungere vites  
Conueniat: quæ cura bouum, quis cultus habendo  
Sit pecori, atque apibus quanta experientia parcis,  
Hinc canere incipiam. Vos ô clarissima mundi  
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,

- 5. Liber, & alma Ceres, vestro si munere tellus  
Chaoniam pingui glandem mutauit arista,  
Poculaque inuentis Acheloia miscuit visis:
- 10. Et vos agrestium præsentia numina Fauni,  
Ferte simul Fauniquæ pedem, Dryadesque puellæ.  
Munera vestra cano. tuque ô, cui prima frementem  
Fudit equum magno tellus percussa tridenti,  
Neptune: & cultor nemorum, cui pingua Cæx
- 35. Ter centum niuei tondent dumeta iuueni.

G. VALENTIS GVELLII

PP. IN VIRGILII GEORGICA  
COMMENTATIONES.



VID FACIAT LÆTAS] Hos libros de re rustica γεωργικὰ inscripsisse Virgilium certum est, secutum & imitatum Nicandrum Colophonium, Hesiodum, Aratum, quin & Aristotelem, Theophrastumque, vt ex locorum comparatione in progressu huius operis abunde patebit. Videtur autem hic lætas segetes dixisse, vt Hom. II. μὲν πεδία λαοτύπυι καὶ ἀνδρῶν πόνοισι ἔργα: qui Homeri versus respondet interpretationi Seruij, qui lætas pingues explicat, & simum lætamen accipit. Sape autem poeta πόνον ἔργα pingua culla, & vt hic lætas segetes, alibi, sata læta, bouumque labores. λαοτύπυι autem Hom. non tam loto abundantia, quam ἀνδρῶν, vnde & ἀπολωτίζεν Euripidi, veluti flores demerere, & deflorare, in Supp. ὅταν τις ὡς λειμῶν ἢ κενὸν ἄγρω πέλμας ἀφαιρῆ καὶ ἀπολωτίζεν νέους. VLMISQVE ADIVNGERE] Catull. de vite: At si forte eadem est vltimo coniuncta marito. LABENTEM CÆLO QVÆ DVGITIS ANNUM] Credo equidem hic poetam ea forma ducere annum dicere, qua saepe ducere diem, & noctem ducentibus astris: & iamque iugis summæ fulgebat Lucifer Idæ, Ducebatque diem. Dare autem videtur ducendi anni partes Libero & Cereri, quod messe & vindemia anni potissima tempora & vices distinguantur. Sic autem ἀγρῆν ἐνιαυτὸν Ἀράτους: ἐν τοῖς ἡέλιος φέρεται δυοκαίδεκα πᾶσι πᾶσι ἐνιαυτὸν ἄγρον. LIBER, ET ALMA] Cur Liber Bacchus dictus sit, docet Plutarch. ἐν ῥωμαϊκῇ. his verbis: διατὶ τὸν δίνουσαν λιβέρον πᾶρα κελοῖσι, πύθρον ὡς ἐλδοδέρως πατὴρα τοῖς ποδοῖς ζυγόμενον, γίνονται δὲ οἱ πολλοὶ θρασυεῖς, καὶ παρρησίας καταμηκῶνται ἀπὸ τῆς μέθης, ἢ ἐπὶ τῷ λοιβῷ παρέχοντες ἢ ὡς ἐλέξανδρος ὁνομαζομένη ἀπὸ τῆς ἐλδοδέρως ἢ βιωτικῆς ἐλδοδέρως δίνουσαν ἀποπροσφροσύνου. ACHELOIA] Etiam si proprium fluij nomen Achelous sit, docet tamen Eustathius in eum Hom. II. β. locum, ἴδης ἐν κρημνοῖσι θηεῖ βροτῶν ἕωθεν ἔσται, aquam omnem Acheloum dici: sed & ἀχελῶν ἀπὸ τῆς ἀχλὺς λέγουσιν. FERTE SIMVLE FAVNIVQVE PEDEM] Catull. Illuc vnde malum pedem attulistis? PRIMA FREMENTEM] Vide illum locum 4. Æn. Prima & Tellus, & pronuba Iuno. FVDIT EQVVM MAGNO, &c.] Sic solent poetae Deos inducere magnum quid designantes, inceptorum consecratione, scripturam adhibere, & eo aut res aut personas tangere, vt Hom. de eo ipso Neptuno II. v. Aiaces in bellum instigante: ἢ καὶ σεντὰν ἄνω γαίοντος ἐνοσίγαιος ἀμφοτέρω κειοτῶσι πῆσεν μένεος κερταροῖο, γῆα δ' ἔδνηκεν ἐλασθῆα, πῶδαί τε καὶ χεῖρας ὑπέσθη. Conuenit autem & huic loco illud Callimachi in hym. Iouis: εἴπτε, καὶ ἀντανύσασαι θεὰ μέγαν ὑπέσθη πῆχυν ἄρσος σήπρω, τὸ δὲ οἱ δῖον πολὺν δῖος, ἐκ δ' ἔρχον μέγα χεῖρμα. Item Æolus lib. I. Æn. Cauum conuersa cuspide montem Impulit in latus. Non solum autem oliuarum feracitate Sophocles in Colono, sed ab equi prima creatione Athenas commendat: ἄλλον δ' ἄλλον

49  
P. VIRG. GEORGICON LIBER I.  
A αἶον ἔχον μαστοπῆλαι τῆ δὲ κρῆπτον δῶρον ποδὸν ἀγάλου δαίμωνος εἰπὲν αἰγῆμα μέγιστον, διπλοῦν, διπλόον, εἰ δὲ ἀλαστον, ἀπὸ τῆς κρῆπτον, σὺ γὰρ νῦν εἰς τὸ δ' εἰσας αἰγῆμα ἀναξ ποσειδάων: vnde & ab Æsch. in ἐπιτῆ, ἵππῳ ποτομέδων ἀναξ ἰχθυόβλεφον μινανῶ ποσειδάων, quem saepe Pind. ἑρσυσταίναν vocat, & Lycophron ἰασηγέτω. Alludit autem poeta ad Deorum de imponendo Athenis nomine contentionem, cuius & meminit Plato in Epitaph. his verbis: ἐστὶ δὲ ἀξία ἢ χάρις ἢ ἰσὸς πάντων ἀνθρώπων ἐπαυεῖσθαι μόνον ὅς ἡ μὲν πολλὰ καὶ μὲν καὶ ἄλλα, ἀπὸ τῶν δὲ καὶ μέγιστον, ἐπὶ πυχῆναι οὐσα θεοφιλῆς, μὲν τῆ δ' ἡ μὲν πῶ λῶν ἢ τῆς ἀμφοισβησιόωντων ἀπὸ αὐτῆς θεῶν εἰς τὴν καὶ κρίσις, καὶ δὲ θεοὶ ἐπήνεσαν, πῶς οὐχ ἰσὸς ἀνθρώπων γὰρ συμπάντων ἀδικαία ἐπαυεῖσθαι; Aristoph. quoque in Equit. equum Neptuno nuncupat, his: ἵππῳ ἀναξ πῶσειδον ὃ χαλκοκρότων ἵππων κτύπῳ καὶ χρεῖεπταμὲς ἀνδάνη: post paulò χρεῖεπταμὲς vocat. Vt autem hic, fudit equum, Lucr. Tempore quo primum tellus animalia fudit. MAGNO PERCVSSA TRIDENTI] Proper. Testis Amymone, latice cum ferret in aruis Compressa, & Lerna pulsa tridente palus. ΤΟΝ ΔΕΝΤΕΡΥΜΕΤΑ] κείρουσι λίβη saepe Graci poetae.

- Ipse nemus linquens patrium, saltusque Lycæi  
Pan ouium custos, tua si tibi Mænala curæ;  
Adis ô Tegææ fauens, oleæque Minerua  
Inuentrix, vncique puer monstrator aratri;
- 20. Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum:  
Diique, Deæque omnes, studium quibus arua tueri;  
Quique nouas alitis non nullo semine fruges:  
Quique fatis largum cælo demittitis imbrem:  
Tuque adeò, quem mox quæ sint habitura Deorum
- 25. Consilia, incertum est: vrbisne inuisere Cæsar,  
Terrarumque velis curam, & te maximus orbis  
Auctorem frugum, tempestatumque potentem  
Accipiat, cingens materna tempora myrto:  
An Deus immensi venias maris, ac tua nautæ
- 30. Numina sola colant: tibi seruiat vltima Thule,  
Teque sibi generum Tethys emat omnibus vndis:  
An ne nouum tardis fidus te mensibus addas,  
Quà locus Erigonen inter, Chelasque sequenteis  
Panditur: ipse tibi iam brachia contrahit ardens
- 35. Scorpius, & cæli iusta plus parte relinquit.

IPSE NEMVS] nemus quoque Graci. OLEÆQVE MINERVA INVENTRIX] Eurip. in Troadib. τὰς ἐπικελευμένους ἐχθροῖς ἑρποῖσιν ἑλαίας ἀπὸ τῶν ἑδραίων κλάδων γλαυκῆς ἀθήνα ἑρέμιον ἑσθρανον λιπαροῖσι κῆρον ἀθήνας. Et Apollon. lib. I. α. πολυκλήτοιο δ' ἀνεύροτο πῶρα ἑλαίας. OVIUM CVSTOS] μνηστρούλαξ in Epigr. VNCIQUE PVER MONSTRATOR ARATRI] Interpretes contendunt de sententia Maronis, alij ad Triptolemum, alij ad Osirin hunc locum referentes. Ego certe vt malim Triptolemum innui à poeta, facit præcedens proximè versus, oleæq, Minerva Inuentrix: quod & Minerua Athenarum præfæs & tutelaris Dea fuerit, & vbiq; Triptolemus Atticus fuisse canatur: cuius vt in Attica nati his verbis in vrbis encomio meminit Rhetor Aristides: οἱς ἐργον τὸν νομαζόμενον ἀπὸ τῆς πηλοῦ βίον, τὸ δὲ τὸν ἔθ' τὸν ἀπὸ ὑμῶν ὀνησῶ, σκληρὸν πνα καὶ ἀργυρικόν, καὶ ἀρείου διαίτης ὀλησῶν κατακαρμυκῆτα, ἀλλ' ἀρξαι μὲ τὸ δὲ μέρου τε καὶ τὸν νῦν τῶν ἀθηναίων πῶρον, βεβαιωθῆναι δὲ καὶ τὸ τὸ ὄσ' ὁ μὲν δὲ δὲ τῶν ῥαπῆν, ἀμεινόνων: quam sententiam & firmat hoc ipsum, quod poetam non sit probabile Osirin, & Ægyptiaca Numina nominatim inuocare voluisse, quæ, in gratiam Augusti, Antonijque inuidiam, execratur alibi, vt eo 8. Æn. loco: Omnigenumque Deum monstra, & latrator Anubis Contra Neptunum & Venerem, contraque Mineruam Tela tenent: cum & eodem loco testificante Seruio, nondum Romani sub Augusto Ægyptia sacra suscepissent, & Anubis, teste Diodoro, Osiridis filius fuerit: quem Anubin Ægyptus sub canis figura coleret, quod Osiris pater canem pro aratorij insigni gestare solitus esset. Certè & poeta Graci ferendi arandique artem passim Triptolemo tribuunt, vt eo loco Epigr. lib. 2. ἀλλοισιν μάλιστα τριπτολέμοιο γέρας ἢ γὰ βῆας, καὶ ἀροβας, καὶ ἰσβαδῆας, καὶ ἐγῆπλη, καὶ σάγας, &c. Tibullus tamen Osiridi arandij artem acceptā tulit: Primus arara manu solerti fecit Osiris, Et teneram ferro sollicitauit humum. A B RADICE] ἀρθεῖα, ἀρθεῖα, ἐν δὲ κῆν, μίξωδον. Catull. de donis nuptialibus: Namque ille tulit radicitus altas Fagos. DIIQVE DEÆQVE OMNES] Propert. Diique Deæque omnes, quibus est tutela per agros. & Hom. II. 2. πάντες δ' ἐξ ἀπῆθε θεοὶ πάντα τε θέανται. ἀργουμένοις αὐτὲ θεοῦ: inuocat. QVIQVE NOVAS ALITIS NON NVLLO SEMI.] Interpretes nonnulli legunt, respicientes de fluuia quaedam caelestia, quæ pro seminario ferum & stugum

gum ex Philosphorum & poetarum auctoritate accipiunt. Alij non vllò, hoc est, nullo malunt, nisi A  
 georgicorum Philosphorù doctrina, qui non solum plantas eadem ex semine & sine semine sur-  
 gere docent, sed & animalia imperfecta, hoc est, plantis ipsis affimilia & vicina. Nimirum D. Tho-  
 mas in eum Aristor.locum lib. Metaph. 7. vbi agit de naturalibus generationibus, & per artem in-  
 tellectumque effectioibus his verbis Aristoteles: πάσαι δὲ εἶδη εἰς τὰς ἀπὸ τῶν ἀμετάθετων ἢ διαιρέσεων, τῶ-  
 ντων δὲ πνεύματι γίνονται καὶ ἀπὸ τῶν ἀμετάθετων καὶ ἀπὸ τῶν ἀμετάθετων ὡς ἐν τῶν ἀπὸ φύσεως γιγνομένων, ἕνα γὰρ κρι-  
 κεί τὰ αὐτὰ καὶ ἐκ ἀρμάτων γίνονται, καὶ ἐκ ἀρμάτων γίνονται. D. inquam Thomas hunc enarrans locum  
 contra Aueroem & Auicennam hanc Aristotelis docet esse sententiam: quòd scilicet nonnulla pos-  
 sint & ex semine generari & sine semine, non tamen vsquequaque omnia: quemadmodum nec in  
 artificialibus omnia possunt per artem & sine arte fieri, sed quaedam per artem tantum, vt domus:  
 animalia siquidem perfecta non posse nisi ex semine generari; imperfecta autem, quæque ad natu-  
 ram plantarum satis propinquè accedunt, promiscuè ex semine & sine semine posse generari. vt in  
 plantis videre est, quæ excitantur à sole, in terram dispositam calore natiuo agente, quas quidè con-  
 stat semina producere, ex quibus & plantæ diuisæ, generantur, sufficiente plantis imperfectisque  
 animalibus sola cælesti causa & virtute, non item animalibus perfectis, quæ desiderare videntur con-  
 iunctam efficaciam cælesti vim facultatemque seminis: vnde & illud inter physiologos vulgatum, ho-  
 minem & solem hominem generare. Profectò qui in secunda sunt sententia, ita suam tuentur inter-  
 pretationem, vt dicant, ad auctores Deos poetam referre eam, quæ absque semine est, totam prorsus  
 generationem, terra nouerca nihil aut parum conferente, & sola diuina causa factus tales absol-  
 uente, nouas epitheto fauente, vt integram illam creationem nouamque vindicante Numine. Super-  
 riori tamen sententiæ fauet illud, quod ex aliquo poeta citat Plutarch. in lib. πρὸς ἀπ. ἡγεμ. ὁρᾷς τὸν ὕψι  
 τὸν δ' ἀπειρον αἰθέρα καὶ γλῶσσε ἐχρῆται ὑγραῖς ἀγκύλαις, ὃ μὲν καθήκον ἀρχαῖς ἀσπράματι ἀσπράματι, γλῶσσε  
 δὲ ἀσπράματι. MATERNA TEMPORA MYRTO ] Nimirum primùm Venus Murtea, postea Murta  
 vocata est. Plin. Quin & ara vetus fuit Veneti Myrtea, quam nunc Murciam vocant. Hanc autem  
 arborem Veneti consecrant poetæ, tum quòd succus expressus, oleumque ex ea explorati vsus ha-  
 beatur in amatorijs, muliebribusque illecebris & delitijs, efficacique certæ in vegetandis, roboran-  
 dis, solidandis, altringendis etiam non nominandis scemine corporis partibus: vnde αἰθὰ καὶ φησὶ Νικάνδρ.  
 μύρτα Νικάνδρ. tum quòd in Idæis vallibus victis in iudicio formæ deabus insultans Venus caput  
 myrtea corona cinxisset feratur; ad quam etiã alludit his versibus Nicander: πρὸς δὲ πει δίκτυα τὰς  
 ἐχθρῆστο κλάνας, ἥρις τ' ἰμβροσίνης μάνης εἴρησεν ὄνυχ' ἀπέλεκετο, μάλλον δὲ ὕμνησεν ὅτ' εἰς εὖν ἠερέθησαν ἀδά-  
 ρα, κἀπμιτση ἐν ἰδαίοισιν ἄροισι. quamuis & locus sit mihi mendi multum suspectus. Plutarch. ἐν ῥωμαί.  
 Cur Myrtus sacris Bonæ deæ non admittatur, & Venus Murcia dicta sit, his exequitur rationem:  
 διὰ τὴν γυναικείαν θεῶν, καὶ ἀγαθὴν καλῶς, κοσμοδοῦσαι σκεδὸν αἰ γυναικῆς, ὅμοιοι μυστῆς ἐκ εἰσφύρουσι, καὶ οὐκ  
 φιλοπομούμεναι χεῖρα τοῖς βλασάνουσι καὶ ἀνδράσι; πῶτερον ὡς οἱ μυθολογῶντες ἴσασιν, φανήσονται μὲν καὶ γλῶσσε τὸ  
 μάντρωσι, διὸ καὶ χηρὴν μὲν κρήνη καὶ μὴ λαδοδοῦσαι βλάβησι. ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν ἐπιλάσθη μυστῆς, ὅθεν μυστῆς ἔκ  
 εἰσφύρουσι, οἷον δ' αὐτῆς ἀνδρῶσι γάλα ἀσπράματι δάσαι, ἢ πολλῶν ἢ ἀγνῶν, μάλα δὲ ἀφοροδοῦσαν τὴν ἰερουργίαν  
 ἐμείνωσιν ἐπιτελεῖν, ἢ γὰρ μόνον ἐξοικίωσιν τοὺς ἀνδράς, ἀλλὰ καὶ τὰν ἀρῆσαν ἐξ ἀσπράματι τ' οἰκίαις ἔταν τὰ νεορομῆνα  
 τῆς θεῶν ποιῶσι, τὴν ἢ μυστῆς ὡς ἱερῶν ἀφοροδοῦσαι, καὶ γὰρ καὶ μυστῆς ἀφοροδοῦσαι καλοῦσι, μυστῆς  
 τοιαύτων, ὡς εἰμεν, ἀνόμενον. Cæterum innuere hic videtur Maro coronam myrteam, quæ & oualis  
 dicebatur; quòd ea, incruenta potius victoria, imperator vteretur: & hoc insigne poetæ ad clemen-  
 tiam, lenitatemque Augusti forsan refert, ac pacis. constituendæ studia. TE QVE ADEO ] Atque  
 adeò, Græci καὶ δὴ καὶ vt sæpè apud Plat. & Xenophontem. Catull. pari venere: Te que adeò eximie læ-  
 dis felicibus aucte: in nuptiis Pelei. VENIAS MARI ] Venias Seruius pro fis accipit: ego potius,  
 pro euadit, γέννησι. Certè, vt Seruius iuuen sententiam, ἐμὲ καὶ εἴμῃ solo accentu distinguuntur, pro eo &  
 sum: & ἡ pro καὶ Atticum, ἐμῇ, ἰβῆσι, sonat: ἀπὸ τῶν εἶω vel εἶω. IMMENSI MARI ] Pind. quoque  
 Isthm. od. 1. τὴν ἀλλὰ ἀμετάθετον vocat. TE QVE SIBI GENERVM ] Videtur alludere ad eam ma-  
 trimonij speciem, quæ coëmptio dicebatur: de qua vide Seru. in eum locum Æn. in regnum quatru-  
 tur hæres: & Æn. 11. Multæ illam frustra Tyrrhena per æquora matres, &c. item Iurifconsultos de  
 vsu, coëmptione, & confarreatione. Admonuit autem me nuper admodum Boius, alterum ab Au-  
 rato Lemouicū lumen, habere se Burdegale Seruij in Maronè commentariorū codicem antiquum,  
 minus vulgari nostro decurratum, atque in eo velle Seruium, hic generum pro marito vsurpasse poë-  
 tam, quòd per coëmptionem matrimonia, non à focru, sed à sponso & sponsa, vltro citroque con-  
 traherentur. Quod quamuis probabile sit, sunt tamen amicorum nostrorum, qui ea commercia,  
 sponsonesque, interuentu parentum ex iure poëtis Græcis, & Latinis conciliari respondeant,  
 sustineantque hic generi ordinariam significationem. Ego tamen quia suadam suam habere amorem  
 dicunt, vt facile ab amici hominis iudicio ducar, vel trahar, assentiar Seruio, memor Græcis γαμβρὸν  
 in eo vsu esse, vt non solum pro sponso, sed pro focero aliquando accipiatur, atque adeò tam variè  
 vt Homerus Il. v. Alcathoum γαμβρὸν Æneæ nominet, quem paulò antea Anchisæ dixerat: ἢς σε πάρος  
 παρ γαμβρὸς ἐὼν ἔθρεψεν Ἀχαιοῖς ἐνὶ πύλοις ἐόντα. Non solum autem apud Iurifconsultos extant multa em-  
 ptionis & coëmptionis iugalis monumenta, sed & vestigia supersunt apud poëtas, tum Græcos, tum  
 Latinos, & insigniter Homerum Od. 9. vbi Vulcanus de deprehensò furto, & vxoris adulterio apud  
 deos quiritat, negans se comprehensos vinclis exoluturum, donec Iupiter focer ei nuptialia dona, &  
 precium reddiderit, quo Venerem filiam ab eo in matrimonium pepigerat, his ferè: ἀλλὰ σφοδρὸς δὲ  
 καὶ θεοῖσι ἐρύξει εἰσὶν ἡμῖν μάλα πᾶντι πᾶσι τῶν ἀπὸ τῶν εἶω, ὅσα ἢ ἐγγυαλίξαι κωμῶσι δὲ εἴνεκα, κούρις, ὄνομα  
 ἢ καλῶ

A οἱ καλὸν θυγάτηρ ἐτάρειν ἐχέειν. Vnde & matrimoniali iure, donatione, & dote adulteræ conuictæ  
 spoliantur. Desinit autem & Lucretij versus lib. 6. in eundem concentu & modum cum hoc Vir-  
 gilij: Non mare si totum velit eluere omnibus vndis. Tibiis autem poëtis est Oceani vxor: nonnunquã  
 pro terra, vtriusque significatione καὶ τὸ πᾶσι καὶ τῷ καὶ πρὸς: nam & Tellus alma dicitur: & humidum  
 principium rerum Thales & multi præterea putarunt: vnde & infra Maro Oceanum partem rerum  
 nuncupauit. Huius autem vocis etymon exculpfit in Cratyl. Plato. τὸ γὰρ τῆς γῆς καὶ ὕδατος ὄνομα τὸ  
 βέλγε. Σω. ἀλλὰ μὴν τὸ ὄνομα ἐλγῆ ἐλγῆ ἀπὸ λέγῃ, ὅτι πηγῆς ὄνομα ἐπιτεκνυμένον ὄν, τὸ γὰρ διαπῆμνον, καὶ τὸ  
 ἀπὸ μῆνον πηγῆς ἐπιτεκνυμένον ὄν, ἐν δὲ τούτων ἀμοστέραν ἢ τῆς τὸ ὄνομα σύγκριται.

Quicquid eris (nam te nec sperent Tartara regem,  
 Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido,  
 Quamuis Elysiis miretur Græcia campos,  
 Nec repetita sequi curet Proserpina matrem)  
 40. Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis,  
 Ignarosque viæ mecum miseratus agresteis  
 Ingredere, & votis iam nunc assuesce vocari.

NEC SPERENT TARTARA ] Nescio an respexerit poëta locum illum Euripidis in Phœniss  
 quo inducit Eteoclem βασιλειῶντα, & insana regnandi cupidine percitum hæc ad matrem Iocasten fi-  
 lium à libidine reuocare conantem: ἐγὼ γὰρ εἶδον μᾶτερ παρὰ φάσας ἔρα, ἔσσαν ἀνέλδοιμ' ἡλίου ποδὸς ἀνατολῆς, καὶ  
 γῆς ἐρεδρῶν δωματὸς ὡν δρέσας τὰ δέ, τὴν θεῶν μεγίστην ὄστ' ἔχεν περηνίδα, ποδ' οὐκ ἔχεν μᾶτερ οὐχὶ βίβλο-  
 μου ἀλλὰ παρένευ μᾶλλον ἢ σάξεν γυῖοι. Vt autem hic, nec tibi veniat libido, dixit, talis est apud Eurip. in  
 Rhefo auerfantis Hæctoris exclamatio: μὴ μ' ἔρωσ' ἔλοι τοιοῦτο ἵππων ὡς τ' ἀπαιτεῖνε φίλοις. Sophocle  
 quoque in Tyranno: ἐγὼ γὰρ οὐκ οὐτ' αὐτὸς ἰμείρων ἔρω τύραν (ἢ) μᾶλλον ἢ τύραν δρῶν, ὅστ' ἀλλ' ὄστ' ἔστι  
 (σοφρονεῖν ἔστι). Et Plato leg. n. εἰδ' ἐπιθυμία τούτης τῆς σωφροσύνης τοιαύτων εἰσέρχεται τοὺς πολλούς, & in  
 Menone: μὴ εὖναι τῷ αὐτῷ μανία λάβοι ὄστ', &c. Sunt & qui putent hunc locum, & regnandi dictam à  
 poëta diram cupidinem, respicere versus illos Homeri Od. 1. in persona Achillis ad Vlystem: βουλοῦ-  
 μιν κ' ἐπάρουτο ἔων ἐπιθέμεν ἀνδρῶν ἀνδρῶν ἀνδρῶν, ὃ μὴ βλάτῃ πολλὸς ἔσθ', ἢ πᾶσι νεώτεροι κατὰ φθιμῶνισιν  
 ἀνάσσειν. IGNAROS QVE VIÆ ] Hesiod. χάρον ἀϊδρῆς ἔων, Apollon. ὀδοῦ ἀϊδρῆς.

Vere nouo, gelidus canis cum montibus humor  
 Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit:  
 45. Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro  
 Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.  
 Illa seges demum votis respondet auari  
 Agricolaæ, bis quæ Solem, bis frigora sensit:  
 Illius immensæ ruperunt horrea messes.  
 50. Ac prius, ignotum ferro quam scindimus æquor,  
 Ventos, & varium cæli prædifcere morem  
 Cura sit, ac patrios cultusque, habitusque locorum:  
 Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recuset.  
 Hic segetes, illic veniunt felicius vixæ:  
 55. Arborei factus alibi, atque iniussa virescunt  
 Gramina.

VERE NOVO ] Hesiod. ἔργ. 2. εἴμι πλέον, θέρεσθ' δὲ νεομένη οὐδ' ἀπατήσις, νεὶδὸν δὲ παύρειν ἐπὶ κορυφῆ-  
 σαν ἀρουσῶν, νεὶδὸς ἀλεξίερα, παίδων διηκλήσεις. ARATRO INGEMERE ] Lucret. 5. Vitæ causa valido  
 consueta bidenti Ingemere. Sic & Tacit. lib. de morib. Germ. de Fennis vitam ferinam incultamque  
 agentibus. Id beatus arbitratur, quàm ingemere agris, illaborare domibus, suas alienasque fortunas  
 spe metuque versare. BIS QVE SOLEM ] Plin. lib. 18. hunc Virgilij versum his verbis interpreta-  
 tur. Quarto feri sulco Virgilius existimatur voluisse, cum dixit optimã esse messem, quæ bis solem,  
 bis frigora sensisset. Vnde & Probos Virgilij sensum ad agrum noualem refert, qui sub exitum hye-  
 mis, hoc est, initio veris profcinditur, & ita æstate, quæ sequitur, siccatur: deinde ineunte hyeme  
 femente facta, sequenti æstate reddit fructum, vt bis ita sentiat frigus, semel ante æstatem sub finem  
 hyemis initio veris, iterum post fementem: bis solem, semel æstate qua cessat, & messis tempore,  
 æstate scilicet qua fruges reddit. Docet item Mancinellus appositè terram profcindi, effringi, offringi,  
 & lirari. Certè pingue solum vt Italicum quater arari solet: qui verò tenuius habent, ter arant.  
 Prima aratio profcinitio dicitur. Secundo arant mente Lunio ante solstitium, quam Latini iterationem  
 vocant. Postrema ante fementem aratio, quæ & tertiatio dicitur. Hom. Il. 5. ἐν δ' ἐτίθει νεὶδὸν μαλακῶν,  
 E 4 τῆς αἰσῆς

SCINDIMVS EQVOR] Apoll. παδάσταν δαχζήοντις άρουζαν. IN- A IVSSA VIRESCVNT] άκάλδοτοι, ή άυτορυείσ άόαι: & Epigr. άυτοθαλείσ καρποί.

- nónne vides, croceos vt Tmolus odores,
- India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?
- At Chalybes nudi ferrum, virofaque Pontus
- Castorea, Eliadum palmas Epeiros equarum?
- 60. Continuo has leges, æternaque fœdera certis
- Imposuit natura locis, quo tempore primùm
- Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem;
- Vnde homines nati, durum genus. ergo agè, terræ
- Pingue solum primis extemplò à mensibus anni
- 64. Fortes inuertant tauri, glebasque iacenteis
- Puluerulenta coquat maturis Solibus æstas.

AT CHALYBES] De illis sunt elegantes Apollonij versus lib. 2. Argon. *νυκτι δ' έππομένη χαλύβων* *αδρά γαίαν ήμισυ, πώση μὲν ούτε βιών άροτ* *μέλει, ούτε τις άλλη φυτικη καρποιο μελίτρον*, ούδ' ε' ζ' άρα πάμνας *έροτ* *π νομίζοντι ποιμάνουσι, άλλα σιδυροφόρον ευριλιώ χθόνα γατομένοντες, άνοι άμείβοι* *βιοτήσιν, ούδ' έ ποτέ* *σφην ήδ' άντίλλει κμαίων άτερ άλλα κελανή λιγυρή ή κρηνη κάματι βαρωι άτλδουσι*. Eos & Æsch. in Prometh. *σιδυροέκτονας* vocat. Quamuis Græcis cum Marone conueniat Chalybas ferrariam fabricam inuenisse: Plinius tamen illis ærariam tribuit. Scythiam Æschylus *άαν σιδυρομάτεια* vocat: Chalybas autem constat Scythia comprehendi. CASTOREA] κάστωρ, fiber, οίνει γαστήρ, quod præter ventrem nihil alioqui vile habeat: inde & *καστέων*. Lucret. lib. 6. Castoreoque graui mulier sopita recumbit, Et manibus nitidum teneris opus effluit eij, Tempore eo si odorata sit quo mēstrua soluit. Est autem & *καστέων* genus coloris & tincturæ ex conchylio & purpura: hic vnguentum ex testibus fibri, quos docet Gortæus magni vsus esse in medicina, sed vanum esse castorem à venatoribus appetitum se testibus auulsi redimere solere, ex Dioscoride. Nicand. tamen *ευρ. εν δ' ε' φόβλω έρύσιναι άδ' άυλκί* *κωπα* *ρίου εν ποτίν, ή πανκείσ, ή κάστωρ* *άυλοδν άρχη*. Plutarchus autem in lib. *πώς άρπης διακρ. κολ.* damnat castoreum, vt violentum medicamentum, his: *ός ζδ ίατρδς άγνώμων βούλοιο άν ύπνω ή βροφή μάλλον, ή καστέρω* *ή καμμωίνω το νόσημα λδσαι τοι κάμωντ*, ούτω ή φίλ *άπεικίς, ή πατήρ κρησδς, ή διδ άκαλ* *έπεινω* *μάλλον, ή άδωγ χαιρει σποδς έπανδρωσι ήδους κρωμει*. EPETROS] Vnde & *άπωλ* *έδ άπικ* dicitur: non quod Epeirus palmifera sit, sed equorum ferax generosorum, qui curuli certamine palmam mereri & reportare soleant, suffragante illo: Et patriam Epeirum referat, fortesque Mycenæ. ÆTERNALQVE FOEDERA CER. IMP. NAT.] Lucr. lib. 5. neque aduersus naturæ fœdera nitit. DEUCALION VACVVM LAPID.] Huius diluuij & Deucalionis mentionē facit Aristot. li. Meteor. i. sub finem, vbi causam ortus interitusque fluiuorum, marisque, quam magno circuitui magnæque hyemi assignat, exequitur; diluuij inquam, quo negat vniuersam terram, sed Hellada tantum antiquam perfusam, his: *πάντων τούτων άπών άυληπθέον, έπ γήγηε* *διδ χθόνον είμδζμένον, άδον εν παίς κρη* *ένιαυ* *τον άραίς κρημών, ούτω σπειδου πνδς μεράκίς μέγας κρημών ή άσβρολή άμβρον, άυτη δ' άν άεί κρη τούς άυτούς τοποις,* *άλλ' άσπρδ κηλίμεν* *άπ' άευκλιών* *κρητικλυσίδς, ή ζδ ούτ* *άπει τον έλληνηκόν ενένετο μάλιστ το πεν, ή τέτου* *άπει τλω έλληδω τλω άρχαίαν, άυτη δ' άδην ή άπει τλω δουδώνλω ή τον άχελών, ούτ* *ζδ πολλαχρδ το έδωμα μετα* *βέβληκεν* *ήνοικω ζδ οι σελδο ενταλδνα, ή δι κελούμενοι τότε μαν γρακαί, νωυ δ' ε' έλλωυς*. VNDE HOMINES NATI] Lucret. 5. Et genus humanum multò fuit illud in aruis Durius, vt decuit, tellus quod dura creasset. Seruius videtur *λαοδς άπο άζ' λάων* deducere, *λάοις*, lapides, sub tertia declinatione enuntians, vt & Cyrillus: delicatiores tamen aures hanc inflexionem non ferunt, sed *λάας*, & *λάεα* probant. PVLVERVLENTA ÆSTAS] Lucretio quoque lib. 5, Ceres puluerulenta dicitur.

- At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum
- Arcturum tenui sat erit suspendere sulco:
- Illic officiant lætis ne frugibus herbæ:
- 70. Hic sterilem exiguus ne deserat humor atenam:
- Alternis idem tonsas cessare nouales,
- Et segnem patiere situ durefcere campum:
- Aut vbi flaua feres mutato sidere farræ,
- Vnde prius lætum siliqua quassante legumen,
- 75. Aut tenuis fœtus viciæ, tristisque lupini
- Sustuleris fragiles calamos, sylvamque sonantem.

Vrit

- Vrit enim lini campum seges, vrit auenæ;
- Vrunt lethæo perfusa papauera somno.
- Sed tamen alternis facilis labor. arida tantum
- 80. Ne saturare fimo pingui pudeat sola, néue
- Effætos cinerem immundum iactare per agros.

SVB IPSVM ARCTVRVM] Notauit Seruius sub præpositionem, quando tempus significat: gaudere accusatiuo. Non vsquequaque tamē sustineri posse videtur Seruij sententia, cum infra poetæ sub ablatiuo iunxerit: Extremò ni iam sub fine laborum Vela traham: & Æn. lib. 7. fera sub nocte rudentum. *Αντίτρον* autem stellam Proclus in sphaera supra media crura Arctophylacis collocat: oritur autē cū Virgine, sole in Piscibus agēte. Hesiod. *Αρκτοδρ* *άπειλποδν έσδν βδον άκεανόο*. ALTERNIS IDEM TONS. CESS. NOVA.] Est elegans comparatio apud Pind. Nem. od. 6. ab intermissione & atroxum cessatione: *πειμαίρει ζή ή νωυ άλλυμίδίας το συληνές είδέν άρχη καρποφόροις άρούρασι, άτ' άμειβόμεναι τόα ζδ άν έζόν άνδρωσι έπικανόν πεδών έδουσι, τόα δ' άτ' άναπνοσόμεναι έείτ* *έμζζαν*. Dicimus autem, vt & notat Seruius, & has nouales, & hæc noualia, propriè primùm arua profcissa, & segrem primam serentia, quam & terram virginem aliqui vocant, vt & Græci *γήν άμρδένον*, qui & noualia *τλω έατον*, & *νέομα*, *νεάτλω*, & *νεών* vocant. SEGNEM PATIERE SITV DVRESCERE CAMPVM] *άχρδν άζδν*. Sed non potest angustia latini sermonis Græcam representare *παροιμίασιν*, quam obseruauit Aristot. lib. Rhet. 3. in hoc innominati poetæ carmine: *άχρδν ζδ έλαβεν άρζδν παρ άυτ*. SILIQA QUASSANTE LEGVMEN] Legumen, quod manu legatur, inquit Seruius. Certè & Græcis *άσπεον*, *χέδρωζ*, & *χέδρωπον* dicitur, *άνοι κρηδρωπον*, & manu lectum, vt constat ex Nicandri illo *ευρ. κρηδρωποι δ' ήνα σάτες άτερ δρεπάνοιο λέρον* *άσπεια χέδρωπα* *άλλα μισοχλόου έντος άρούρας*. FETVS VICIÆ] Varr. de re rusticalib. 11. cap. 31. Vicia dicta à vinciendo: quod item capreolos habet, vt vitis, quibus cum sursum versum serpit ad scapum lupini, aliūmque, quem, vt hæreat, solet vincire. TRISTISQVE LVPINI] Quod incoctus amarus sit, inquit Seruius. Certè Græci lupinum *λυτλωέων* dicunt, & *άπο τής λύπης* deducunt. SYLVAM QVE SONANTEM] Stipulae siquidem, culmi, *σρούμας*, *άσάχης*, crepitationem quandam edunt: vnde & *κρησαί* *άσπρω* interdum dicitur. Hom. II. *ν. κρησαί έον δέ οι άστπίς άπ' άρζέαντ* *άυσιν έρχ*. EFFÆTOS CIN. IMM. IACT. PER AGROS] Theophr. *άπυρλωίαν* *ή μί δυμαίνωλυ φέρην γλω*, solum vocat defatigatum & effæctum: in quam partem videtur Aristot. lib. 8. de Animo, *άπύρλωον* accepisse, etiam si de lectione interpretes non consentiant, eo loco, vbi de gustu & sapore agit, *άδερπον δ' ε' το μὲν δλωις λέρα* *ζδ άσπρω ή έπ' άλλων το άδωύτων, το δ' ε' άν πεφυκός μί έρχη, ή φαύλως, άσπρω άπλω, ή άπύρλωον, ύτυ δ' ή ή γαστρίσ τή γευσδ τή ή άγδωυ*.

- Sic quoque mutatis requiescunt fœtibus arua.
- Nec nulla intereà est inaratæ gratia terræ.
- Sæpè etiam steriles incendere profuit agros,
- 85. Atque leuem stipulam crepitantibus vtere flammis:
- Siue inde occultas vires, & pabula terræ
- Pingua concipiunt: siue illis omne per ignem
- Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor:
- Seu plures calor ille vias, & cæca relaxat
- 90. Spiraamenta, nouas veniat quæ succus in herbas:
- Seu durat magis, & venas adstringit hiantes,
- Ne tenues pluuiæ, rapidiue potentia solis
- Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

INARATÆ GRATIA TERRÆ] *γή άπύρωτ* *άζάωργητ* *άνέργασ*. STERILES AGROS] Eurip. in Phœniss. *άμάωπτω σκελδς πεδία* vocat. CREPITANTIBVS FLAMMIS] Lucret. 6. Delphica laurus Terribili sonitu flamma crepitante crematur. Aristot. quoque huius georgicæ procurationis mentionem facit lib. Meteor. i. vbi de inflammationibus meteoris disputat: *πολλάκις δ' έράται* *καυόμενι φλόξ άσπρω εν άρνούρα καυόμενης κηλίμης*. POTENTIA SOLIS ACRIOR] Lucret. lib. 6. Hunc homines fontem nimis admirantur, & acri Sole putant subter terras feruescere raptim. Sic & *άζύτα* *τον σέλας ήελίοιο δάλαπει*: Apoll. 4. PENETRABILE FRIGVS] *ήύχ* *διάτορον, διαπύρασον* poetæ quoque Græci. Hic autem penetrabile actiue extulit, vt Æn. 10. penetrabile telum. Idem quoque Lucret. penetrabile frigus vocat: Permanat calor argentum, penetrabileque frigus: vt & ignem penetrabilem dixit: & pro eodem manabile frigus. Et ipse quoque Lucret. lib. 6. actiue: Tum fit odor vini plagæ mactabilis instar: & idem actiue, vt puto, penetratum: Aut penetrare locos æquè nequit, aut penetratū Ægrè admiscetur muliebri femine semen. FRIGVS ADVRAT] Aristot. lib. Meteor. 8. vrendi in frigore facultatis rationem his verbis reddit: *έσίοτε δ' ε' ή κηέν λέρα* *ή άπυμάινεν το ήυχδν, άύχ όι τδ άρμδς*.



θεμλιν, ἀλλὰ πῶ σιωπῆσιν, ἢ ἀπὸ περιπέσει τοῦ θεμλιν. Quam Aristotelis sententiam multis impugnat Magius, quod frigus similitudine tantum adurere dicat, ut quod calorem plantis innatum extinguat, omnemque euocet humorem, ac profusus inarescendi causam præbeat: docti tamen semper...

- Multum adeo, rastris glebas qui frangit inertes,
95. Vimineasque trahit crates, iuuat arua: neque illum Flaua Ceres alto nequicquam spectat Olympo.
Et qui, profcisso quæ fuscitat æquore terga, Rursus in obliquum verso prorumpit aratro, Exercetque frequens tellurem atque imperat aruis.
100. Humida solstitia, atque hyemes orate ferenas Agricolaë. hyberno lætissima puluere farra: Lætus ager. nullo tantum se Mœsia cultu Iactat: & ipsa suas mirantur Gargara messes.
Quid dicam, iacto qui semine comminus arua
105. Insequitur? cumulosque ruit malè pinguis arena? Deinde fatis fluuium inducit, riuosque sequentes? Et, cum exustus ager morientibus æstuat herbis, Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam Elicit. illa cadens raucum per leuia murmur
110. Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arua.

GLEBAS QUI FRANGIT] Græci βολοποιαν, & βολοποιαν dicit. In Epigr. βολοποιαν μὲν κρημασ...
FLAUA CERES] Sic Græcis δὴν καλοῦσθαι φησὶν...
SVCITAT Aequore terga] Sic & Græcus poeta Epigr. lib. 4. ἀπὸ τῶν δὲ χερσῶν νῶτα θαλασσοῦ αἰσθητὴν πλεθρῶν...
IMPERAT ARVIS] Credo ea forma dictum, qua à Columella lib. 3. Nec prouident futuro tēpori, sed quasi planè in diem viuunt...

Quid,

- Quid, qui, ne grauidis procumbat culmus aristis, Luxuriem fegetum tenera depascit in herba, Cum primum sulcos æquant fata? qui que paludis Collectum humorem bibula deducit arena?
115. Præsertim incertis si mensibus amnis abundans Exit, & obducto latè tenet omnia limo: Vnde caux tepido sudant humore lacunæ. Nec tamen (hæc cum sint hominumque, bouumque labores Versando terram experti) nihil improbus anser,
120. Strymoniaëque grues, & amaris intyba fibris Officiunt, aut umbra nocet. Pater ipse colendi Haud facilem esse viam voluit, primusque per artem Mouit agros, curis acuens mortalia corda, Nec torpere graui passus sua regna veterno.

PROCUMBAT CVLMVS ARISTIS] Hesiod. ἐν ἔργ. 2. ὅδε καὶ ἀδρουσῶν εὐχῆς...
SULCOS Aequant] Hæc cum sint hominumque, bouumque labores Versando terram experti...
AMARIS INTYBA FIBRIS] Cur inter pestes fegetum intyba numerauerit Maro, disertè his verbis ratione reddidit Turnebus...

- 125. Ante Iouem nulli subigebant arua coloni, Nec signare quidem, aut partiri limite campum Fas erat: in medium quærebant: ipsa que tellus Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.
130. Prædari que lupos iussit, pontum que moueri: Mella que decussit foliis, ignem que remouit, Et passim riuis currentia vina repressit, Vt varias vsus meditando extunderet artes Paulatim, & sulcis frumenti quæreret herbam,
135. Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.

ANTE IOVEM] Hesiod. ἐν ἔργ. ὅταν μὲν γὰρ ζώσπον ἐπὶ χερσὶν ἀνθρώπων νόσφιν ἄτερ...
MELLA QUE DECUSSIT] Plato in Politico de Saturni sæculo: καρπὸς δὲ ἀειδύοις ἔχον δάπετρα δρυῶν καὶ πολλῆς ὕλης ἀλλης, οὐχ ἕπο...
Vnde supra: Equæ sacra resonant examina quercu:





Tum variæ illudant pestes: sæpe exiguus mus  
Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit:  
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ:  
Inuentusque cauis bufo: & quæ plurima terræ  
185. Monstraferunt: populatque ingentem farris acervum  
Curgulio, atque inopi metuens formica senectæ.

NI REPVGIS] *ἄν μὴ σκοπέμης* Plat. CYLINDRO] *κύλινδρος*, inquit Apollonij interpres, *κυλινδρὸν* λέγουσι, *εὐρογύλον*, ἑκατέρωθεν βλάσιν ἔχον διήπεδον, ὡς γὰρ τὸ κύλινδρον. TVM VARIÆ ILLVD. PESTES] Sic & 4. Georg. Tum variæ illudent species atque ora ferrarū. OCVLIS CAPTI TALPÆ] Aristot. lib. 2. de Animo, negare videtur profus oculorum organo talpas carere: *οὐκ ἔστιν ὄψιν*, inquit, ἢ ἀσπίδα ἐξ ἑσὸ τοῦ ὄφθαλμοῦ πύξ ἀφαιρούς. FODERE] *Vetus Dan. cod. ἐφοδῆτε*. INVENTVS QVÆ CAVIS B VFO] Sic & absolute sæpe Aristot. *κοίλα τῆς γῆς* & Salust. *caua terræ*. QVÆ PLVRIMA TERRÆ MONSTRA FERVNT] Hæc duarum vocum contentia & coniunctio familiaris est Virgilio, Græcorum ( vt puto ) imitatione Homeri & Apollonij, *οἷα τε πολλὰ βαθείη βάπτειται ὄλη*, Argon. 2. Idem 4. *θρόνδον δὲ κενὸν κενὸν οἷα τε πολλὰ βέζων ἀμφικλήρον*. Vt autem, *quæ plurima monstra ferunt*, Eurip. in Troad. ὅσσα γῆ σφύρει κενά.

Contemplator item: cūm se nux plurima syluis  
Induet in florem, & ramos curuabit olentes:  
Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur,

190. Magnaque cum magno veniet tritura calore.  
At si luxuria foliorum exuberat umbra:

Nequicquam pingues palæ teret area culmos.  
Semina vidi equidem multos medicare ferentes,  
Et nitro prius, & nigra perfundere amurca,

195. Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset:  
Et quamuis igni exiguo properata maderent,

Vidi lecta diu, & multo spectata labore  
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis  
Maxima quæque manu legeret. sic omnia fatis

200. In peius ruere, & retro sublapsa referri:  
Non aliter, quàm qui aduerso vix flumine lembum  
Remigiis subigit: si brachia fortè remisit:

Atque illum in præcepis prono rapit alueus amni.

CONTEMPLATOR ITEM] *Lucret. lib. 6. Contemplator enim cum montibus assimilata Nubila.* LVXVRIA FOLIORVM EXVBERAT] *φυλλομανία*. ET NITRO] *Inter nitri genera medici enumerant ἀφρόνιτρον, ἄλμιτρον*, confectum, quod & chryfocollam. AMURCA] *Græcis ἀμοργή*, ἄλμιτρον, hoc est, terere, & premere, proprie de olea: *ἄμιτρον* item & ἄλμιτρον. Item & Græcis ἀμοργή. Vide autem in hæc rem Varronem de re rust. lib. 1. cap. 55. & Plin. nat. hist. lib. 15. cap. 8. IN PRIVS RVERE] Hunc versum penè repetiuit *Æn. 2. Ex illo fluere, & retro sublapsa referri Spes Danaüm*: quem versum ea in parte docemus Euripidis constare imitatione. ADVERSO QVI FLVMINE] *Græci ἀναπλήν κατὰ ποταμὸν* dicunt. *Infra Æn. 6. Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat.*

Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis,  
205. Hædorumque dies seruandi, & lucidus anguis:

Quàm quibus in patriam ventosa per æquora vectis  
Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.  
Libra die fomni que pares vbi fecerit horas,  
Et medium luci atque vmbri iam diuidet orbem:

210. Exercete viri tauros, ferite ordea campis,  
Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem.

PRÆTEREA TAM SVNT ARCTVRI] *Epigr. lib. 3. ἂν ποῦ κῆμα ἔλασον ἀρκτοῦρου καίλατον χυρόμανον* & eodem: *σὺ γῆς ἐπ' ἀρκτέρη ναύταις πόδος*. HæDORVM QUE DIES] *Assentitur loco*

loco Græcūm cāmen Epig. 3. *κερύσασσαι παυαλίνας ἐσθ' ὁδὸν, φέδρε θαλάττῃ συμμίσιγενί ἑρίων ναυτιλῆς δὴ μῆλων* item eodem: *ἐρίων ὀλεσσε παυδυσίον*. FAVCES TENTANTVR ABYDI] *De Helleponto Museus: οὐ βέρον ἠρχέντα βαρυρόδωπο θαλάσσης, νῆζομαι ἐλλήσποντον ἀγρότρον* Orph. Argon. *σευὼν ἀλυσθῶν* vocat. LIBRA DIE] *Epigr. ἴση δ' εἰκοσφ' ἡματι νύξ τελέθει, αὔθης δ' ἰσπαλίης γίγγεται ἡματι νύξ* vnde *ισμυρία*, æquinoctium. & Arantis; *ἐσθ' οἱ ἡματὶ νύξιν ἰσπίται ἀμοτροῖσσι φθίνουσι* ἑρέθ' ὁδὸν *ἐπ' ἰσμυρία*.

Nec non & lini segetem, & Cereale papauer  
Tempus humo tegere, & iamdudum incumbere aratris;  
Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.

215. Vere fabis fatio. tunc te quoque medica putres  
Accipiunt fulci, & milio venit annua cura:

Candidus auratis aperit eum cornibus annum  
Taurus, & aduerso cedenis canis occidit astro.

B 220. At si triticeam in messem, robustaque farræ  
Exercebis humum, solisque instabis arstis:

Ante tibi coa Atlantides abscondantur,  
Gnosiaque ardentis decedat stella coronæ,  
Debita quam fulcis committas femina, quam que

Inuitæ properes anni spem credere terræ.

CEREALE PAPAVER] *Notauit Turnebus doctè, Ceretis simulachra non solūm papauer manū gestare solita, sed & Ceretis antistitas, cūm sacrum Deæ esset, ex Callimacho, γέντο δὲ χειρὶ σέματα καὶ μῆκων* sed in eo videtur potius insigne & symbolū Ceretis explicari, quàm gestaminis causa. Non reicienda itaque Mancinellī sententiā medicorum assensu firmata, qui inter generā papauerum hortense quoddam *συλαγίπην* nominant, quod & panificiis accommodatissimum & saluberrimum commendant, *ἐκ τὸν συλαγίπην* nomine ducto, quo vas ad ferendum panem significatur. Est & *μυμῶν* insula sic dicta, quod ibi primū papaueris fructū Cetes inuenerit. Profecto & ad *συλαγίπην* Nicand. eo sig. loco alludere videtur, *παραβριζουσα τὴ μύκων συλαγίπην*. INCUMBERE ARATRIS] *Vet. Dan. cod. ναστρὶς*: quod & Pierius notat. DVM NVBILA PENDENT] *Videtur significare τὰ μετὰ ἐξέρτα νέφη*. MEDICA PVRES] *μυμῶν* primo exortu trifolio similis: eam Strabo lib. 12. impinguis equis conferre testatur: cuius & meminit Plutarch. in lib. 8. *πρὸς τὸν ἤδ' ἐξ ἴσου*, his verbis: *ὡσπερ τὸ τῆς μυμῶν ἰστέμα πολυμυμῶν καὶ κελητῶν ἐμφύει* τῇ γῆ, καὶ διαμένει πολὺν χρόνον ἐπὶ ἁπλῆς γῆς. &c. Libro sequente Maro mali medici meminit, & arboris aliorum. De medica autē vide Aristot. lib. 8. de anim. Cationem de re rustica cap. 42. Dioscoridem lib. 2. Pliniū lib. 18. cap. 26. APERIT CVM CORNIBVS ANNVM TAVRVΣ] *Non quod inchoet annum Taurus, sed quod eo signo verna hora incipiat inualescere. Respicit item Aprilis mensis denominatione. ADVERSO] Vet. Dan. cod. ἀμειψοῖ*: quam diuersam lectionem etiam notat Seruius. OCCIDIT] *Notat hic Seruius ἀναπλήν καὶ δύσιν, ἠλιακὴν καὶ κοσμικὴν* quibus videntur hæc Apollonij interpretis in eum locum lib. 3. *ἡδ' εὖ ὄδωρ* *ἀμειψοῖ*, aliqua cognatione deuineta: *δύο εἰσιν ἐπιτολαὶ ἡλ' ἀπαρῶν ἄστρον, καὶ δύο δύσεις* ἑοῖα *τὰ εἶν ἐπιτολῆ, ὅταν ἔξω ἡλ' ἀργῶν τοῦ ἠλίου ἄστρον ἴσῃ* π' ἄστρον, καὶ *ἐπὶ αὐτῷ ἀνατέλλον ὁρῶν* ἑοῖα *δὲ δύσει* ὅταν ἠλίου ἀφῶς *τῶν ἀνατολῶν ὄντ' ὁρῶν* π' ἄστρον *ἄσπ' τὰς δύσεις* ὑστὸν *δύον, ἡλ' ὅσα κατ' ἐπιπέδον τῶν νύκτα δύσι* ἑσπερία *τὸ δῆλον* ἄσπ' ἴσῃ, ὅταν δύοντ' ἠλίου ὁρῶν π' ἄστρον ὅπ' ἴ ἀνατολῆς ἄστρον, ἡλ' ἵσα κατ' ἐπιπέδον τῶν νύκτα ἀνίσσει ἑσπερία *δὲ δύσει* *λέγει*, ὅταν ἠλίου δύοντ' ἄστρον ὁρῶν π' ἄστρον ἀλλων ἐργατα δύον αὐτοῦ, ὡς ἀν' ἑσπ' τὰς ἀργῶς *τοῦ ἠλίου γένῃ*, ὅπ' ἑσπ' τὰς ἀργῶς *χρόν' ὁσπ' κρύβας ὀνομάζει*. ANTE TIBI COA] *Hesiod. 2. πημιάδων ἀτλαγέων ἐπιπελομένων ἀργῶν* ἀμῖτου, ἀρότοι οὗ δὲ δύον μανίαων. Interpret Apollonij lib. 3. *αἰ πημιάδων, inquit, πημῶν τ' ὀνομάσει, καὶ ἀτλαντῶν, οὗ μὲν πῆνες, ἐπὶ τῆς μετῶν ἔργον τῶν ἐπονυμῶν, ἢ μῶλλον ἀπ' τὸν πημῶνα, ὅ ἐστιν ἐπιαυτός, σημῶν καὶ γὰρ ἀργῶν καὶ χρομῶν* καὶ *δέρες, αὐτῶν δὲ τῶν ἐπιαυτῶν ἀεί πορεία ποιουῶν* *τὸν ὀρίων, σωματῆσά γὰρ ποτε λέγει* τῇ *πημῶν* καὶ *ἡλ' ἀργῶν* καὶ *τῶν βασιταῶν, καὶ εἰς ἑσπ' αὐτῶν ἀπτεσὸν ἐδῶκεν, ἡδ' ἐφορῶν, γένεθ' τὸν δρόμον αὐτῶν* ὅσα *διὰ λευκῶν καὶ ὄντων χρομῶν ἐδῶκεν* τὰς *πημῶν* ἄσπ' ὀρίων καὶ φέρουσας.

225. Multi ante occasum Maiæ cœperè: sed illos  
Expectata seges vanis elusit auenis.  
Si verò viciamque seres, vilemque faselum,

Nec pelusiaca curam aspernabere lentis:  
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes.

F 2 230. Incipe, & ad medias sementem extende pruinās:  
Idcirco cœrtis dimensum partibus orbem  
Per duodena regit mundi sol aureus astra.

VANIS ELVSIT AVENIS ] ExDino Ambrosio Turnebus , vanis auenis , culmis & stipulis A frugem non habentibus interpretatur. SOL AVREVS ] δ χρυσόκομος ἥλιος-Eurip.

- Quinque tenent cælum Zonæ: quarum vna corufco
- Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni:
- 235. Quam circum extremæ dextra læuaque trahuntur
- Cærulea glacie concretæ atque imbribus atris.
- Has inter, mediamque, duæ mortalibus ægris
- Munere concessæ Diuûm, & via secta per ambas,
- Obliquus qua se signorum verteret ordo.
- 240. Mundus vt ad Scythiam, Riphæasque arduus arces
- Confurgit, premitur Libyæ deuexus in Austrus.
- Hic vertex nobis semper sublimis: at illum
- Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.
- Maximus hîc flexu sinuoso elabitur anguis
- 245. Circum, perque duas in morem fluminis arctos,
- Arctos Oceani metuentes æquore tingi.
- Illic (vt perhibent) aut intempesta filet nox
- Semper, & obtenta densantur nocte tenebræ:
- Aut redit à nobis aurora diemque reducit:
- 250. Nosque vbi primus equis Oriens afflauit anhelis,
- Illic fera rubens accendit lumina vesper.

QVINQVE TENENT ] Mela quoque in hanc sententiam his verbis. Huius medio terra subli-  
 mis cingitur vndique mari, eodemque in duo latera, quæ hemisphæria nominantur, ab oriente di-  
 uisa ad occasum, Zonis quinque distinguitur: mediam æstus infestat, frigus vicinas: reliquæ habi-  
 tabiles paria agunt anni tempora, verum non pariter: Antichthones alteram, nos alterâ incolimus:  
 illius situs ob ardorem intercedentis plagæ incognitus, huius dicendus est. Operæpretium autem  
 videtur conferre cum his versibus illos quoque Tib. quibus est initium: Et quinque in partes totus  
 disponitur orbis: Atque duæ gelido vastantur frigore semper. Lucret. 5. Inde duas porrò propè par-  
 tes feruidus ardor, Assiduusque geli casus mortalibus aufert. Petrus Daniel ex Isidorò hos mihi  
 Varronis versus suggessit huic loco cògruentes: At quinque æthereis Zonis accingitur orbis, Ac vas-  
 tant imas hyemes, mediamque calores: Sic terræ extremas inter mediamque coluntur, Quam so-  
 lis valido nunquam vis auferat igne. CÆRULEA GLACIE ] Vet. Dan. cod. cærulea, vt ad Zonas  
 referatur. Vide Pierium, qui varias hîc obseruat lectiones. MORTALIBVS ÆGRIS ] Lucret.  
 lib. 6. Primæ frugiferos fœtus mortalibus ægris: & alibi Virg. miseris mortalibus: & iterum ægris.  
 OBLIQUVS QVA SE SIGN. VERT. ORDO ] Huic orbi Aristotel. quem λοξὸν κύκλον vocat,  
 causam omnem & continuam ortus & interitus rerum passim tribuit, præsertim lib. de generat. &  
 corr. 2. non quòd vlla motus in circulari volutione contrarietas inueniri possit, cum contrariorum  
 causæ sint contrariæ, sed quòd æquabilis circuli motus per se, inæqualem se ad res generationi sub-  
 iectas habeat, ratione habita radij ad locum generationis: recedens enim sol cum circuli dimidia  
 parte, obliquiores agit in materiam radios, resque frigore tum infestat, post æquali proportione &  
 tempore accedens per sex signa, calore recreatas ad ortum suscitât, quas vicissim contrario modo,  
 vt dictum est, exitio labefactat. Sunt autem eius hæc verba: διὸ ἐνχοῖ ἢ πρώτη φορά αἰτία ἐστὶ γένεσις, καὶ  
 φθορᾶς, ἀλλ' ἢ καὶ τὸν λοξὸν κύκλον, ἐν ταύτῃ γὰρ καὶ τὸ συναχθῆναι ἐν ἑστῇ, καὶ κινῆσθαι δὲ ὑποκινήσεις, ἀνεγκλη γὰρ, εἴρη ἀεὶ  
 εἶσαι συναχθῆναι γένεσις, καὶ φθορᾶς, αἰεὶ μόντοι κινῆσθαι, ἵνα καὶ ἀπληρωσι αὐτῶν αἰ μεταβαλαί, δὲ ὁ δὲ, ὅπως καὶ δεύτερον  
 συμβαίνει μόνον τῆς τοῦ οὐαὶ συναχθῆναι ἢ τὸ ὅλον φορά αἰτία, τὸ δὲ προσέναι καὶ ἀπέναι, ἢ ἐγκλησις, συμβαίνει γὰρ ὅτι  
 μὲν πρότερον γένεσιν, ὅτι δὲ ἐργάζεσθαι, αἰεὶσα δὲ τὸ διαστήματ' ἀντὶ τοῦ ἀνωμαλίου ἐσαι ἢ κινήσεις, ὡστε ἐν τῇ προσέναι καὶ  
 ἐργάζεσθαι γένεσιν, καὶ τῇ ἀπέναι καὶ πρότερον γένεσιν ταύτῃ ποτό φθείρει, καὶ ἐν τῇ πάλαιας προσέναι γένεσιν, καὶ τῇ πάλαιας  
 ἀπληρῶν φθείρει. καὶ γὰρ ἐν ἀντίον τὰ ἐναντία αἴτια, καὶ ἐν ἴσῃ χρόνῳ ἢ φθορᾶς καὶ ἢ γένεσις ἢ καὶ φθῶν' διὸ καὶ ἡ γένεσις  
 καὶ ἡ βίαι ἐκείνων ἀειδιμῶν ἐχουσι, καὶ τούτω διακρίνονται, πάντων γὰρ ἐστὶ τάξις, καὶ ἀπασιν χρόνῳ καὶ βίαι μακροῦτα  
 πλείον. LIBYÆ DEUEXVS IN AVSTROS ] Quæ regio ἀνταρξάν. HIC VERTEX NOBIS  
 SEMPER SVBLIMIS ] Polorum alter ἀρκαδικῆς, alter ἑσπερίας, ἢ ἀιθιοπίας, μεταίτερος. Aristot. tamen  
 lib. 2. de cælo, Arcticò polo inferum, Antarcticò superum locum assignat his verbis: καὶ δὲ πάλαι ὁ  
 γὰρ ἡμῶν φαίνεται τὸ κάτω μέρος ἔστιν, ὃ δ' ἡμῶν ἀνω μέρος, τὸ ἄνω. Virgilium autem notandum secutū  
 vulgarem & Pythagoreorum sententiam, quæ cum Aristotele conciliari potest, habita ratione mo-  
 tus cæli & planetarum: de quo vide eum ipsum Aristot. locum. Hic autem locus est haud dubiè du-  
 ctus ab illo Arat. φαν. πάλαι δ' ὤρεσις αὐτῶν ἀγνῆ, καὶ μιν περιείρουσι δὲ ὅλα ἀμφοτέρωθεν, ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ  
 ἐπίνοστος.

ἀπὸ τῆς ἑσπέρης, ὃ δ' ἀπὸ τῆς ἀρκαδικῆς, ὡς λέγειν ἀμφοτέρωθεν, &c. MAXIMVS HIC FLEX: SIN. EL. AN. CIR C: PER QVE DV. IN M. FL. ARCT. ] Tocus hic locus omnino ex Arato est tralatulus φαν. de vif. τὰς δὲ δὲ ἀμφοτέρωθεν ὅτι ποταμοῦ ἀπορροῆς εἶλετο, μέγα θαλάμια, δρᾶκον ἀεὶ τ' ἀμφοτέρωθεν ἐσθλῶς ἀμφοτέρωθεν, αἰ δ' ἀεὶ οἱ ἀπὸ τῆς ἐσπέρης ἐκείνου ἀρκαδικῆς, καὶ αἰεὶ περιλαχθέντα ὀκεανῶ. IN MOREM FLVMINIS ] ποταμοῦ δὲ, ποταμοῦ δὲ δὲ. ARCTOS OCEANI ] Mulsæus dixit, ἀβύσσον ὀκεανὸν ἀμάξις. Hom. II. σ. ἀρκαδικῶν καὶ ἀμαξίαν ἐπίκλησιν καλέουσι, ὅτι δ' ἀμφοτέρωθεν τοῦ ὀκεανῶ ὀκεανῶ vbi interpres, αἰ γὰρ ἀρκατικῶν οὐ δ' αἰοῦσι οὐσα ἐν τῇ ἀεὶ φανερῶ. Accedit & illud Arati de Cepheo: διὸ ζώνη τότε κινῶν γὰρ ἀπὸ τῆς ἐσπέρης, τὸ μὲν εἰς κεφαλαῖα μάλα πάντα βάλῃ ὀκεανῶ τὰ δ' οὐ θέμις, ἀλλὰ τὰ γὰρ ἀρκατικῶν καλῶσι πάλαι καὶ γούνα καὶ ἔξω. TINGI ] Vet. Dan. cod. tingui, quod & annotant veteres orthographi. ILLIC VT PERHIBENT ] Hic docet Turnebus lasciuia quadam poetam indulgere voluisse Epicureorum decretis, quibus sol in occasu interire, & in ortu alius nouusque renasci videbatur. INTPESTA NOX ] Quæ Græcis ἀερο-νοχία, ἀμολγῆς, & νύξ ἀπάλπησις, & aduerbialiter, νυκτὶς ἀσπῆ. ORIENS AFFLAUIT. Idē ver- sus lib. 6. repetitur. ACCEND. LVMI. VESPER ] Alludit ad tempus illud, quod antiqui pri- mam facem vocabant, quo lumina accendebantur, quodque concubium præcedebat. Lucretius au- tem in eandem sententiam lib. 1. Illi cum videant Solem; nos sidera noctis Cernere.

- Hinc tempestates dubio prædiscere cælo
- Possumus: hinc messisque diem, tempusque ferendū:
- Et quando infidum remis impellere marmor
- 255. Conueniat, quando armatas deducere classes,
- Aut tempestiuam syluis euertere pinum.
- Nec frustra signorum obitus speculamur; & ortus;
- Temporibusque parem diuersis quattuor annum.
- Frigidus agricolam si quando continet imber,
- 260. Multa, forent quæ mox cælo properanda sereno,
- Maturare datur: durum prociudit arator
- Vomeris obtusi dentem: cauat arbore lintres:
- Aut pecori signum, aut numeros impressit aceruis:
- Exacuunt alij vallos, furcasque bicornes,
- 265. Atque amerina parant lentæ retinacula viti:
- Nunc facilis rubra texatur fiscina virga:
- Nunc torrete igni fruges, nunc frangite faxo.
- Quippe etiam festis quædam exercere diebus
- Fas & iura sinunt.

PRÆDISCERE ] Vet. Dan. cod. prædicere: quod tamen Pierio non probatur. TEMPESTIVAM SYLVIS ] Scilicet ex præcedentibus materiam ad naues compingendas formandasque, succinente Eurip. in Med. καὶ ἐν νᾶπαισι λίαν προῶν ποτε τινῶν πάλαι, καὶ ἐρετμῶσαι χέρας, &c. Et 2. Georg. Dant alios alie fœtus, dant vtile lignum Nauigis pinos, &c: SYLVIS ] Vet. Dan. cod. in syluis: quod & notat Pier. TEMPORIBVS QVE PAR. DIVERS. QVAT. ANNUM ] Propet. 3. Plenus & in partes quattuor annus eat. FESTIS DIEBVS ] Feriis veteres fossas tetgere, non nouas facere licebat, quòd cauillandi dedit occasionem Flacco in viduarum nuptias, quæ tantum feriis celebra- bantur apud Romanos. OBTVSI ] Vet. Dan. cod. obtusi: quod etiam obseruat veteris orthographiæ auctores. IMPRESSIT ] Vet. Dan. cod. impressat. FAS ET IURA SINUNT ] Neque enim iure omnes vsquequaque rerum gerendarum explicationes feriatis diebus prohibentur, sed & magistratus adiri, & libellus porrigi per legum religionem potest. Vnde & Papinianus. L. Miles, §. Quare sine dubio, π. ad legem Iuliam, constituit sexaginta dies, qui marito accusanti viles computantur; feriatis quoque diebus, Si modò facultatem præfidis adeundi accusator habuit; numerati; quoniam de plano quoque libellus dari potest:

- ruios deducere nulla
- 270. Religio vetuit: segeti prætere sepe:
- Insidias auibus moliri: incendere vepres,
- Balantumque gregem fluuiio mersare salubri.
- Sæpe oleo tardi costas agitator a selli,
- Vilibus aut onerat pomis, lapidemque reuertens
- 275. Incusum, aut atræ massam picis vrbe reportat.



Ipsa dies alios alio dedit ordine luna Felices operum. quintam fuge: pallidus Orcus, Eumenidesque fatæ: tum partu Terra nefando Cœumque Iapetumque creat, sæuumque Typhœa, 280. Et coniuratos cælum rescindere fratres.

SEPTEM] Ver. Dan. cod. Septem. OLEO] Ver. Dan. cod. alio. TARDI COSTAS AGITATOR ASELLI]... LAPIDEM IN EVSVM]... COEVMOQVE]... TYMOCYBE]... Aegyptios in facris vino abstinuisse, tanquam gigantum sanguine, his verbis:...

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam, Scilicet atque Ossæ frondosum inuoluere Olymperum: Ter Pater extructos dissecit fulmine montes. Septima post decimam felix, & ponere vites, 285. Et prensos domitare boues, & licia telæ Addere. nona fugæ melior, contraria furtis. Multa adeo gelida melius se nocte dedere: Aut cum sole nouo terras irrorat Eous. Nocte leues stipulæ melius, nocte arida prata 290. Tondentur, noctis lentus non deficit humor.

AUT CVM SOLE NOVO] Videtur vis huius verbi nouo respondere versui Homeri:... METEOR. 2. physiologos eleganter irridens, qui Solem, vt flammam, humore ali afferebant, docet flammam per continentem humidam in siccum mutationem fieri, non alii, vt quæ nullo tempore penè eadem maneat, & fore, si pari cum flamma ratione sol censeretur, vt non solum indies nouus euaderet (vt voluit Heraclitus) sed continenter semper renouaretur, hac argumentationem finientem apud eum clausula:...

Et quidam seros hyberni ad luminis ignes Peruigilat, ferroque faces inspicat acuto. Interea longum cantu solata laborem

Arguto

Arguto coniux percurrit pectine telas: Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem, Et foliis vndam tepidi despumat aheni. At rubicunda Ceres medio succiditur æstu: Et medio tostas æstu terit area fruges. Nudus ara, fere nudus: hyems ignaua colonos. 300. Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur, Mutuaque inter se læti conuiuia curant.

FACES INSPICAT] Vnde Eustathio... CANTV SOLATA LABOREM] Tale quid Tib. lib. 2. Atque aliqua assidue textrix operata Mineruam Cantat, & à pulso tela sonat latere. ARGVTO PECTINE TELAS] Hom. Il. in enephrone... Ceres rubicunda. Catul. Rubens arista sole feruido. ET MEDIO TOSTAS] Theocr. eid. 1....

Inuitat genialis hyems, curasque resoluit: Ceu pressæ cum iam portum tetigere carinæ, Puppibus & læti nauatæ imposuere coronas. 305. Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tempus, Et lauri baccas, oleamque, cruentaque myrta. Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis, Auritòsque sequi lepores, tum figere damas, Stuppea torquentem balæaris verbera funda, 310. Cum nix alta iacet, glaciem cum flumina trudent.

PRESSÆ CARINÆ]... CRVENTA QVE MYRTA] Nec consentaneum, nec probabile, cruenta myrta dicta à poëta, vt censet Mancinellus, quod sanguinem excrementibus medentur. Ea siquidem sententia succederet, si myrta sanguine aut eius excreationem cicerent, aut protocaret, vt mors pallida ab effectu dici solet, neque enim epitheta à contratio effectu imponi solent. Sed Sertuij potior videtur, qui à colore & maturitate rationem epitheti reddit: vnde fortasse à το σπιδίου γυμνασίου νύμφη μύρτον dicitur à medicis, à colore & similitudine, sequenti lib. sanguineas alias etiam baccas vocat: Sanguineis inculta rubent auaria baccis. Et Mars sæpe cruentus & sanguineus non per priuationem dicitur. Hoc autem epitheton cruentæ myrtæ ductum omnino videtur ex Nicand....

Quid tempestates autumnū, & sidera dicam? Atque vbi iam breuiorque dies, & mollior æstas, Quæ vigilanda viris, vel cum ruit imbriferum ver:

F 4

Spicca

Spicea iam campis cum messis inhorruit, & cum  
 315. Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.  
 Saepe ego, cum flauis messorum induceret aruis  
 Agricola, & fragili iam stringeret ordea culmo,  
 Omnia ventorum concurrere praelia vidi:  
 Quae grauidam late segetem ab radicibus imis  
 320. Sublimè expulsam eruerent: ita turbine nigro  
 Ferret hyems culmumque leuem, stipulasque volantes:  
 Saepe etiam immensum caelo venit agmen aquarum,  
 Et foedam glomerant tempestatem imbribus atris  
 Collectae ex alto nubes: ruit arduus aether,  
 325. Et pluuia ingenti fata laeta, bouumque labores  
 Diluit: implentur fossae, & caua flumina crescunt  
 Cum sonitu: feruetque fretis spirantibus aequor.

QVID TEMPESTATES AUTVMNI] Vide Plutarch. εν αιτιας φυσικαις διατι ηησ ομβριον υδρα-  
 τικον διαρρεσει τοις απριμοσι τα μζ. βροντη. vbi cum Seruio Plutarchus βροντας, inquit, εμθου ηυθνοπο-  
 ρου δια τω αναμαλιαν της κρεοσης γινεσθαι. Vide item Aristot. Meteor. lib. 3. Hom. quoque II: π. ο. δ. ε. σ. ο.  
 καιλασι πατα καιλαινη βεβειδε χθων ηματ' αποπειθησθε λαβροτατον χθει υδρω ζεισ — ηησ δε τε παντες μεν ποταμοι  
 παηδουσι βροντες, πολλας δε και τες ποταμοισι χαλαδραι, ες δ' αλα παραφουσει μεγαλα τεναρουσι βρονται.  
 Lucret. quoque in eandem sententiam cecinit lib. 6. Autumnoque magis stellis fulgentibus alta Con-  
 cuitur caeli domus vndique, totaque tellus, Et cum tempora se veris florētia pandunt: Frigore enim  
 defunt ignes, ventique calore Deficiunt, neque sunt tam denso corpore nubes, Inter vtrumque igi-  
 tur cum caeli tempora consent, Tum variæ causæ concurrunt fulminis omnes, Nam fretus ipse an-  
 ni permiscet frigus & aestum. FRUMENTA LACTENTIA TURGENT] γαλακτωυ. QVAE  
 GRAUIDAM LATE SEGETEM] Eam procellam vel tempestatem innuit, quam per vim tempe-  
 statis calamitose significat iuriscōsultus: cuius etiam in Verrem actione secunda meminit Cic. his  
 verbis: Eademque vi & iniuria, cum pecunias maximas cogeres, per omnes partes prouinciae te,  
 tanquam aliquam calamitosam tempestatem pestemque, peruasisse demonstro. Forfan χαλαροποτια  
 Graecis dicitur. COLLECTAE EX ALTO NUBES] Sic & passim νεφελιηματα ζεισ, a cogendis &  
 colligendis nubibus. Videtur autem non inferiori dignitate a Lucretio lib. 1. descriptus επιμβριος im-  
 petus ab eo versus initio, Nec ratione fluunt alia stragemque propagant. SATA LAETA, BOVUM-  
 QVAE LABORES DILVIT] Ex Apoll. lib. 4. ομβρον δε τε βοων και μυρια ειλυθεν εργα.

Ipsa Pater media nimborum in nocte corusca  
 Fulmina molitur dextra: quo maxima motu  
 330. Terra tremit: fugere ferae, & mortalia corda  
 Per gentes humilis strauit pavor: ille flagranti  
 Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo  
 Deicit. ingeminant austri, & densissimus imber:  
 Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt.

FUGERE FERAE] Oph. de Ioue Ceraunio: ηυθ ηηρες ηηουσιον θταν κτυπησ ουας εσελδη. FLA-  
 GRANTI TELO] Sic saepe Graeci poetae βελει ηολεονη. AVT ATHO, AVT RHODOPEN] Vi-  
 deor mihi huiusmodi Attica obseruasse non solum substantiuam, sed & adiectiuam consonante finali  
 nonnunquam decurtata, vt apud Platonem, κοςμιον εδδαναιον ηυθ ηηρω, reperire est, & passim: quamuis  
 Gaza αδων dici neget ex illo Theocriti, vnde & hic Maronis versus fluxit, η αδω η ροδωπαμ, η καιμικον  
 εραποσμη, & Isocratis τον δε αδω διορυξας, & Aeschynis contra Ctesiphontem, τον δε αδω διορυξας. Alij  
 αδων αδωνησ inflectunt: Herodotus quoque & αδων sub accusandi casu vsurpauit: παβλες η αυησ  
 τον αδων νεμονται. Sunt & qui αδωσ αδοησ inflectunt, vt μινας μινοησ. Incola autem cacuminis  
 Atho αδωησ dicuntur, & αδωσι, & αδωησ, & αδωησ femina incola. Pari autem, qua superius forma  
 saepe γελωσ in accusatio poetae efferunt pro γελων Atticis, & γελωτα. ALTA CERAVNIA] Pausa-  
 nias quoque, vt Virgilius, in Atticis diuisit, αηρα ηησ ορων α νεραυνια λεγουσι. Alij montes Ceraunios  
 vocant. Virg. 3. Αη. Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta. Videtur autem hic poeta per μετατω-  
 πωσι vel εναλλωσι alluisse ad Graecorum solutionem, vt & Theocr. αηρα ορυδς dixit pro αηροδρα.

335. Hoc metuens, caeli menses, & sidera serua:  
 Frigida Saturni sese quo stella receper:

Quos

Quos ignis caeli Cyllenius erret in orbis.  
 In primis venerare deos: atque annua magnae  
 340. Sacra refer Cereri, laetis operatus in herbis,  
 Extremae sub casu hyemis, iam vere sereno.  
 Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina:  
 Tunc somni dulces, denaeque in montibus umbræ.  
 Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret:  
 Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho:  
 345. Terque nouas circum felix eat hostia fruges,  
 Omnis quam chorus, & focij comitentur ouantes,  
 Et Cererem clamore vocent in tecta: neque ante  
 Falcem maturis quisquam supponat aristas,  
 B Quam Cereri torta redimitus tempora quercu  
 350. Det motus incompressos, & carmina dicat.

CAELI MENS. ET SIDERA SERVA] Sic Menander, vt a Puteano admonitus sum. προ των  
 ηλων, τα τ' εσεσ. CYLLENIVS IGNIS] Nimirum & Aristoteles lib. de mundo, εδελων, inquit,  
 κυλλησ εν ιερων ηερμω καλοδουσ ηνοι, πνεσ δε εδελωνησ. IN PRIMIS VENERARE] Hesiod. 2. ερ. δ. γ. ε. ο.  
 δε δε ηησ θρονησ εμησται δ' αγνησ, εμησται εβριθεν εμησταισ ηερν αητωσ. vnde Hippolytus Eutrip. επισταμαι δε  
 πορω τα ηε θεουσ σεβεν. LÆTIS OPERATIVS] Operari ad sacra Latini transfulerunt, βεζε εν δε εργα-  
 ζεσσ Graeci. Hesiod. 3. εργ. δε ταδε σπαινα ειδωσ εργαζην η αναηησ αδωνησ. Sacra autem Cereris θαλυ-  
 σα Graecis dicebantur, quae & σνηκομησεια. Hom. II. 1. οπη θαλυσα ρωμησ αλωησ οινουσ βεζεσ, hoc est,  
 εσπερ εδελωσ ηυθ εδωριουσ ηησ καρπων εδωμεναισ δυσιουσ ηυ αηροδωτια, ηυ καρπων απαρχασ. MOLLISSIMA  
 VINAE] Graeci in vino σαληρον & μαλακων οπονουν. CIRCVM FELIX EAT HOS FRUG. Ambu-  
 ronale sacrificium innuit, quod arua ambiat victima, sicut in amburbali, vel amburbio, urbem;  
 DET MOTVS INCOMPRESSOS] Lucret. lib. 2. Semina — Cum quibus & quali positura  
 contineantur, Et quos inter se dent motus accipiantque:

Atque haec vt certis possimus discere signis,  
 Aestusque, pluuiaque, & agentes frigora ventos,  
 Ipse Pater statuit, quid menstrua luna moneret:  
 Quo signo caderent austri: quid saepe videntes  
 355. Agricolaepropius stabulis armenta tenerent.  
 Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti  
 Incipiunt agitata tumescere: & aridus altis  
 Montibus audiri fragor: aut resonantia longè  
 Littora misceri, & nemorum increbescere murmur:  
 360. Iam sibi tum curuis malè temperat vnda carinis,  
 Cum medio celeres reuolant ex aequore mergi,  
 Clamorēque ferunt ad littora: cumque marinae  
 In sicco ludunt fluxa: notasque paludes  
 Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.

MENSTRVA LUNA] Canul. Tu curfu Dea menstruo Metiens iter annuum. CONTINUO  
 VENTIS SVRG. Hi versus mihi omnino ex Arato esse videntur: σημα δε τι ανεμοιο η οιδανουσ  
 θαλασσα ηνεδω, η μακρον εσ αιμαλοι βοωντες, αιματ' ενανλοιο, οπνησ εδωιο ηηησσαι γηρνωσ η, κορυσαι τα  
 βοωμεναι ουρησ αιραι. ARIDVS FRAGOR] Videtur hic poeta aliquibus asperum intellexisse, vt  
 Graeci ηηρον ηυ αζαλεον. Interpres Apollonij in eum locum 2. Argon. ιμάνται ηιωδς αζαλεοιο, αζαλεοιο,  
 inquit, αντησ τονσ ηηρουσ, εδωσ πνεσ ουκ απο αζανησ βασησ, αηλα δια το ηραχησ αν ηησ αζανησ φοσι κληδωια  
 τλω αηραδωια, ηραχησ δε εσ ηηρα. vt & Apoll. 2. Arg. κορυσαι αζηησσας vocat, hoc est, secundum inter-  
 pretem, τας ηηρας ηυ ηηρον ηηρον ηηρασ, qui ηηρος ηησ αηροσ fragori Maronis respondere videtur: Sed  
 enim & illud Hom. II. 1. κηρυδης δε αμωσ αυον αυητωσ. vbi Eustathius αυητωσ, ηηρω αυητων, ο εδωσ ενδων,  
 θαλλωμεναι μυλακειοσι, ηυ ασησθεσ εμφολεοσσαι, ητοι κωκλωσθεεσ, η πολλουσ εχουσαι εμφολουσ ρωτουσ: αυον δε βοων,  
 διασελλεσ ηησ ηησ ηηρον βοησ, εμεινησ ηησ εηερατια εσσι: γανηλωσ η αηειστωσ εχει το βοων αυον ηηρωσ, κηρυδην,  
 βομειν, ηυ ποιαιτωσ πηα, μωλλον δε και η τουτων ηραχησ, οδ μη βανησ ονησ εν εηερατωσ τα ηυ ερεδωια,  
 ηηρωσ εσπε τον εσποκειμενον ηηρον, αυωσ βοωσ, εσπε εμφοκωκωτερον εσσι τον ηηρον, η ηηρωσ ηησ ηηρον. Idē quoque  
 Apoll.







& terram decernebant, inter illa, duo media intericiebant, aërem & aquam scilicet, quorum hanc ex terra rarefactione, illum ex addensato igne edi affueverant; à quorum dogmate non multum etiam abhorrebant qui tria aut quatuor ponebant, ut eodem loco sub his verbis docet Aristot. &παντες γδ οι τα εσπερα σώματα σοιγεία ποιούτες, οι δ' εν, οι δε δύο, οι δε τρία, οι δε τέσσαρα ποιούσιν. οσοι γδ ουκ εν μόνον λέγουσιν, εἴτα πυνύσιν η μάνας η άλλα γυνώσι, τέποι συμβαίνει δύο ποιείν τάς αρχάς, τό τε πυνύσιν, η το μάναν, η το θερμύδιν η ψυχρόν, ταύτα γδ τα δημιουργώματα, τό δ' εν τσάκοι η κενάσρα ύλη, οι δε δύο δύο ποιούτες, οσπερ παρμινίδης παύ η γλώ, τα μεταξυ μέγματα ποιούσι τούτων, οἶον άερα η ύδαρ, οσαύτως δ' η οι βία λήροντες, κενάσρα πάτων εν ταίς διαφέσει, τό γδ μέσον μέγμα ποιεί, η ορεδδν ταύτά λέγουσιν διτε δύο, η οι τρία ποιούτες, πάλω οι μὲν τέμνουσιν εις δύο τό μέσον, οι η εν μόνον ποιούσι. Non omittendum autem Aristotelem lib. 4. Phys. non admittit densum & rarum inter qualitates physicas, sed positionem dicere partium materiae in denso, pro propinquitate, in raro autem, pro remotione. ΟΥΑΝΤΕΣ ΟΥΤΤΥΡΕ] κρώζοντες & oscinem coruum Horatius.

- Si verò solem ad rapidum, lunasque sequentes
425. Ordine respicias, nunquam te castina fallat
Hora, nec insidiis noctis capiere serenæ.
Luna reuertentes cum primùm colligit ignes,
Si nigrum obscuro comprehenderit aëra cornu,
Maximus agricolis pelagoque parabitur imber.
430. At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento semper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu in quarto (namque is certissimus auctor)
Pura, nec obtusis per cælum cornibus ibit:
Totus & ille dies, & qui nascuntur ab illo,
435. Exactum ad mensēm, pluuia ventisque carebunt:
Voraque seruati soluent in littore nautæ
Glaucō, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

INSIDIIS NOCTIS CAPIERE SERENÆ] Infrà 5. Æn. Et cæli toties deceptus fraude sereni. COLLIGIT IGNES] Ex Lucretio, qui, & colligit ignes. Hic locus autem cum Arato confentit, qui prognostica etiam ex Luna exequitur. Σκέπτεο δ' εσπερον κερών ενάτερθε στελλών, άλλοτε γδ τ' άλλη μὲν οπηρεφά εσπερ σ' αγγη, άλλοτε δ' άλλοιαι μορφαί κερών στελλών δίδυς άεξομένω, αι μὲν τριτη, αι δε τετάρτη, τών η σπει μιλυς εφασαύτ' ου κε πυδαιο, λεπτή μὲν κενάσρατε σπει τριτη η μύζ εούσαι δίδυς κ' εη, λεπτή δ' η η δ' μάκ' ερεδδης πιδματιν, παχίον δ' η η άμβλεήσι κεράαις τέτρατον εν τριτάτω φώος άμυνών εχουσαι, η νότω άμβλεήσι, η ύδατ' εγγύς εόντ' ου, ει δ' κ' εσ' άμφοτέρων κερών τριτη η μύζ άρρασαι μίτε πι νόσάζοι, μίθ' ασπίνωσαι φαίνου, άλλ' ερεδδαι ενάτερθε σπεινέμωσαι κεράαι ενάτεροι κ' άνεμοι κένιν κς ρύτα φέροντα, ει δ' αιώτ' ερεδδ η τέτρατον η μύζ άρρασαι, η τ' αν χει μύζ' ου σωμαγερομένοιο διδάσκει, ει δ' κεν' Vide reliqua non lecta indigna. AVREA PHOEBE] vt Epigr. μύμη χρυσόκρας.

- Sol quoque & exoriens, & cum se condet in vndas,
Signa dabit: solem certissima signa sequentur,
440. Et quæ manè refert, & quæ surgentibus astris.
Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem, medioque refugerit orbe:
Suspecti tibi sint imbres. namque vrget ab alto
Arboribusque, fatisque Notus, pecori que sinister.
445. Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese
Diuersi erumpent radij: aut vbi pallida surget
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Heu malè tum mites defendet pampinus vuas:
Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.

SOL QUOQUE] Apoll. Arg. 1. de Tiphys: εδδδς μὲν δεινόμενον περιδείναι κίμ' εδδδς ερείης, εδδδς δ' άνέμοιο θυάλλας, η πόλον ηελίω τε η ασέως τεμμήσρασαι. Hic autem Maronis locus ex Arato est: ηελίω η μάλλον εοικότα σηματα κεί, άμφοτέρων, διώντι η εν σφάτης ενίνοντι. TITHONI CROCEVM] Hom. εδ. ε. ηώς δ' εν λεχέων παρ άγαυοδ πιδωνόιο άρρυδ' ίνα, &c. Dicitur autem sæpe κροκόσπασ' ου ηώς Hom. Lycoph. ηώς μὲν πιδων εν κείτησι τής κέρης πέλας λιπυδου, &c.

450. Hoc

- A 450. Hoc etiam, emenso cum iam decedet Olympo,
Profuerit meminisse magis. nam sæpe videmus
Ipsius in vultu varios errare colores.
Cæruleus pluuiam denuntiat: igneus Euros.
Sin maculæ incipient rutilo immiscerit igni:
455. Omnia tunc pariter vento, nimisque videbis
Ferueret: non illa quisquam me nocte per altum
Ire, neque à terra moneat conuellere funem.
At si, cum referetque diem, condetque relatum,
Lucidus orbis erit: frustra terreberet nimbis,
460. Et claro syluas cernes Aquilone moueri.
Denique quid vesper ferus vehat: vnde serenas
Ventus agat nubes: quid cogitet humidus Auster,
Sol tibi signa dabit.

IPSIVS IN VLTIV VAR. ERRÆ. COL.] Accedit ad has voces illud Aristot. lib. 1. Mete. rationem ηρδεν άει φασμάτων reddentis: ουδεν άποπιν ει χρωματίζεσθ' δ' άποσ' οδτ' ου άηρ σμωσάμεν' ου παν πιδάσ χρώας. CÆRVLEVS PLVVIAM] Hoc est nigricans, ex Arato, qui in prognosticis ex sole: η εἴπου μελανεί, η σοι τὰ η ύδατ' εσρα σηματα μέλλοντ' ου, τὰ δ' ερεδδδαι πάν' άνέμοιο, εἴρα μὲν άμφοτέρωσ άμυδης κεχρωσμέν' εἴη η κεν ύδαρ φορέοι, η σπυλόμεν' τανύοια. Ex quo Arati loco dependet huius loci tractus. NON ILLA QVISQVAM ME NOCTE] Tali excursu ludit sæpe Virg. vt infrà lib. 3. Ne mihi tum molles sub diuo carpere somnos, Neu dorso nemoris libeat iacuisse, &c. FRVSTRA TERREBERE] Arat. ου σ' μάλα χροί άύεσιν, ουδ' εθι νυκτι περιφραμίεν ύστοιο. QVIV COGITET HVMAVSTER] Hæc phrasis videtur esse ex illo Nicandri θηρ. οδδαι γὰ μιλω η σουλ' ου ά μίθεσθ' ηδ' ελοδς σφίξ. Tale quid & pari ferè forma Propert. 3. de Euro: Vnde falso superent venti, quid flamine capter Euris, &cæτ.

Solem quis dicere falsum

- C Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus
465. Sæpe monet, fraudentique, & operta tumescere bella.
Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
Cum caput obscura nitidum ferrugine rexit:
Impiaque æternam timuerunt secula noctem.
470. Obsceni que canes, importunæque volucres
Signa dabant. quoties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus vndantem rupis fornacibus Ætnam,
Flammarumque globos, liquefactaque voluere saxa?
Armorum sonitum toto Germania cælo
475. Audiit: infolitis tremuerunt motibus Alpes:
Vox quoque per lucos vulgò exaudita silentes
Ingens: & simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis: pecudesque locuta,
Infandum: sistunt amnes, terræque dehiscunt:
480. Et mæstum illacrymiat templis ebur: æraque sudant.

SOLEM QVIS DICERE FALSVM] Falsum, fallacem Setuius interpretatur, fauente nimirum illo lib. 6. Æn. de Apolline: fallax non antè repertus Hoc vno responso animum delusit Apollo. Vt autem ψευδης competit non tantum rebus & definitionibus, sed & hominibus, ita falsus Latinis. ψδδδ η autem άνθρωπον ita diffinit Aristot. lib. 8. μεταφ. άνθρωπος ψδδδης, ο ά χειρις η σφραϊρεπιδος ηρ τοιούτων λόγων, nimirum ψδδδδν, μίθ' ετερόν π, άλλ' ά δ' άπο, η, ο άλλοις έμπωπιπιδος ηρ τοιούτων λόγων, οσπερ σαμὲν η σφράγματα ψδδδ η εἴναι, οσα έμπωπει σφωτισίαν ψδδδ η. OPERTA TVMESCERE BELLA] Cicero quoque in eandem sententiam tumescere negotia dixit, ad motus ciuiles respiciens. Eadem phrasi Plato in Gorgia, ει δ' εν σβλιν dixit: η φασθ' μεγάλω τίω πόλον πεπωικέναι άυτάς, οπ' η ει δ' ει η σπυλός εθ' δ' εμείνοσ τος παλαιούς, εν αεθάωνοι. ILLI ETIAM EXINCTO MISER. CÆS.] Hic certè totus lo-





Huc Pater ô Lenæ veni, nudataque musto  
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.

TARDE CRESCENTIS OLIVÆ ] ἢ δὲ φθὸν ἔλαττα, quam παλιμύμων Apollon.lib.4. vocat: κούρη ἀεσαίου μετάρων, ὅς βα μολισσέων ἔργα παλυκμάτιο τ' ἀνδραγο πῖσι ἔλαττα, quam & δὲ φθόρον, δὲ βλαστῆ, ἐφικεῖται. SPVMAT PLEN. VINDEM. LABRIS ] Propert. 3. Dummodò purpureo spumant mihi doliamusto. DIREPTIS CRURA COTHURNIS ] vult Turnebus alludere poetam ad cothurnatum Bacchum, his exemplis apud Aristoph.de Baccho, τί κάθορον καὶ ῥόπιλον ζυμωλδέντω; & Tacit.lib.11.in celebrando vindemiae simulacro, Silius Baccham referens hedera vincetus erat, & cothurnos gerebat. & Paterculum: Cùm autē nouum se Liberum patrem appellari iussisset, cum redimitus hedera coronaque velatus aurea, & thyrsū tenens, cothurnisque fuccinctus, crura velut Liber pater veetus esset Alexandria.

- 10. Principio arboribus varia est natura creandis: Namque alia nullis hominum cogentibus, ipsa Sponte sua veniunt, camposque & flumina late Curua tenent: vt molle filer, lentæque genistæ, Populus, & glauca canentia fronde salicta. Pars autem posito surgunt de semine: vt alta Castanea, nemorumque Ioui quæ maxima frondet Æsculus, atque habitæ Graiis oracula quercus. Pullulat ab radice aliis densissima sylua: Vt cerafis, vlmisque etiam Parnasiâ laurus Parua sub ingenti matris se subiicit vmbra.
- 15.

PRINCIPIO ARBORIBVS ] Hic locus ex Theophrasto, qui eandem penè conscriptus est distributionem, lib.2.de iis quæ è terra oriuntur: αἱ ἡρώσεις ἔσσι δένδρων, inquiring, καὶ ὅλας ἔσσι φυτῶν, ἢ ἀυτὸματῶν, ἢ ἀπὸ σπέρματός, ἢ ἀπὸ βίβου, ἢ ἀπὸ ἀσπιδίου, ἢ ἀπὸ ἀμύγδαλος, ἢ ἀπὸ κλωνῶν, ἢ ἀπὸ σελήχης ἔσσι, ἢ ἐπὶ τῷ ξύλου κατωπέντι. Vide doctissimã obseruationem Victorij lib.14.var.lect. HABIETÆ GRAIIS ORACVLA QVERCVS ] Respicere videtur τὸ ἐν ἀρνύς μαντιῶν, καὶ ἱερῶν δωδωναίων διδ.: de quo interpretes Hom. in eum ll.β. locum: ὁ ἀπὸ δωδωνίων συχέμερον. Quamquã & Sophoc.in Troad. fagi vocalis meminert in Dodona, vt sæpe fortasse poetæ confundere species solent. Sunt autem hæc Sophoclus eo loco: ὁσ πλὴ παλαιῶν φησὶν ἀνδρῶν ποτε δωδωνίω δασῶν ἐν πελειάδων ἔσσι. Vocat item in Trachin. quercum vaticinatricem & fatidicam παλῆλωσον ἀρνύ Sophocles: & Æschyl. in Prometh. ἀμὲν δωδωνίων, ἵνα ματῆται δῶν, τ' ἔσσι δωδωνίων διδ., τῆρας τ' ἀπὸν ἀπορήτορος ἀρνύς. & Hom.Od.τ. τὸνδ' ἐς δωδωνίων φάτο βήμεναι ὄφρα θεῶν ἐν ἀρνύς ὑψιμάμοιο διδὸς βουλλὴ ἐπακοῦσαι. & Plato in Phædro, οἱδὲ γ' ὁ φῖλα ἐν τῷ δίδω τῶ δωδωναίω ἱερῶ ἀρνύς λόγους ἔρασαν μαντικῶν ἀράτους ἡρώδης. PARVA SVB INGENTI MATR. SE SVBIICIT ] Recurre ad superiorem locum. Eclog.10. Quantum vere nouo viridis se subiicit alnus. Tale quid etiam apud Pindar.Nem.od.8. αὐξέσθ' ἀρετὰ χλωρός ἐέρσις ὅς ἔσσι δένδρον αἴωσει. Ex quo loco videtur manasse Horat. Crescit occulto velut arbor æuo Fa-ma Marcelli.

- 20. Hos Natura modos primùm dedit: his genus omne Syluarum, fruticumque viret, nemorumque sacrorum. Sunt alij, quos ipse via sibi repperit vsus. Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum Deposuit fulcis: hic stirpes obruit aruo,
- 25. Quadrifidasque fudes, & acuto robore vallos. Syluarumque alia pressos propaginis arcus Expectant, & viua sua plantaria terra. Nil radices egent alia: summumque putator Haud dubitat terræ referens mandare cacumen:
- 30. Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu) Truditur è sicco radix oleagina ligno. Et sæpe alterius ramos impunè videmus Vertere in alterius, mutatamque insita mala Ferre pirum, & prunis lapidosa rubescere corna.

Hic

A HIC PLANTAS TENERO ] Aristot.in lib.αὐτὸν νείτ. eo loco, quo altricem, & senftricem animæ vim in medio & corde collocat, aut aliquo quod cordi proportionē respondeat, & à medio paribus cæteris diffeminari diffundique facultates illas docet argumento & exemplo, quo constat animalia truncata extremis partibus, capite nimirum, & ea quæ infra pectus est parte, quæ alimenta capit, perdurare tamen & viuere cum portione illa, quæ medium obtinet, cum corde scilicet, eo inquam loco non solum infectis id vsu venire contendit, sed & stirpibus ipsis familiare esse, & arboribus, quæ desectæ à matre vel matrice ipsa, separatæ viuunt, quanquam & id omnibus vsquequoque & generatim arboribus accidere negat his verbis: δῖλον δὲ ἐπὶ τῷ ἐνόμων ὄιον σενήκων τε καὶ μελιτῶν ποδο συμβαῖνον, καὶ τῶν ἐνόμων πολλὰ διασπόμενα δάματα ζῶν δὲ τὸ ἀρεπιδόν, τὸ δὲ ποιοτόν μύεον ἐνεργεία μὲν ἔχει ἐν, δυνάμει δὲ πλείω, τὸν αὐτὸν γὰρ ζωῆσιν τοῖς φυτῶν καὶ γὰρ τὰ εὐτά διασπόμενα ζῆν χαρῆς, καὶ γίνεται πολλὰ ἀπὸ μίας ἀρχῆς δένδρα, δὲ τὸ δὲ αἰτίαν τὰ μὲν ἢ δυνάμει διασπόμενα ζῶν, τὰ δὲ ἀποφυτεῖν καὶ φυτῶν ἔσσι καὶ λόγῳ, ἀλλ' ὁμοίως ἔχει καὶ γὰρ ποδο τὸ τε οὐτὸ καὶ τὸ τῶν ἐνόμων γένος. ἀνάγκη δὲ καὶ ἀρεπιδόν φυτῶν ἐνεργεία μὲν ἐν τοῖς ἐχρῶσιν εἶναι μίαν, δυνάμει δὲ πλείω, ὁμοίως ἔσσι τὸν αἰδιότικὸν ἀρχῆν φέινεται γὰρ ἐχρῶσιν αἰδιόσιν τὰ διασπόμενα αὐτῶν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶ σὺζέσθ' τῶ φύσιν, τὰ γὰρ εὐτά δυνάμει. ποδο τὰ δὲ ἢ δυνάμει δὲ τὸ μὴ ἔχει ὄργανα ποδο σπυρίαν, ἐνδεῖται εἶναι τὰ γὰρ τὸν ληψόμενον, τὰ δὲ τὸ δέξασθαι τὸν βοσῆν, τὰ δὲ ἄλλον τὸ καὶ τούτων ἀμωστέρον, εὐκρίσει γὰρ τὰ τοιαῦτα τῶ ζῶν πολλοῖς ζῶσι συμπεφυκόσι. Cur autem arborum alia auulsiōne, planta, surculo & ramo, alia non item surgant & pullulent, docet his Theophr.lib. de caus.plant.1. ὅσα γὰρ ἐστὶν ἐστὶν καὶ ἀπὸ σπέρματος, αὐτὰ οὐδὲ μὲν ὅς εἴσιν ἀρεπιδόν, ἢ τῶν ἀρεπιδόν, ἢ τῶν ἀμύγδαλος, ἢ τῶν ἀσπιδίου, ἢ τῶν ἀμύγδαλος, τὸν γὰρ ἀπὸ σπέρματος, τὸν δὲ ἀπὸ ἀμύγδαλος, καὶ κλωνῶν δὲ τὸν ἐνὸν τῶν ἀμύγδαλος, ἔχειν τε δὲ τὸν ἐνὸν τῶν ἀμύγδαλος, καὶ ταύτῃ δυνάμει τῆρεν, τὰ δὲ φύσιν ἐστὶν, δὲ τὸ ἐνὸν ἔχει, ὅταν ἀπὸ δένδρον ἀφαιρεθῆ τὸ καὶ διασπόμενον καὶ ἀτμῆσθ', σινεζάρων ἀμῆ καὶ τὸ σύμφυτον ἀρεπιδόν, καὶ τὰ ὅσα γὰρ τὰς εἰρημένους αἰτίας, τὰ δὲ ἀποσπόμενα συμμετρία πνι τοῦ ἀρεπιδόν ἔσσι καὶ ἀπὸ σπέρματος, καὶ τὰς ἀλλὰς δυνάμει τῆρεν τὸν ἐνὸν τῶν ἀμύγδαλος, ὅς εἰρημένους καὶ μόνον ἀπὸ ἀμύγδαλος, ἀλλ' ἕνα καὶ ἀπὸ τῶ ἀρεπιδόν ὅσον σπικὴ καὶ ἀμύγδαλος, καὶ τῶ ἀρεπιδόν δὲ καὶ φιλιδόν ὅσον ἰτέα, καὶ ἀπὸ τῶ καὶ ἀμύγδαλος, καὶ ἀπὸ τῶ ἀμύγδαλος. PRESSOS PROPAGINIS ARCVS ] Propago, & propagare sæpe Lucret. in antepenultima corripit: producantur nonnunquam ab eodem, lib.5. Vt propagando possint procedere facta: & post paulò: Nec pouisse propagando proccedere prolem. Scriuus infra propaginem, cùm stirpem & genus significat, corripit ait, cùm ad plantas refertur, produci: confundi tamen constat. VERTERE IN ALTERIVS ] Sic Græcis μεταβάλλειν, ἀπὸ τῶ μεταβάλλειν ἢ διαλλάττειν. Sic & infra Georg. solidam in glaciem vertere lacuna:

- 35. Quare agite ô proprios generatim discite cultus Agricola: fructusque feros mollite colendo: Neu segnes iaceant terræ. iuuat Ismara Baccho Conferere, atque olea magnum vestire Taburnum. Tuque ades, inceptumque vnâ decurre laborem,
- 40. O decus, ô famæ meritò pars maxima nostræ Mæcenas, pelagoque volans da vela patenti. Non ego cuncta meis amplecti versibus opto: Non, mihi si linguæ centum sint, oraque centum, Ferrea vox. ades, & priini lege litoris oram.
- 45. In manibus terræ. non hîc te carmine ficto, Atque per ambages, & longa exorfa tenebo.

QVARE AGITE ] Vt Græci ἀγίτε. Notandum tamen agè exhortantis vocem etiam Latinos ad plures vsurpare, vt ἐστὶ Græcos: Hom. ἀλλ' ἀγέ μοι δότε νῆα. & Od.δ. ἀλλ' ἀγέ φαιήκων ἐντάρμονες. Admonet quoque Eustathius agite pro agè etiam poni. FRVCTVS QVE FEROS MOLLITE COLENDO ] Sic & Lucret.lib.1. Quoniam incultis præstare videmus Culta loca, & manibus meliores reddere factus. Idem γ, fructusque feros mansuifecere terra Cercnabant indulgendo blandèque colendo. O DECVS, Ô FAMÆ ] Horat. O & præfidium, & dulce decus meum. NON EGO CVNCTA ] Calab.6. εἶλον ἄσαστα φιλ' ἀνθρώπων, ὅσα μοι οὐδέν, ἐπὶ λιλαιμένη φῆ ἀείσαι, ἢ δ' εἰμαι σέβονοισι σιδήρεον ἢ παρ ἐνείη. ATQVE PER AMBAGES, ET LONGA ] Lucret.lib.6. Et nimum longis ambagibus est adeundum.

- Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras, Infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt. Quippe solo natura subest: tamen hæc quoque si quis
- 50. Inferat, aut scrobibus mandet mutata subactis, Exuerint syluestrem animum: cultuque frequenti,

G 4

In

In quascunque voces artes, haud tarda sequentur.  
 Nec non & sterilis quæ stirpibus exit ab imis,  
 Hoc faciet, vacuos si fit digesta per agros.  
 55. Nunc altæ frondes, & rami matris opacant,  
 Crescentique adimunt foetus, vruntque ferentem:  
 Nam quæ feminibus iactis se sustulit arbos,  
 Tarda venit, seris factura nepotibus umbram:  
 Pomaque degenerant succos oblita priores:  
 60. Et turpes aubus prædam fert vva racemos.

SPONTE SVA QVÆ SE TOLLVNT] *αὐτομάτως*: Lucret. lib. 5. Sponte sua nequeunt liquidas existere in auras. QVIPPE SOLO NATVRA] Lucret. lib. 1. Quod certis in rebus inest secreta facultas. Hic autem *solum* Turnebus radicem interpretatur, vt plantam, & pedem arboris: quemadmodum apud Lucretium solum pro pede accipitur: nullius autem Trita solo: cuius quamuis auctoritati assentiri semper soleam, tamen aliquantulum me retinet non solum locus ille apud Æsopum, B quo sponte nascentium plantarum terram matrè, arte autem & cultura, nouercam vocat, hinc fieri dicens, vt materna cura syluestres maiori ybertate luxuriarent, sed & (inquam) Plutarchi pondus, qui libello *περὶ ἀσποπιῶν* hanc ipsam vim facultatemque terræ tribuere videtur, his verbis huic loco planè assentientibus: *ἐνια ἴσον τῆς γῆς φουμένων αὐτὰ ἴσην ἀρχαίαν τῆ φύσει καὶ ἀκαρπία, καὶ βλαβεράν τοῖς ἡμέτεροις ἀπέριμασι, καὶ φουτοῖς ἀύξησην ἔχοντα, σημεῖα δὲ αὐτὰ ποιῶν ἡ γῆρας οἱ γαστρούχτες ἔπιπυρραῖς, ἀλλὰ ἡναιάσ καὶ πύον* οὐπω δὴ καὶ πᾶσιν ἀρχαίαν ἔστιν ἔχουσα, &c. Vt autem hic *subest* poeta, ἴσων Græci. HAVD TARDATA SEQVENTVR] Pari forma & vsurpatione Græci *ἀπολαύειν* dicunt, vt Aristot. lib. Eth. ζ. καὶ φύσει σφοδρὴ οὐδὲν, γνῶμὴν δ' ἔχει, καὶ οὐκ ἔστιν, καὶ νοῦν, σημεῖον δ' ὅτι καὶ ταῖς ἡλικίαις διόμεθα ἀκολουθεῖν, καὶ ἴδωμεν ἡλικία νοῦν ἔχει καὶ γνῶμὴν, ὡς ἴφουσιος αἰτίας οὐσης, quod mens, & intelligentia cum ætate adolefcere videatur, & annos nostros quodammodo sequitur: vt & Horat. in arte poet. Verbaque præuisam rem non inuita sequentur: & Maro *Æn.* 12. nec vox, hæc verba sequuntur. NEC NON ET STERILIS] *στέρει* *δένδρα*, & *ἴσως ἀλεσπάρτοις* Hom. Od. u. dixit. Opponunt Græci *ἀκαρπία* & *ἀκαρπία*. SERIS FACTVRA NEΠOT. VMB.] *Μαλο* non discedere à familiari & vulgari interpretatione, & *ἀκαρπία* respicere, quam vt quidam satis anxia diligentia *nepotes* hic pro propagine, palmitibus, & viuiradicibus accipere, ductus auctoritate Propertij, qui, & *feros nepotes* posteros vocauit lib. 3. Meque inter *feros* laudabit *Roma nepotes*.

Scilicet omnibus est labor impendendus: & omnes  
 Cogendæ in sulcum, ac multa mercede mandandæ.  
 Sed truncis oleæ melius, propagine vites  
 Respondent: solido Paphiæ de robore myrtus.  
 65. Plantis & duræ coryli nascuntur, & ingens  
 Fraxinus, Herculeæque arbor vmbrosa coronæ,  
 Chaoniique patris glandes: etiam ardua palma  
 Nascitur, & casus abies visura marinos.  
 Inferitur verò ex foetu nucis arbutus horrida:  
 70. Et steriles platani malos gessere valentes,  
 Castaneæ fagos: ornusque incanuit albo  
 Flore piri, glandemque sues fregere sub vlmis.  
 Nec modus inferere, atque oculos imponere simplex:  
 Nam quæ se medio trudunt de cortice gemmæ,  
 75. Et tenues rumpunt tunicas: angustus in ipso  
 Fit nodo sinus: huc aliena ex arbore germen  
 Includunt, vdoque docent inolescere libro.

CASVS ABIES VISVRA MARINOS] Hom. Il. u. ναύτην ἐπιλυ κευάμωνσιν εὐξέσησιν ἐλάτσησιν πόντον ἐλαύνοντες. Et Eurip. in Hecub. ἰδέαν ὅτε παρῶν ὕλαν ἀλέξανδρῶ ἐλατῶν ἐτάμειδ' ἄλιον ἐπ' οἶδ' μα νευσολήσων. ET STERILES PLATANI] *Καλιβη* quoque *platanum* vocauit Horatius sterilem, vt quam inter *ἀκαρπία* ponat Aristot. lib. 1. de mundo, sed quæ tamen, nihil frustra moliente natura, aliis vñibus hominibus commodet: καὶ ἴδ' ἀμπέλοι, καὶ φοίνικες, καὶ ἀπρῆσαι, σικεῖαι τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι, ὡς φησὶν ὁ ποιητής, τὰ τε ἀκαρπία, ἀλλὰ καὶ ἀπεχόμενα γῆρας, πλάτανοι καὶ σῆτες, καὶ πύξι, καὶ κληῖρη, ἀργεῖός τε καὶ δισάδης, καὶ πᾶσι, αἵτε καρπὸν ἐπ' ὀφθαλμοῦ ἰδῶν, ἀλλὰ δὲ ἀκαρπία φέρουσαι, ὄχηται καὶ ῥοαί, καὶ μυκταὶ ἀγλαῖα καρπία. CYCLOS

A OCYLOS IMPONERE] Græcis *ἐνοφθαλμοῦ* inoculatio dicitur, & *ἐνοφθαλμίζεν*. Vide Plutarch. Symp. β. διατί πέμνη, καὶ σῆτες, καὶ τὰ ἄμωια τοῦτοις ἐκ ἐνοφθαλμιάζει ἡμῶν etiam φησὶ Græci dicit. Æschyl. in Æum. φλογοῦς τ' ἡμῶν τ' ἐνοφθαλμίζεν. TRVDVNT DE CORTICE GEMMÆ] *suprà* in Bucol. turgent in palmit gemmæ. *λοπῆν*, & *λοπῆν*, cortice turgescere. Theophr. *λοπῆντα* & *λοπῆντα φυτό*: vnde & *λοπῆα*, & *λοπῆος*, tempus illud anni, quo cortices arborum turgescunt, & exemplum sunt: sed non videtur huic loco conuenire.

Aut rursum enodes trunci refecantur: & altè  
 Finditur in solidum cuneis via: deinde feraces  
 80. Plantæ immittuntur: nec longum tempus, & ingens  
 Exiit ad cælum ramis felicibus arbor,  
 Miraturque nouas frondes, & non sua poma.  
 Præterea genus haud vnum nec fortibus vlmis,  
 Nec falici, lotoque, nec Idæis cyparissis.  
 B 85. Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliuæ,  
 Orchades, & radij, & amara pausia bacca,  
 Pomaque, & Alcinoi syluæ. nec furculus idem  
 Cruftumis, Syriisque piris, grauibisque volemis.  
 Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,  
 90. Quam Methymnæo carpit de palmitè Les bos.

RAMIS FELICIBVS ARBOS] *Infra* lib. 4. felices erue syluas: quæ non videntur opponi his locis, infelicibus arboribus. IDÆIS CYPARISSIS] Nicand. *Ἰδῆ*, *σπέρματα βοῦντα*, καὶ ἰδῆαις *καπυρίσων*. ORCHADES] *Orchas*, & *Orchitis* genus oleæ *καὶ* ἴσων ὄρχιδων, quod fit testicularum magnitudine. Nicand. *τῶν καπυρίσων, καὶ ὄρχιδων, εἰσὶν ἀμωρῶν, ἢ ἐπ' ἡμῶν γαστρίων*. Tufanus putauit *Maronè* hoc vno versu tria oleæ genera, *καπυρίσων, ὄρχιδων, καὶ μωρῶν* expressisse. ALCINOI SYLVÆ] *De hortis Alcinoi* Hom. Od. καὶ ὄχηται ἐπ' ὄχηται γαστρίων, μῆλον δ' ἐπὶ μῆλον, αὐτὰρ ἐπὶ σαρυλῆ σαρυλῆ, σόκων δ' ἐπὶ σόκων. De quibus vide item Apollon. Arg. lib. 4. GRAVIBVS QVÆ VOLEMIS] *Volema pira* *καλοκωθίδας ἀπίους* à cucurbitæ magnitudine interpretatur Turnebus ex antiquo lexico.

Sunt Thasiæ vites: sunt & Marcotides albæ:  
 Pinguibus hæc terris habiles: leuioribus illæ.  
 Et pallio Psithia vtilior, tenuisque lageos  
 Tentatura pedes olim, vincituraque linguam:  
 95. Purpureæ, preciaque: & quo te carmine dicam  
 Rhetica? ne cellis ideò contende Falernis.  
 Sunt & Aminææ vites, firmissima vina:  
 Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus,  
 Argitisque minor: cui non certauerit vlla  
 100. Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.

SVNT THASIAE VITES] *Thasos* insula Thraciæ adiacens, vnde *θάσιον* ὄνον pro optimo, & *θάσιον* σαρυλῆ. Eam insulam celebrem fuisse vario delictiarum genere, vino, obsonio, muria, bellariis, constat aliunde, & ex hoc Plutarch. κατ' ἐπίκουρον. ἐκ ἐστὶν ἐν θασίῳ καὶ μάζην τὸ ἴδιον, ἀλλ' ὄψα, καὶ θάσση, καὶ μῶρα, καὶ πεπῆα, καὶ κροπῆα τῆς εὐδοσιπῆρου πελαγονομαλῶσος ἀρδύωνος δευδόμενα ζῆτοσιν αἰ ἴσων ἀπολαυστικῶν ἀρέξει. ET PASSO PSITHIA] Nicand. *ἐλεξέ*. ἡμῶν ἴσων ζῆτοσιν ἀπεβρίδουσαν ἐπ' ὀφθαλμῶν ῥυσαλέω ἐδάσση καὶ ἐκ ψιδῆς ἐλίνοιο κείροντες θάσσησιν. TENTATURA PED. OL. VINCT. LINGVAM] Sic & Epigr. 4. οὐκ οἶδ' εἰ θῆνησιν ἀνάσσωμαι, ἢ θῆνησιν ἄμβροτον μέμνημι, ἀλλὰ θῆνησιν εἰς πύδης ἀμφοτέρω. Sic & Proper. (vt memonuit Thorius) lib. 3. multo mentem vincire Lyæo. Vt autem poeta vincire linguam, & mentè, ita & Platoni, & Aristoteli δὲ εἶδαι νοῦν, καὶ θῆνησιν Arist. lib. Eth. u. δὲ εἶδ' ἴσων ἡ θῆνησιν, ὅταν μένειν μὲν καὶ βούληται θῆνησιν ἀρέσκειν τὸ συμπερινοῦν, ἀπερίνοια ἢ καὶ δυνάμει, καὶ τὸ λύσειν καὶ ἔχειν τὸν λόγον. CELLIS IDEO CONTENDE FALERNIS] Et Dioscoridi *θαλέρον* ὄνον, & Plutarcho *θαλέρον*, si rectè scriptum est in lib. ὄνηται *θαλέρον*. sub his verbis: *κατὰ ἀπὸ σημερινῆς ἔλεγα μὴδ' ἴσων ἀπὸ μεταμελήσει στήνησιν ἀπὸ φθέρησιν, ἀλλὰ πύδης, ἢ πύδης, ἢ πύδης ἢ πύδης παρασπασμένοις μεταμελήσων, ἢ πύδης ἀπὸ θαλέρον πύδης, ἀλλὰ τῶν αὐτῶν. Nisi forte vinum Phalerinum à Phaleriis populis Italia deducat, quorum etiā meminit in Camillo Plutarchus. SVNT ET AMINÆÆ VITES] *Lurifconsultus* quoque sub tit. de rit. & oleo leg. vltima, mentionem vini Aminæi facit. Et Plin. lib. 34. Principatus, inquit, datur Aminæis propter firmitatem fenio quoque proficientem. Ex Galeno Grammatici probant Cæcubum, Falernum, Aminæum,*

Aminæum, vina synonyma. Sed & Scantiana vna à Varrone dicta est, quæ alio nomine Aminea maior appellatur, ut refert Plin. lib. 14. cap. 4. REX IPSE PHANÆVS] Fit apud Callimachum in hymno Deli mentio Phenæi, quem alij montem, alij urbem accipiunt: φεβίου δ' ὄρη ἐστὶν αὐτῆς παρὰ Διόνου, φεβίου δ' ὄρη μὲν μετὰ πηδᾶ φεναίου. Non quod fidei ubere sim paratus Phanæum Maronis eundem esse cum Phenæo Callimachi, verum ut ad moneam præmonitus à Petro Daniele mihi amicissimo, ita regem dici Phanæum hîc, ut à Lucilio χίτ' ἔτε δ' ἰωάστῃς, ipsumque hunc locum Lucilij in Seruij commentariis cõmodum restitutum videri. AVT TANTVM FLVERE] φάειν de Baccho Græci dicunt. Indicat autem & circumscribit Græcorum πολύχμου, & πολύρροντον ἀμπλον.

Non ego te mensis, & Diis accepta secundis  
Transferim Rhodia, & tumidis Bumaste racemis.  
Sed neque quàm multæ species, nec nomina quæ sint,  
Est numerus: neque enim numero comprehendere refert:  
105. Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem,  
Discere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ;  
380. Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris  
 Cæditur, & veteres ineunt proscenia ludi:  
 Præmiaq̄ue ingentes pagos, & compita circum  
 Theseidæ posuere: atque inter pocula læti  
 Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres.

IMPRVDENS QVÆ LABORVM] Sic & cum genitio Hom. Il. 4. ἐπὶ ἔορτ' οὐπω μάλα εἰδ' ὅτι δου-  
 εἰσὶ ἀλκίης. SIGNATA IN STIRPE CICATRIX] Cossinius apud Varronem ait capellarum  
 dentes sationi inimicos, & eas Astrologos ina recepisse in calum, vt extra limbum duodecim signo-  
 rum excluderint. Sed & capræ non solum Baccho & Aesculapio, verum & Mineruæ immolari sunt  
 solita, auctore Plin. lib. 8. cap. 47. quod eius morsus arboribus exitialis esset, oliuam lambendo quo-  
 que sterilem faceret. Porro dicunt & rei rusticæ curatores & scriptores, vulnus à capra planta in-  
 fictum aut letale esse, aut certè cōduci & coalescere nunquam posse, sed indelebili se suo stigmatē  
 & cica-

A & cicatrice semper prodere. Tales calumnia morsus & plagas prisca bonitas notabat: vt nesciam, an  
 Maro forsitan ad Mædium illum, Alexandri adulatorum choragum, alluserit, cuius in hac verba me-  
 minit Plutarch. lib. σπός ἀν τῆς διακρίσεως, &c. λάβρα δὲ ὄφινσι πιναι, καὶ ὑποσπέρη διαβολαῖς, κρυφίον δὲ λόγον κνί-  
 σματ' ἔλατ', καὶ ἂν καὶ πεντακῶς ἐξέσθ' ἐξέσθ' ἐξέσθ', τὸ τὸ μὲν δὲν σὺλατῆς μὲν μὲν μὲν. ἢν δὲ μὲν δὲ τὸ τὸ  
 ἀλλὰ ἀνω τῆ σπείζων καὶ τῆ σπείζων οὐκ εἶναι τὸ κατώ μέλλον, οὐκ οὐκίως καὶ ἔχει τῆ σπός τὸ  
 αἶμα καὶ κάρτα τοῦτο: καὶ τῆς ζώοις, ἔχει δὲ σπός μὲν τὸ δλον ἐχ' οὐκίως, καὶ δὲ τὸ ἔργον οὐκίως. καὶ ἢ ἔχει εἰσι τὸ ἀνω τοῖς  
 φυτοῖς, ἀνω τῆ καὶ ἢ σπός διὰ τῆς τῆς σπείζων, καὶ λαμβάνει τὰ αἶμα ἀνω τῆ σπείζων. Et idē  
 Aristot. lib. σπείζων παρ. καὶ σπείζων, inquit, τὰ κεφαλοβαρῆ μακροβιότατα, τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἐπείζων, ἀλλὰ  
 συνδράμει, τὸ καὶ ἀνω τὸ οὐτὸ καὶ κεφαλή ἢ ἔχει εἶναι. καὶ σπείζων. ἀνάλογον καὶ εἶναι αἰ ἔχει αἰ τοῖς φυτοῖς, καὶ τὸ κεφαλομε-  
 νον εἶναι τῆς ζώοις, δὲ οὐ τὴν σπείζων τὰ μὲν ἐκ τῆς γῆς λαμβάνει, τὰ δὲ δὲ ἀνω τῆ. CONTEMNERE VENTOS ] Sic & Lucret. 5. Immenfi validas aui contemnere vires.

385. Nec non Ausonij Troia gens missa coloni  
 Versibus incomptis ludunt, risuq̄ue soluto:  
 Oraq̄ue corticibus sumunt horrenda cauatis,  
 Et te Bacche vocant per carmina læta, tibiq̄ue  
 Oscilla ex alta suspendunt mollia pingu.

390. Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu:  
 Complentur vallesq̄ue cauæ, saltusq̄ue profundi:  
 Et quocunq̄ue Deus circum caput egit honestum.  
 Ergò ritè suum Baccho dicemus honorem  
 Carminibus patriis, lancesq̄ue & liba feremus:

395. Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram,  
 Pinguiq̄ue in veribus torrebimus exta columnis.

D OSCILLA EX ALTA] Notauit Turnebus oscilla non solum esse sigilla in effigiem humanam  
 arte simulata, & imagunculas infantibus ad lusum præbitas, sed & αἰώρος, id est, pensiles quasdam  
 gestationes de arboribus suspensas, in quibus homines per lusum iactabatur, atque eam iactationem  
 oscillationem dicitur. Quin & hoc genus lusus per sex Latinarum feriarum dies celebrari solitum, in  
 memoriam & imaginem vitæ humanæ, in qua altissima deiciuntur, infima in altum efferuntur, id-  
 que ad memoriam redintegrandam initio acceptæ vitæ illis diebus, per oscillationem, motus cuna-  
 rum, per lactatum potionem lactis alimentum veteribus significatibus. Hic tamen cum, vt idē Tur-  
 nebus anctor est, Maro oscillationem Libetalibus induxerit, multi eam φερῶν interpretantur, oscil-  
 lum obscenæ partis simulacrum vocari posse rati: vnde & ἰδύραλοι. Cōuenit autem huic Turnebi  
 obseruationi, & Virgiliāno versui ille Epig. lib. 3. de Saryro καὶ ὄφιν δὴρετον ἰμασόμενον δὲ ἔμας αἰετος τῆ-  
 μιν εὐρησῆς οὐκ αἰετος πίνου. αἰωρῆσθ' οὐκ εἶναι ἀνάσπον εἰς ἔσθ' ἐσθ'. Videtur autem eo loco Sophoclis in Ty-  
 ranno de Iocasta, οὐδ' ἀνὴ κρεμασῆν τὴν γυμνασῆ. εἰσὶ δὴρετον πῆματῆς ἀώρος ἐμπροσθεν γυμνασῆ, αἰώρος legendum:  
 vnde & αἰωρῆσθ'. Helychius quoque αἰώρον non prætermisit, αἰώρον, inquit, ἐσθ' ἀθήνησιν, ἢν οἱ μὲν  
 δὴρετον λέου πυρραίου δούνη φασίν, οἱ δὲ δὴρετον κλυταμῆσθ' αἰώρον, οἱ δὲ δὴρετον ἡερόνη ἀλῆσθ' τῆ ἰκάρου. Credo  
 αἰωρῆσθ' & πετυνησθ' ad tales aërias gestationes iactationesq̄ue proximè accedere, ducta vocabuli  
 origine καὶ τὸ δὲ πῆματῆς αἰετος. COMPLENTVR VALLES] Epig. 3. ὄσα τε κολίαι σπείζων, αἰετος  
 τ' ἔμας.





Tondentur cythifi, tedas sylua alta miniftrat,
Pascunturque ignes nocturni, & lumina fundunt.
Et dubitant homines ferere atque impendere curam?

OPIS QVE HAVD INDIGA NOSTRAE] Lucret.lib.1.& 2.Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri: ἀπορία δ' ἐνδρα. FOETV NEMVS OMNE GRAVESCI] Fætu grauescere, de arboribus propriè βριδεν dicitur, hoc est, βαρυέδω: quod & ariftis communicauit Hæliod. διττέλα βριδεν δημίτηρ θ' ἐρδν ἀντλῶν & Nonnus, βεβεθέδα κρητῶ κλήματα & illud, βέβειθε χροσσικάρποι. SAN- GVINIS AVIARIA BACCIS] Recurre ad locum supra, cruentaque myrta. ET DVBITANT HOMINES] Infra Æn.6. pari eruptione: Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? Et Cicero: Et quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc transmittendum sit: Et quisquam dubitabit quid virtute profecturus sit, qui tantum auctoritate profecerit?

- 435 Quid maiora sequar? salices, humilesque geniftæ, Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus vmbraam Sufficiunt, sepemque fatis, & pabula melli: Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum, Nariciæque picis lucos: iuuat arua videre, Non raftis hominum non vlli obnoxia curæ.
440 Ipsæ caucaseo steriles in vertice syluæ, Quas animosi Euri assidue franguntque, feruntque, Dant alios aliæ fœtus: dant vtile lignum Nauigiis pinos, domibus cedrosque, cupressosque. Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris
445 Agricolaë, & pandas ratibus posuere carinas. Viminibus salices fœcundæ, frondibus vlni: At myrtus validis hastilibus, & bona bello Cornus: Ithyræos taxi torquentur in arcus. Nec tilia leues, aut torno rasile buxum

450 Non formam accipiunt, ferroque cauantur acuto. VNDANTEM BUXO SPECTARE CYTORVM] ὕληεντι κύτωρον Apoll.lib.2. vbi interpres, ὕληεντα ἔσπεν, διὰ τὸν πύξον ἐκεί πολλῶν γίνεσθαι. Catul.Amasti Pontica, & Cytore buxifer. Sernius autem Macedonia montem nominat, vt Hom.Paphlagoniæ 2.II. παφλαγονίαν δ' ἠγείτω. πολυαιμένεος λάσον κίρη ἐξ ἐνεσθ' ἔδεν ἡμίονον γένθ' ἀχροτερῶν, οἱ βρακύτωρον ἔχον, καὶ σήσαμον ἀμφερέμενον. RASILE BUXVM] Græci πύξον masculinè efferunt: & fœmininè Diodorus, καὶ κατὰ τὴν ἡσὸν ταύτης πύξου. Latini tenuem in mediam mutarunt.

Nec non & torrentem vndam leuis innatat alnus
Missa Pado: nec non & apes examina condunt
Corticibusque cauis, vitiosæque ilicis aluo.
Quid memorandum æquè Bacchicæ dona tulerunt?
455 Bacchus & ad culpam causas dedit. ille furentes Centauros leto domuit, Rhætumque, Pholumque, Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.

QVID MEMORANDVM QVE] τί ἔστι μνηστέον; τί ἔστι σέμνον; Aristoph.CENTAVROS LETO DOMUIT] Centaurorū originem deducit Pindar.Pyth.od.2.à cōcubitu Ixionis cum nube, his verbis: ἀνδρὶ θ' οἱ χαρίτων τέκε γόνον ἄσπ' ἄφαιλον, μίνα καὶ μόνον, οὐτ' ἐν ἀνδράσι χροσφόρον, ἔτ' ἐν θεῶν νόμοις, ἢ ἐν μάξ' βαφοῖσι κένταυρον, ὅς ἴστωσι μαγνητίδ' ἐσσι ἐμύγνυτ' ἐν παλίῳ σαυροῖς, ἐκ δ' ἐγένοντο ερετῶς θαυμασῶς, ἀμφοτέρωσι ὁμοῖοι τοκέσσι, τὰ ματρὸς δὲν κέλιω, τὰ δ' ὑπερθε πατρὸς. Hom. Od. φ. οἶνθ' σὲ βραεὶ μελιπλόης ὄσ τε καὶ ἀλλοῖς βλάπτει, ὅς ἐν μιν χανδόν' ἔλη, μήδ' αἰσίμα σίνη, οἶνθ' καὶ κένταυρον ἀγαλυτὸν ἀνυπὼνα ἀσασεν ἐν μεγάρῳ μαγαθύμῳ περὶ εὐδίοιο, ἐς λαπίδας ἔλθοντ'. ἢ δ' ἔπειθ' ὀρένας ἀσασεν οἶνον μανθήμενον, καὶ ἐρεξε δόλιον κατὰ περὶ εὐδίοιο, ἦρωας δ' ἀχθ' εἶλε. δὲ ἐκ περὶ εὐδίου δὲ δύσεξ' ἔλεγον ἀναίξαντες ἀπ' οὐρατα πηλεί χαλκῶ, ῥήσας τ' ἀμύ- Cαυτες. ὃ δ' ὄρεσθ' ἦσαν ἀαθεῖς ἦσαν, καὶ τὴν δόλιον ἀεσίερονι θυμῶ, καὶ οὐ κενταύροισι καὶ ἀνδράσι νῆκ' ἐτύχθη, οἱ τ' ὀπίθ' ἀπὸ τῶν κελῶν ἀρετα οἶνοβαρεῖων. Item & in hoc Maronis argumentum Alcæus Epigr. οἶνθ' καὶ κένταυρον, ἐπίκρατες, δύχλι σὲ μαιῶν ὄλεσεν, ἢ δ' ἐρετῶν καλλίη ἡλιμύλω. Item & alibi Epigr. οἶνθ' καὶ κένταυρον ἀπάλεσεν. Item Epig.lib.4. οὐτ' ὁ νόθ' ὑπὲρ βεβαρημένθ' ἢ δὲ κωπῆλλῳ κενταύροις ἠσων οἶνοβαρεῖς ὄλεσεν. Proper.

A Propert.2. Tu quoque ô Euryteu vino Centaure peristi, Nec non Ismario tu Polypheme mero. PHOLIUM QVE] Pholi Centauri meminit Theocr.είδ.ζ. ἄεξ γὰρ πα τοῖν δὲ φλόω καὶ λαῖνον ἀντηρον, κρητῆρ ἡσμελίη γέρον ἐσάστω χείρων. HYLÆVM] Hylæi quoque meminit Propert.lib.1. Ille etiam Hylæi percussus vulnere tami, Saucius Arcadis rupibus ingemuit. Et Ouid. Sensit & Hylæi contentū faucibus arcum. Et Callim. εἰς ἀρτέμιν. οὐδ' ἔμιν ὕλαοντε καὶ ἀφρονα ῥοῖον ἔολπα οὐδέ ἐσθ' ἐχθαίροντας ἐν αἰδί μαιήσασθαι τὸ ἔσθην vbi ῥοῖον, non ῥοῖον ex Marone alij malunt: alij ex Callimacho Rhecum, non Rhecum in Virgilio. LAPITHIS] τοῦς λαπίδας Apollonij interpretes vult ἐπὶ τὸ δολαπίδου τὸ δολολλανθ' καὶ σίλβους νύμφης ὄνομαθῆναι.

- O FORTVNATOS nimirum, sua si bona norint,
AGRICOLAS! quibus ipsa, procul discordibus armis,
460 Fundit humo facilem victum iustissima tellus. Si non ingentem foribus domus alta superbis Manè salutantum totis vomit ædibus vndam: Nec varios inhiant pulchra testudine postes, Illusasque auro vestes, Ephyreiaque æra:
B 465 Alba nec Assyrio fucatur lana veneno: Nec casta liquidi corrumpitur vsus oliui: At secura quies, & nescia fallere vita, Diues opum variatum: at latis otia fundis; Speluncæ, viuique lacus: at frigida tempe,
470 Mugitusque boum, mollesque sub arbore somni Non absunt. illis saltus, ac lustra ferarum, Et patiens operum, paruoque assuetæ iuuentus, Sacra Deum, sanctique patres: extrema per illos Iustitia excedens terris vestigia fecit.

FORTVNATOS SVA SI BONA NORINT] Sic & Lucian.in Cauca. οὐδ' ἂν σιωπῆμεν ἡλικῶ C ἀδαιμονοῦμεν non intelligimus quantum felices simus. Indicabo lectori locum apud Xenoph.in Oeconom.longè elegantissimum, laudes agriculturæ complectentem, & cum hoc Maronis fatis consentientem: cuius est initium: παρτα δ' ἐ, ἀ κροσθούλε, ἐργῶ δ' ἡγεῖμαι, ἔσθ' ὁ παρτάτης, ὅτι τῆς γεωργίας οὐδ' οἱ πᾶν μακάρεσι δῶσανται ἀπέχουσι. εὐκεί γὰρ ἡ ἐπιμέλεια αὐτῆς οἱ αἰ εἰματα ἡδοναίδια πρὸς καὶ οἶκα ἀνέστης, καὶ σαμῶτων ἀσπασίς, εἰς τὸ δῶσανθαι ὅσα αἰσθρὶ ἐλθεῖν ἀφ' ἀφροναίης. παρταὶ μὲν γὰρ ἀφ' ὅσων οἱ ἀνδραπῶν, παρταὶ ἢ γὰρ φέρεται ἐργασίαι, καὶ ἀφ' ὅσων τῶν αἰσθρῶν ἡδοναίδια, παρταὶ φέρεται. ἔπειτα δὲ ὅσα κοσμίως βιωμῶς καὶ ἀγαλματα, καὶ οἱ αὐτοὶ κοσμοῦται, καὶ τὰ πάντα μετὰ ἡδίστων ἀσπασίης, καὶ θεαμάτων παρέχει, ἔπειτα δὲ ὅσα πολλὰ τὰ μὲν φέρεται τὰ δὲ σέβεται, &c. SI NON INGENTEM] Hic locus manauit ab illo Lucretij lib.2. Si non aurea sunt iuuenum simulacra per ædes, Lápades igniferas manibus retinentia dextris, Lumina nocturnis epulis vt suppeditentur, Nec domus argento fulget, auroque renidet, Nec citharis reboant laqueata aurataque templa: Attamen inter se prostrati in gramine molli, Propter aquæ iuuum sub ramis arboris altae, Non magnis opibus iucundè corpora curant. Eadem quoque aura respondere videntur hti apud Propert.lib.3. versus: Quod non Tanariis domus est mihi fulta columnis, &c.— At Musæ comites, & carmina cara legenti, Et defessa choris Calliopea meis. Et talis etiam redditio est in Maronis Culice. Si non Assyrio fuerint bis lota colore Attalicis opibus data vellera, si nicot auri Sub laqueate domitis animum non tangit auarum, Picturæque decus lapidū, nec fulgor in vlla Cognitis vtilitate manet, nec pocula gratum Alconis referunt, Bati que torcum, nec Indi Concha bacca maris pretio est: at peccore puro Sæpe super tenero prosternit gramine corpus, Florida cum seilus gemmantes picta per herbas Vere notat dulci distincta coloribus arua. Est & γρόνιυ talis apud Eurip.in Med. τὸ γὰρ εἰδὶδὲξ' ἔμιν ἔσθ' ἴσσοις κρητῶν ἐν αἰσθ' οὐδ', οἱ μὴ μεγάλοις ὄχιρῶς τ' εἶη κατὰ γρόνιυ. NEC VARIOS INHIANT] Idem Maro datiuo iunxit Æn.4. pecudumque reclusis Peccoribus inhians, &c. EPHYREIA QVE ÆRA] Hom. quoque Il.ο. commendat allatum ex Ephyra thoracem: πικρῶς δὲ οἱ ἠρμεσε θοῖρηξ, τοῦς ἐφόρει γυαλοῖσιν ἀρηρότα, τοῦ ποτε θυλδὸς ἠμαξῶ ἐξ ἐφύρης πεταμοῦ δὲ σὺν δόλιονθ' ἔσθ' ἔσθ' οἱ ἔλωκεν ἀναξ' ἀνδρῶν ἀρητίης, ἐς πῆλεμον φορέειν δόλιον ἀνδρῶν ἀλεσθῶν, ὅς οἱ καὶ τότε παιδὸς ἀπο χροσθ' ἠρμεσε ἄλεθρον. Interpres autem Apollonij, ἐφύρα, inquit, ἡ κροσθ' ἀπο ἐφύρας τῆς ἐπιμυθῆθ' ἀνυπὼνας vnde æs Corinthium: quod conuincitur longo tempore ante euersam à Romanis Corinthum in precio fuisse: quamuis æs ex multis metallis confutum accipiāt casu & incendio confutum nonnulli ex illius Plinij loci auctoritate: Casus hoc misit, cum Corinthe caperetur incensa. Constat siquidem nobiles Corinthiorum vasorum artifices Corinthe incendium antecessisse. Nec sanè dubium est, quin hic poëta Corinthiam Ephyren innuat, metallorum feracem, & σιδηροφόρον dictam, & χαλκοφόρον: quamuis & Ephyras plures doceat esse Eustathius, in eum locum Od.α. ἐξ ἐφύρης ἀνίοντα, παρ' ἔλα μερμεριέδα, his verbis: quorum repræsentationem non fastidiet fortè studiosus chorogta.





Panaque, Sylvanumque fenem, Nymphasque forores.
495 Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans Discordia fratres,
Aut coniurato descendens Dacus ab Istro:
Non res Romanae, perituraque regna: neque ille
Aut doluit miserans inopem, aut invidit habenti.
500 Quos rami fructus, quos ipsa voluntia rura
Sponte tulere sua, carpsit: nec ferrea iura,
Infanumque forum, aut populi tabularia vidit.

STREPITVM QVE ACHERONTIS AVARI] Fortasse Acherontem auarum ea ratione dixit, vt summanus Pluto Plauto dicitur, quasi manium summus, qui omnes auarissimè in suum thesaurum rapit: vnde summanare, pro auide rapere & furari, summani more, finxit Plautus. Nimirum & πλούτωνα vocant διὰ τὸ γενεῖν πλούτων· vnde & Cic. de natura Deor. Terrena vis omnis atque natura Diu patri dedicata est: qui diues, vt apud Græcos πλούτων, quod recidunt omnia in terras, & oriatur è terris: vnde & Tibull. Diues in ignaua luridus Orcus aqua. Videtur autem hic poeta doctus, secutus Sironis præceptoris disciplinam, alludere ad illud Lucretianum, Et metus ille foras præcepit Acherontis agendus: quin & ad Lucret. lib. de Natura. Sæpe autem Græci ἀρπαλίω ἀίδιλω. Hunc autem versum Maro ex poeta aliquo Græco traduxisse videtur, cuius versum talem suppressio auctoris nomine ita ἐν ἑρωτικῷ citat Plutarch. de diis: βαρυβόαν πορθητὸν ποδολύδης ἀχέροντος. Sic & rogalem ignem auarum vocat Proper. lib. 2. Roma puella Occidit: has omnes ignis auarus habet. MISERANS INOPEM] Credo poetam, quidquid hic molitur Seruius, respexisse eam, quæ in iuris dicendi obseruantia & ritu esse debet, religionem: vt vacuum laudet rusticum morbis affectibusque animi, & longè à iuris formulis & foro remotum: tum quia sequentia hæc, nec ferrea iura, infanumque forum, &c. fauent nostræ sententiæ: tum quia Philosophi Ethici omnes, atque adeo Aristoteles, vbi agunt de iustitiæ negotio, eam ita partiuntur, vt eius partem alteram assignent, ponantque ἐν ἀγωνοδυσίαις, alteram ἐν σωμαλευμασι καὶ συμβολαίαις. & in illa statuunt habendam excellentiam, præstantiamque personarum rationem, vt præstantioribus præmia præ cæteris reddatur: in hac verò videndum, non qua quis quæue pars sit virtute, sed quo iure nitatur, mancipio, possessione: nec interesse ἐν συμβολαίαις δίκης, & iudicis, Catone an Cætilinagræm aut rem vindicet: hic siquidem arithmeticam tantum, illic geometricam proportionem pensitari: vt nimirum poeta rusticos immunes iuris exercendi dicat, & misericordia & inuidia, quæ iudicia constuprare & peruertere solent, omnino vitæ simplicioris & sincerioris institutis addictos vacare. Non abs re autem dolorem miseratiæ adiunxit, cum apud Aristot. βίτ. β. in loco ἐλευθεῖν ita misericordia definiatur. ἔργον δὲ ἔστι λύπη πρὸς τὴν φανερόν κενὸν, φερτικῶν, καὶ λυπηρῶν τῶν ἀναξίτων πηγάδων, διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς ἀποδοκίμασεν ἐν παιδείᾳ, καὶ αὐτὸ τινὰ. καὶ τὸ πρὸς τὸν πόσον φάσμα. Sed & methodum Aristot. dicto loco affectari videtur Maro, qui miserationem & inuidiam eodem carmine opponere videtur. Sic enim Aristot. δέξασθαι δὲ ἐν καὶ φθόνου τὸ ἐλεῖν τὸν αὐτοῦ ἀπικεῖται σθένος, ὡς σωεργίαι ἐν καὶ τῶν τῶν νεμεσῶν ἐστὶ ἕτερον. λύπη γὰρ παρεργώδης ὁ φθόνος ἐστὶ καὶ ἐπὶ ἀποργίαι, ἀλλ' ἢ καὶ ἀναξίτου, ἀλλὰ τὸ πρὸς τὸν πόσον καὶ ἑαυτοῦ. IN SANVM QVE FORVM] Oppositum forum libus orbem Horat. dixit, imitatione Pindari Istm. Od. 3. καλαρηνῆς ὄρουνοῖ ὕβριος. Proper. Et vetat infano verba tonare foro. POPULI TABVLARIA] In tabulario instrumenta, literæ, tabulæque publicæ continebantur. Tablinum autem priuatarum ædium erat, vt ex Cicerone cognoscitur.

Sollicitant alij remis freta cæca, ruuntque
In ferrum, penetrant aulas, & limina regum:
505 Hic petit excidiis urbem, miserisque penates,
Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.
Condit opes alius, defossoque incubat auro.
Hic stupet attonitus rostris: hunc plausus hiantem
Per cuneos (geminatur enim plebisque patrumque)
510 Corripuit. gaudent perfusi sanguine fratrum:
Exilioque domos, & dulcia limina mutant:
Atque alio patriam quærant sub sole iacentem.

SOLLICITANT ALII REMIS FRETA] Sic supra, sollicitanda tellus, id est, mouenda Festo, quod sollicitare fit ei solo, id est, loco ciere. INCUBAT AVROR] χρυσῶν ἄπικε. Aristot. 2. polit. ἀποστέρων dixit, vbi contra Platonem possessiones vult ita demum proprias esse singulis ciuibus, vt vsus tamen liberalitate ciuium sit communis: αἱ γὰρ δὲ ἀπικεῖται δημημέναι τὰ ἐγκλίματα πρὸς ἀλλήλους οὐ πηίσουσι, μάλλον δ' ἐπιδύσουσι, ὡς πρὸς ἑαυτὸν ἐκείνου ἀποστέρωντες. PER CUNEOS] Vel à forma ipsa cunei

cunei prima, vel à similitudine cunei militaris, hoc est, peditum globi in cunei formâ redacti, quod Græcis dicitur, & qui non μωυρῆς, sed à parte prima angustiore in latiore procedit, cunei dicti sunt loca in theatro, id est, graduum ordines, in quibus vulgus spectatorum stabat inter sedentium subsellia: vnde Iuuenal. cuneis an habent subsellia totis Quod securus ames? Et Vitruu. lib. 7. Cunei spectaculorum in theatro ita diuidantur, vt anguli trigonorum, qui currunt circa curuataram circinationis, dirigant ascensus, scalasque inter cuneos ad primam præinctionem: vnde & theatrum cuneatum dicitur: & excuneati ab Apul. dicti sunt, quibus ad sedendum locus non fuit in cuneis confertis. GEMINATUR ENIM] Geminatus legit Turnebus, qui & hunc versum vult respondere illis Horat. Latum theatris ter crepuit sonum: & alibi: Certe ter geminis tollere honoribus: quos ad theatralem populi plausum refert, vt & illud Propert. Et manibus faustos ter crepère sonos. Infrâ: Ingeminant plausum Tyrij. Sic autem & διμροτον medici pulsum quendam à geminato percussu vocant.

Agricola incuruo terram dimouit aratro:
Hinc anni labor: hinc patriam, paruosque nepotes
515 Sustinet: hinc armenta boum, meritosque iuuenos.
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,
Aut foetu pecorum, aut cerealis mergite culmi,
Prouentūque oneret sulcos, atque horrea vincat.
Venit hyems: teritur Sicyonia bacca trapetis:
520 Glande fues læti redeunt: dant arbuta syluæ:
Et varios ponit foetus Autumnus: & alte
Mitis in apricis coquitur vindemia faxis.
Interea pendent dulces circum oscula nati:
Casta pudicitiam feruat domus: vbera vacca
525 Lactea demittunt: pinguésque in gramine læto
Inter se aduersis luctantur cornibus hædi.

MITIS IN APRICIS] Suprà, Bacchus amat colles. Item & Sophocl. in Tyrân. ὁ βακχεῖος θεὸς τῶν αἰώνων ἐπ' ἀκρον ὄρειον. PENDENT DVLC. CIRC. OSC.] Lucret. 3. Nec dulces occurrunt oscula nati Præripere.


Ipse dies agitat festos, fufusque per herbam,
Ignis vbi in medio, & socij cratera coronant,
Te libans Lenæe vocat: pecorisque magistris
530 Velocis iaculi certamina ponit in vlmò,
Corporaque agresti nudat prædura palæstra.
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini:
Hanc Remus, & frater: sic fortis Hetturia creuit,
Scilicet & rerum facta est pulcerrima Roma,
535 Septemque vna sibi muro circumdedit arces.
Ante etiam sceptrum Dictæi regis, & antè
Impia quàm cæsis gens est epulata iuuenis:
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat:
Nec dum etiam audierant inflari classica: necdum
540 Impositos duris crepitare incudibus enses.
Sed nos immensum spatiis confecimus æquor:
Et iam tempus equum fumantia soluere colla.

CERTAMINA PONIT IN VLMO] Hic poeta Græcè locutus videtur: quandoquidè Græci ἄλλα πιδέται dicunt, & νικητέα: vnde & ἀλλοθέτης & ἀλλοθέτια. ὁ ἄγων δὲ ἀλλοθῶ ἀγωνιστῶν, ἄλλον δὲ τὸ ἑπαλλον ἢ ἀπὸ τῆς ἰσως, quamvis nonnunquam confundantur. Suprà, præmia Theseidæ posuere: & 5. En. ponam Teucris certamina classis. Eadem significatione vsurpauit Iurifconsultus I. liberto de ann. legat. Certamina, inquit, sub nomine ipsius celebrarentur. SEPTEMQVE VNA SIBI] Varro septimontium etiam nominat diem, à septem montibus, in quibus Roma erat sita, cuius item meminuit Plutarch. ἐν Ῥωμαί. rationem reddens, cur curando illo die & celebrando, iuncto curru Romani

mani non vterentur, his verbis: διατί τῶν κελουμένων σπιμιουωτήρ...
μέγχι νύ οί τῶν παλαιῶν κῆ καταφρονουῦντες...

P. V. MARONIS GEORGICON

LIBER TERTIVS.



E quoque magna Pales, & te memorande canemus
Pastor ab Amphryso: vos sylva, amnesque Lycæi.
Cætera, quæ vacuas tenuissent carmina mentes,
Omnia iam vulgata, quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Bufiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos,
Hippodamæque, humeróque Pelops insignis eburno
Acer equis? tentanda via est, qua me quoque possim
Tollere humo, victorq̃ue virum volitare per ora.

ΤΕ ΤΟΥΟΥΕ ΜΑΓΝΑ] Sunt viri docti qui miterentur in hoc opere, quod præcepta rei pecu-
nariæ doctrinamque præ se fert, Virgilium oblitum instituti nihil omnino, quod ad cultum cur-
ramque suilli pecoris perineat, expediuisse, cum à Varrone & Columella porcorum passionis, sagi-
nationesque magno studio commendatæ fuerint. Ego, quanquam cum Aristotelo...

A tarch. in Romulo. Sunt autem qui Parilia legant, non Palilia, eaque non à Pale Dea, sed quòd
eo tempore omnia fata, arboresque & herba parturiant pariantque. Athenæus inquit etiam τῶ
παρῖλια τὰ λαὶ κελυμένα, νύ δὲ παλῖλια. Tibull. At madidus Baccho sua festa Parilia pastor Conci-
net, à stabulis tunc procul este lupi. Proper. Annuaque accenso celebrare Palilia fæno, Qualia
nunc curto lustra nouantur equo. Idem: Urbis festus erat, dixere Palilia patres, Hic primus cæ-
pit manibus esse dies: Annua pastorum conuiuia, &c. PASTOR AB AMPHRYSO] Vnde &
ab Amphrysi pascuis Apollo νόμιος. Theocr. in Herc. χλωρὴν ἀργεῖλαιον ἀπόλλωνος νομῖος, ἱερὸν ἀγρὸν
ἔστιν τελευτάστον θεῖον. Et Callim. in hym. Apol. φοῖβον ἃ νόμιον κελύσσασιν ἐξ ἐπὶ κείνου ἐξέστ' ἐπ' ἀμ φρουσῶ
ζέφυρον ἐστέρων ἴσσοις ἠΐθεον ἄσ' ἐρωπ κελυμένον ἀδ' αἰτοῖο vbi interpres, ἀμ φρουσῶν οἱ μὲν ποταμὸν θεσσα-
λίας οἱ δὲ πόλιν. ILLAUDATI BVSIRIDIS] Bufiris filius Neptuni & Anippes: de eo vide Isocra-
tem, & Plutarch. in Theseo. Videtur autē illaudatum ita dixisse, vt Euripides in Ione πρῶτον μὲν μάττω
ἀνομιέντω, cui oppositum δαίνωτο. Pind. Pyth. od. 4. φερμεντὰς αἰθέρων πετῆρ ἔμολεν δαίνωτο ἄρδης.
Vide Pierium hoc loco, qui opportunè locum Isocratis adducit. Hic autem illaudatus non tam
ἀνομιέντος, quam ἀναξίλογο. Budæus illaudatum ne nominandū quidem interpretatur: quòd
laudare Nonio & Iurifconsultis sit nominare & appellare. Non tamen displicet mihi Seruij sen-
tentia, qui ad Bufiridis encomium hanc vocem refert: vt, si laudatus sit, παραδίδως ἢ ἀρετῆος
B à Rhetore commendatio eius tentata sit. HUMERO PELOPS INSGNIS EBURNO] Ex
Pind. Olym. de Pelope ipso: ἐλέφαντ φάιδμον ὄμιον κκαδ' ἰμενον. Quantum autem ad fabulam Pelopis
pertinet, operapretium videtur hac versum adscribere Apollon. lib. 1. ἐν δὲ δῶα δῖος διδοῖς πεπνεῖατο
ἀπειῶντες, ἢ τὸν μὲν ἀρεστὰροῖς τελοῦν ἰδῶα πνῶσαν ἠνία, σὺ δὲ οἱ ἔσκε ἀρετῆος ἰπποδάμεια, τὸν δὲ μετα-
δρομάδω ἐπὶ κωρτῖον ἠλασεν ἴππος, σὺ δὲ οἱ οἰνόμενος ἀρετῆος δόρυ χειρὶ μακρῶσος, ἀξιοῖον ἐν πόρῃμῃσι
ἀρετῆος ἀννυμένιος, πῆσεν ἔπασιμῃον πελοπία νότι δαίξω vbi vide interpretem, & illum Euripi-
dis locum in Iph. in Tau. sub persona Orestæ: ἀδ' εἶδον αὐτὸς, τὰδε φράσο τευμῖα, πῆλοπ παλαιῶν ἐν
δῶασι λόγῃν πῆδος, ἢν χειρὶ πάλαν, παρ' ἑνὸν ποσάπῃα ἐκτῆσ' ἴπποδάμειαν οἰνόμεον κτανῶν; ἐν παρθεῖασι
πίσι σὺς κερυμμένω. A Myrtilo autem Oenomai auriga, Myrteum vel Myrtoum pelagus multi
nominant. Tib. Ex humero Pelopis non nituisset ebur. Pelopis quoque voratum humerū & me-
morauit Lycophron his versibus: οὐ πάππον ἐν γναμῶσιν ἐννάα ποτὲ ἔρκων ἔερνυς θυρία ξηροπῶρο
ἀσφαρ μισυλάδ' ἐτιμῶστε τασφ τὸν ὠλεντίττω χῆνδρον ἐνδατουμῆν. Sed & Græcis ἀνομιαι πελοπίδω. Hanc
etiam fabulam diffusè enarrat Eustath. in eum versum Il. β. ἐρμῖας δ' ἀνὰξ δῶκε πέλοπι πηξίππορο.
TOLLERE HUMO] Nescio an ad Struthiocameli imbecillam volandi facultatem respexerit,
qui cum ita volare soleat, vt se à terra tollere non possit, adiuvat cursum velut alarum expansa-
rum velis & remigiis: γλαυκῶπιπῖττω etiam Gaza humivolam ex Aristot. vertit, quod est genus
C accipitris: Proper. 3. Quòd me fama leuat terra sublimis. VICTORQUE VIRVM VOLITARE
PER ORA.] Sic & de Epicuro Lucret. Vnde refert nobis victor quid possit oriri.

- 10 Primus ego in patriam mecum(modò vita superfit)
Aonio rediens deducam vertice Musas:
Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas:
Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam: tardis ingens vbi flexibus errat
15 Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.
In medio mihi Cæsar erit, templumque tenebit:
Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro
Centum quadriugos agitabo ad flumina currus.

PRIMVS EGO IN PATRIAM] Sic & Prop. lib. 3. Primus ego ingredior puro de fonte sa-
D cerdos Itala per Graios orgia ferre choros. DEDUCAM VERTICE MUSAS] Ex Apoll. 1. de
Orpheo, ἄς ὄρ' ἑπιπῶρο δελουμένω φόρμυγρι κατῆμαρ περιήδιν. PRÆTEXIT ARVNDINE RIPAS]
Sic & Eurip. ἀρωπῶν δυνακαστόρον vocat. IN MEDIO MIHI CÆSAR] Locus medius apud Ro-
manos honoratior, vt semper apud hunc poetam obseruare est. Vide Plutarch. Symp. διατί τῶ
τόπον ὁ κελουμένον ἀσπακῶς ἐρε πηλῶ. CENTVM QVADRIVGO] Seruius ita hunc locū enar-
rans, centum currus secundam antiquitatem dixit, sicut etiam ad flumina: olim enim in lit-
tore fluminis Circenses agitabantur, in altero latere positis gladiis, vt ab utraq̃ue parte esset ig-
nauia præfens periculum. Huius loci admonuit me nuper nomisma quoddam antiqui chara-
cteris exhibitū à Memmio viro ornatissimo, doctissimo, humanissimo, cuius facies altera spe-
cie constabat equitem præ ferente, equum ad cursum secundum fluminis ripam concitante,
cum hac ad infimam basin subscriptione, DECVRSIO: quod Circensium symbolum, vel iudicio
D. Lambini, Seruij meaque in hunc locum sententiæ facillè suffragatur. Decursio autem
militaris illa Græcis δέλασις, & δειλασία.

- 20 Cuncta mihi Alpheum linquens, lucosque Molorchi,
Cursibus, & crudo decernet Græcia cæstu.

Ipsc

Ipse caput tonfæ foliis ornatus oliuæ  
 Dona feram. iam nunc solennes ducere pompas  
 Ad delubra iuuat, cæfosque videre iuuenços:  
 Vel scena vt verſis decedat frontibus: vt que  
 25 Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.  
 In foribus pugnam ex auro, ſolido que elephanto  
 Gangaridum faciam, victoriſque arma Quirini.  
 Atque hîc vndantem bello, magnûmque fluentem  
 Nilum, ac nauali furgentes ære columnas:  
 30 Addam vrbes Aſiæ domitas, pulſum que Niphatem,  
 Fidentem que fuga Parthum, verſiſque ſagittis:  
 Et duo rapta manu diuerſo ex hoſte trophæa,  
 Biſque triumphatas vtroque ab littore gentes.

**ALPHEVM**] Per fluuium hunc Achaia, qui & Elidem alluit, Olympios ludos innuit *ἀπὸ τῆς ἀλυμπίας* loci Elidis dictos: vnde & aduerbia hæc Græcis *ἀλυμπίαι*, *ἀλυμπίαι*, & *ἀλυμπίαι*. **CRVDO CÆSTV**] Ex Græco Apoll. qui *ἰμάντας ἀμύου* in pugillari certamine Amyci & Pollucis vocatur, *ἴμκα πάροδο* *πιδίων* *θιοῦς* *ἐκάθερον ἰμάντας ἀμύου*, *ἀλ* *ἀλέου*, *πεί* *δ' οἴγ'* *ἔσαν ἑσπληῶτες*. Arg. 2. **TONSÆ FOLIIS ORNATVS OLIVÆ**] Infrâ: tonſa coma preſſa corona. Poëta tamen Græcus lib. Epigr. 3. dat Phæbo coronam de lauru in tonſa & inſecta, nimirû quodd eſſe decori putarit, amatorem deum *ἀλυμπίαι* incolumibus, integris que item Daphnes foliis & comis ornari: ſic autē eo loco Alcaus: *ἀντὶς δ' ἀτμίτου κίμας ἀπεδήματο δάφνας φοῖβε*. **DUCERE POMPAS**] Græci *παραγωγῆ*, & *παραγωγῆ*. Demosth. *ἡ μινδίου τὰς πομπὰς ἠγείτο*. *ἰτὲ πομπὰς* & *πεμπήμην*, pro ductore pompæ. **SCENA VT VERS. DECED. FRONT.** Verſatilem ſcenam feciſſe Lucullus, eſt auctor Valer. lib. 2. cap. 5. **AVLÆA**] *ἀργυροπύργια*, *ἀειρώματα*, *τάπηται*, & *ἀυλαίαι* Græci dicunt. Plutarch. in Themist. *ἐγγύς ἡγόμενοι τῶν ἀυλαίων ἀνέστηλλον*. & *ἀυλαίαι ἀπεκλήθη*, aulæa tollere. **IN FORIBVS**] Infrâ lib. 6. **ÆN. I.** foribus lectum Androgeo. **VNDANTEM BELLO**] Suprà: latē fluctuat omnis Ære renidenti telus. **GANGARIDVM**] Gangaridæ Seruio, & Ptolemao populi India ab aliis Gandaridæ: qui & aliis populi Scythiæ ſunt. **VEL SCENA VT VERSIS**] Videtur innuere exoſtram, quæ machina fit lignea, qua quæ intus geruntur & fiunt, verſatione rotarum ſpectatoribus nudantur & oſtēduntur. Illa ipſa & *ἐγκύκλιον* dicebatur. Numeratur & à Vegetio in machinis oppugnatoriis exoſtra. Græcis quoque Exoſtes ſuggrunda eſt & *εὐδύτης*. Vel etiam Labeonis definitionem. I. quod prætor de iis qui not. inf. ſcenæ reſpexiſſe, quæ ſcilicet ludorum faciendorum cauſa quolibet loco vbi quis conſiſtat, moueatur, ſpectaculum ſui præbitura: quæ certē definitio ſcenam verſatilem indicare videtur. **NAVALI SVRGENTES ÆRE COLUMNS**] Vide eum verſum 7. **ÆN. clypeique, erepraq; roſtra carinis: & Epigr. Gr. βαρβαρικός** *σύμβολα ναυπορίας*. **FIDENTEMQUE FYGA PARTHV M, VERS. SAG.**] Hanc pugnandi diſciplinam à Scythis manāſſe Plato adimonet in Lachete: *ἄσπερ που καὶ σκύδαί λίζον* *οὐχ ἢ πον φάροντες ἢ δικάοντες μάχεσθαι*. Propert. 4. Subdolus & verſis increpat arcus equis. Quamuis verò à nullo non hiſtorico ſatis ſuperque vulgata ſit Parthorum pugnandi, & ſagittandi ratio, adiciam tamen illud in eandem ſententiam ex Tacito lib. 5. Variē hinc pugnantium ſpecies, cum Parthiſ, ſequi vel fugere pari arte ſugetus, diſtraheret turmas, ſpatium icibus quæret, Sarmatæ amiſſo arcu, quo breuius valent, contis gladiiſque ruerent. **ET DVO RAPTA MANV**] Non eſt otioſa hæc adiectio *manu*. Innuit ſiquidem poëta, non hoc auſpiciis bellum geſtum imperatoris, ſed eum præſentem & *ἀντοφρόσπον* huic bello prælioſque præſuiſſe, quaſi ſocium conſortem que periculi: vt infrâ de Alcanio: fortem que manu fudiſſe Numanum: quodd ibi Iulus non ſolùm bellico negotio auctoritatē præſtituſſet, ſed *ἀντόχεις* & *ἀντοργῆς* percuffor Rutuli inſoleſcentis fuiſſet. **BISQUE TRIUMPHATAS**] Propert. ad Mæcenatem: Perſequar & curtus vtroque ab littore ouantes Parthorum, aſtutæ tela remiſſa fugæ.

Stabunt & Parij lapides, ſpirantia ſigna,  
 35 Aſſaraci proles, demiffæ que ab Ioue gentis  
 Nomina, Troſque parens, & Troiæ Cynthius auctor.  
 Inuidia infelix furias, amnem que ſeuorum  
 Cocyti metuet, tortoſque Ixionis angues,  
 Immanem que rotam, & non exuperabile ſaxum.

**TROIÆ CYNTHIVS AVCTOR**] Amutis Troianis ab Apolline ſtructis: vel quodd conſtet Ilion ab Ilo Apollinis montis conditum. vnde Hom. *θεοδμήτους πύργους τρωίας* vocat: & Il. π. de Troianis, *μάλα τῶν γε φιλῶν ἐκείνων* *ἀπόλλωνος* & Il. φ. Neptūnus ad Apollinem: *μοῦνὸν νῶϊ θεῶν ὅτ' ἀγλίωσαι* *λαμιάδων*

**A** *λαμιάδων* *πᾶς* *διδος* *ἐλθόντες* *θητῶσμεν* *εἰς* *εὐμεντὸν* *μυθῶ* *ὅππῃ* *ῥητοῖς*, *ὅδε* *σημαίνων* *ἐπέπλεον*. Et Græco Epigr. nunc *βόλιω* *θεῖο* *πυτον*, nunc *θεοδμήτων* *dictam* *inuenias*. Et Eurip. in Iphig. *ἴλιον* *ἔς* *τὸ* *τρωίας* *φοβλήτων* *δάπιδον*. & in Androm. *ὡ* *φοῖς* *ὡ* *πυρῶσας* *τὸν* *ἐν* *ἰλίῳ* *ὄρει* *πᾶρον*. vt Cynthius non ad proprium nomen regis, ſed ad deum ipſum referatur. **IXIONIS ANGVES**] Ad *μυθολογίαν* videntur mihi plurimum conferre Græci ipſi poëta, aut eorum interpretes: quorum opeta & Virgilium, & fabularum commenta illuſtrare, quoad poterō, mihi propoſitum eſt. Quantum itaque ad Ixionem attinet, Interpres Apollonij in eum locum lib. 3. nobis eſt præſto, *λυσιμένη* *ἑλκείων* *ἰξίονα* *νεῖδι* *δεσμῶν* *φλεγύου*, in- quiens, *ἦ* *δὲ* *ἰξίον*, *ὅς* *καὶ* *ἀπειρίθης*, *φλεγύου* *ἦ* *δὲ* *δέσποτα* *ἰξίον*, *σφραγίδης* *δὲ* *αἰτων*, *οἷσι* *δὲ* *ὡς* *γαμίας* *δῖαν* *τῶν* *ἠνέως* *δυγατέρα* *πολλὰ* *ἀπῆρα* *δῶσαν* *δάρα*, *ἐλθόντ* *δὲ* *ὅππῃ* *ταῦτα* *τὸ* *ἠνέως* *βέρετρον* *πυίſας* *καὶ* *πυεσπῶσας* *σκεπῆ* *εἰ* *αὐτὸ* *λεπτοῖς* *ξυλοῖς*, *καὶ* *ἠνεὶ* *λεπῆ* *ἔμπεσῶν* *δὲ* *ὁ* *ἠνέως* *ἀπῆλυνται*, *λύσασθαι* *δὲ* *τῶν* *ἰξίον* *ἐνέπει* *θιὰ* *ποδο*, *καὶ* *οὐδὲ* *εἰς* *αὐτὸν* *ἠδελὸν* *ἀγνίſται* *οὐτε* *θεῶν*, *οὐτε* *ἀνθρώπων* *σφῶτ* *τῶν* *ἔμφυλιον* *ἄνδρα* *ἀπῶκτερον*, *εὐκείσας* *δὲ* *αὐτὸν* *ὁ* *ζῶς* *ἀγνίſτει*, *καὶ* *ἀγνίſται* *ἠράδῃ* *τῆς* *ἡρας*, *ὁ* *δὲ* *ζῶς* *νεφέλιω* *ῥοιόσας* *ἡρα* *ἀφρονομίῃ* *εἰ* *αὐτῶν*, *καὶ* *ὑπερον* *πυίſας* *τεβῶσμενον* *προχρῶν*, *καὶ* *δεσμῶσας* *αὐτὸν* *πυρῶν*. Ixionis quoque mentionem facit Ariſtot. lib. 2. de celo, reſellens Platonis ſententiam, mundum ſcilicet ab anima cogente & voluente ſempiternum perdurare: *ἀλλ'*, inquit, *ἀναγκᾶν* *ἰξίον* *τῶν* *υἰῶν* *κατῳχρῶν* *αὐτῶν* *ἀπῆλυν* *καὶ* *ἀπυτον*. Ixionis quoque fabulam elegantiffimis verſibus exequitur Pind. Pyth. od. 2. ab hoc initio: *θεῶν* *ἔφετμαῖον* *ἰξίονα* *φαντὶ* *ταῦτα* *βροτῶν* *λέγειν*, *ἐν* *πῆροισι* *ἦρχῶ* *παντῶν* *κωλυθῆμενον* — *δύμῳ* — *σι* *τῶν* *ἀφῶν* *κρονίαις* *γλυκῶν* *ἐλθὸν* *βιοτῶν*, *μα* — *κρῶν* *οὐχ* *κατέμεινον* *ὄλκων*, *μυνομέναις* *φρεσὶν* *ἡρας* *ὅτ'* *ἐβῶσας*, *τῶν* *διδος* *ἀναὶ* *λάχων* *πολυγῶδες*.

40 Interea Dryadum ſyluas, ſaltus que ſequamur  
 Intactos, tua Mæcenas haud mollia iuſſa:  
 Te ſine nil altum mens inchoat. en agē ſegnes  
 Rumpē moras. vocat ingenti clamore Cithæron,  
 Taygetique canes, domitrix que Epidaurus equorum:  
 45 Et vox aſſenſu nemorum ingeminata remugit.  
 Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas,  
 Cæſaris & nomen fama tot ferre per annos,  
 Tithoni prima quot abeſt ab origine Cæſar.

**CLAMORE CUTHÆRON**] Græci *κυθῆρων* & *κυθῆρων* ſcribunt hunc montem, Baccho, non **C** Veneri ſacrum: cuius Latini poëta penultimam extendunt: à quo tamen *κυθῆρων* denominationem non accepit, ſed *ἀπὸ* *τῆς* *κωθῆρων* *νῆσος*, *καὶ* *πόλεως*, *ἢ* *ἑξ* *τῶν* *κωθῆρων* *τοῦς* *ἔρωτας*: Heſiod. in Theog. *αὐτὰρ* *τῶν* *κωθῆρων* *ἐπὶ* *περὶ* *ἑνὸς* *κωθῆρων*. Antepenultimam tamen *κυθῆρων* tam Græcè quàm Latinè corripit. Venus autem & *κωθῆρων*, & *κωθῆρων* dicitur. **DOMITRIX EPIDAVRVS EQVORVM**] *ἑπι* *πῶν* *ἑπὶ* *πῶν*. Hæc ciuitas Illyrij, nobilis Æſculapij tutela, & aurea eburna que eius ſtatua, à Thraſymede Pario ſculpta, vel certè abſoluta, pallio quidem (vt & Euſebius deſcripſit) amicta, & baculo ſinuſto ſerpentis nexu inuoluta innixa. Huic, vt Minervæ, noſtuam ſacrâ quoque dicant. **TITHONI PRIMA QVOT ABEST**] Seruius hîc Tithonum pro Titane Sole accipit: ſed neſcio an vſquam apud poëtas Græcos, aut Latinos ea metonomafia reperiat: cum & ſententia huius loci optime conſtatura ſit, ſi referamus originem Tithoni Phrygij ad Dardanum, ipſum vel Iouem, *κατῳχρῶν*, in gratiam Iulii familiar per Æneam & Creuſam à Ioue, Dardano, & Tithono ex ordine oriundæ: cum & Tithonum quoque Propert. eo loco reſpexiſſe videatur: Nec mea conueniunt duro præcordia verſu Cæſaris in Phrygias condere nomen auos. Euſtathius certè Homeri interpres hiſtorica fide Tithonum fratrem Laomedontis fuiſſe memorat: allegorico autem commento *πρωτῶν* ſolem dici, *διὰ* *τὸ* *πανταχῶ* *τῆς* *γῆς* *πταίνειν* *τὰς* *ἀκτῖνας*.

**D** Seu quis Olympiæ miratus præmia palmæ  
 50 Paſcit equos: ſeu quis fortes ad aratra iuuenços,  
 Corpora præcipuè matrum legat. optima toruæ  
 Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,  
 Et crurum tenus à mento palcaria pendenti:  
 Tum longo nullus lateri modus: omnia magna:  
 55 Peſ etiam, & camuris hirtæ ſub cornibus aures.  
 Nec mihi diſpliceat maculis inſignis, & albo.  
 Nec iuga detrectans, interdum que aſpera cornu,  
 Et faciem tauro propior, quæ que ardua tota,  
 Et gradiens ima verrit veſtigia cauda.

**SEV QVIS OL. PASCIT EQVOS**] Reſpicit quos Græci *ἰπποβότους*. **CVI TVRP. CAP. CVI PLVRIMA**



PLVRIMA CERVIX] In hac sententiam Columella lib. 8. cap. 2. Sint ergo matrices probi coloris, robusti corporis, quadratae, pectorolae, magnis capitibus. Et rei rusticae scriptores addunt latam frontem, tam bobus, tauris, quam vaccis: vnde Hom. Od. 7. σοι δ' αὖ ἐγὼ βέζω βουῖν ὀπίσσω...

- 60 Aetas Lucinam, iustosque pati Hymenaeos
Definit ante decem: post quattuor incipit annos.
Caetera nec foeturæ habilis, nec fortis aratri.
Interea superat gregibus dum læta iuuentus,
Solue mares: mitte in Venerem pecuaria primus,
65 Atque aliam ex alia generando suffice prolem.
Optima quæque dies miseris mortalibus æui
Prima fugit: subeunt morbi, tristisq; senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.
Semper erunt, quarum mutari corpora malis.
70 Semper enim refice: ac, ne post amissa requiras,
Ante veni: & sobolem armento fortire quotannis.
Nec non & pecori est idem delectus equino.
Tu modò, quos in spem statuis submittere gentis,
Præcipuum iam indè à teneris impende laborem.

AETAS LVCINAM] Quod ad vocis huius etymon attinet, non alienum à nostro instituto ex Plutarcho docere Iunonem Lucinam, à luce dictam, quia partibus praesit, tum quòd pro luna habeatur, quæ lumine fraterno splendat ipsa, & eo foetus illustrare videatur, & in luminis oras sua ore exhibere, quæ & Iuno à nouitate dicta vel renouatione, quòd singulis mensibus reiuuenerescere videatur. Sunt autem producenda ipsius Plutarchi verba haec: διὰ τὴν μὲν ἐνιαυτὸν τὰ δίδες νομίζουσι, τοὺς δὲ μῆνας τῆς ἡμέρας, ἢ ὅτι ἥλιος ἢ ἀστέρων δεῖν καὶ νοστήσει βασιλεύουσα...

- 75 Continuò pecoris generosi pullus in aruis
Altiùs ingreditur, & mollia crura reponit:
Primus & ire viam, & fluuios tentate minaces

Audet,

- A Audet, & ignoto sese committere ponti:
Nec vanos horret strepitus: illi ardua ceruix,
80 Argutumque caput, brevis aluus, obesaque terga:
Luxuriatque toris animosum pectus: honesti
Spadices, glaucique: color deterrimus albis,
Et giluo, tum, si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit: micat auribus, & tremit artus:
85 Collectumque premens voluit sub naribus ignem.
Densa iuba, & dextro iacata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos spina: cauatque
Tellurem, & solido grauiter sonat ungula cornu.

CONTINVO PECORIS] Oppianus de equis: βαλὸν ἄρα δειρήφι μετῆρον θηλικάρλιον, αἰέροι μέγας αὐτὸς ἐὼν ἄπειρα γῆα ὑψιμάρα, νεάτιον δὲ γῆμα ποτὶ δειράδα νεκρῶν ἀνδρῶν ἔπειρα τῆ μεσοφρον, ἐν δ' ἄρα κόρην ἀμφοῖν μέγαν βίχρον πικρὸν σείοντο κόρυμβοι, ἅμια τὸν πύρρον, ἀπὸ σκυμνοῦ διαφρονῶν, ἀρείται ῥίνες, ἐξ ἅμα δ' ἄρμιον, οὐατα βααῖ, γυσαλέη δειρή τελεῖοι λασιώχεν...

- 90 Talis Amyclei domitus Pollucis habenis
Cyllarus: & quorum Graij meminere poëtae,
Martis equi biuges, & magni currus Achillis.
Talis & ipse iubam ceruice effudit equina

Coniu-



Farraque, ne blando nequeant superesse labori,  
Inualidique patrum referant ieiunia nati.

CYRRVS, ET QVATTVOR AVSVS] Id est, τετραπύων ἄσπερος — vnde τετραπύων ὄνος, & τετραπύωνος. FRENA PELETHRONII] Plinius & Solinus non ad Lapithas Pelethronios, qui Pelethronium montem Thessaliæ incollebant, vbi & cognomine est oppidum, sed ad Peletronium proprium viri nomen, qui primus frenis equos domuerit, referunt, vt obseruauit Turnebus. SVB ARMIS] Et in armis Cæsar, vt Xenophon, ἐφ' ὄπλοις ἵσαν: & Thucyd. ἐφ' ὄπλοις περιμένει. GRESVS GLOMERARE] Tollutum incedere Varroni: & Plinio; tollutum carpere incessus; Martioli, ad numerū colligere vngues: ἄσπερος vnde equus tollutarius, gradarius, Asturco: cui, vt Plinius, mollis alterno crurum explicatu glomeratio est. DENSO DISTENDERE PINGVI] διαπλατύει λιπαρῶς respicit eam quæ est apud Græcos differentiam, quibus πῖον & πῖον pingue est τὸ ἐχόν μᾶλλον σπέρν, ἢ ὕγρον, cum λιπαρὸν id dicatur, in quo magis dominatur humidum, quamuis & ea nonnunquam confundantur. REFERANT IEIUNIA NATI] Lucret. 4. referunt proauo- tum sæpe figuras:

- 130 Ipsa autem macie tenuant armenta volentes:  
Atque vbi concubitus primos iam nota voluptas  
Sollicita, frondésque negant, & fontibus arcenē.  
Sæpe etiam cursu quatiunt, & Sole fatigant,  
Cum grauter tunlis gemit area frugibus, & cum  
Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes.
- 135 Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior vsus  
Sit genitrali atuo, & fulcos oblimet inertes:  
Sed rapiat sitiens Venerem, interiusque recondat.

TENVANT ARMENTA] ἐχράνουσι, λατρουροῦσι, vt Plato. ATQUE VBI CONCUBITVS PRIMOS] Eurip. in Hipp. ὅταν παύσῃ κύνες ἡρώτων φρένας. Vt autem sollicita Maro, Lucret. Sollicitatur id in nobis quod diximus ante Semen. NIMIO NE LVXV OBTVS. VSVS SIT GEN. AR. ET SVL. OBLIMET] Oblimet, εὐλύοι. Nimirum Græci τραγῆν & τραγίξιν dicunt de hircis nimia alimentū cōpia infœcundis, quod etiam ad vitium luxuriam tralatum est. Vide Plutarch. in capitis Phycis, διατί τῶν ἀμπελων ἀκάρπες, &c. Idem auctor est Symp. β. probl. η. διατί πιδιμὴ πίνυς, & τὰ θύμια, &c. τὴν πολυσαρμὴ καὶ χρημῆνυς ὄγκω, ὅς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀπέκονε, τὴν δὲ προφύλιν εἰς τὸ σάμα καταναλίσκοντες, ἢ ποιῶν ἐξ αὐτῆς ἀειπῖομα σπέρματιδων. Silcos autem inertes ita dixit, & ea tralatione, qua Lucret. lib. 4. Eicit enim fulci recta regione viaq̄te vomerem: de venerem: qua verecunda metaphora videtur vsus poeta exemplo Eurip. in Phœniss. μὴ σπῆρε παύδων ἀλόγα δαιμόνων βίη. Vt autem genitrali aruum Maro, sic & Aristot. 4. Anim. θετικὸς πάροις vocat, & τὰ θετικὰ: dicit enim γονή. Et Lucret. 4. Atque in eo sit venus, vt muliebria conferat arua. Et Aristot. ὑπεκκῶν τόπων, & πάροις, & ὑπεκκῶν μύλων. SED RAPIAT SITIENS VENEREM.] Admohitus sum à D. Mondoreo, viro doctissimo, & Horatio vsurpatam hanc phrasim, venerem raperē, eo loco: ignotis perierūt mortibus illi, Quos venerem incertam rapientes more ferarum Viribus editior cædebat vt in grege taurus. Lucret. Et commiscendo cum semen fortē virile Fœmina commulxit subita vi, cortripuitque. Aristoph. ἐκκλιδύλας ὄνχι δὲ κομμωμέναις τὴν ἑλδιδέρον ὑφαρπάξεν κύσπριν· & θεσμορ. ὑφαρπάξεν δὴλέειαι κύσπριν.

- Rursus cura patrum cadere, & succedere matrum  
Incipit, exactis grauidæ cum mensibus errant.
- 140 Non illas grauibus quisquam iuga ducere plaustris,  
Non saltu superare viam sit passus, & acri  
Carpere prata fuga, fluuiósque innare paces.  
Saltibus in vacuis pascant, & plena secundum  
Flumina: muscus vbi, & viridissima gramine ripa,
- 145 Speluncæque tegant, & faxea procubet umbra.  
Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem  
Plurimums Alburnum volitans: cui nomen Asilo  
Romanum est: cæstron Graij vertere vocantes:  
Asper, acerba sonans: quo tota exterrita syluis
- 150 Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther

Concuf-

Concussus, syluæque, & sicci ripa Tanagri.  
Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras  
Inachiaæ Iuno pestem meditata iuuencaæ.  
Hunc quoque (nam mediis feruoribus acrior instat)  
155 Arcebis grauido pecori: armenta que pasces  
Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.

CVI NOMEN ASILO] De eo Apoll. lib. i. αἶς δ' ὅτε πῆς τε μύσπ τετυμμένον· ἐσσοτο τυδρον, πῖντα τε περὶ πᾶν καὶ ἐλασσίδας, οὐδὲ νομίον οὐδ' ἀγέλιος ὄρεϊ, φησὶται δ' ὄδον, ἀλλοτ' ἀπυς, ἀλλοτε δ' ἰσάμειον, καὶ ἀνά πλάτω ἀνχέν' ἀείρων ἵσαν μύμημα κακῶν βεβολημένον· οἴστρο. Idem lib. 3. ἔρος ἴσον ἀφραντ· τετραγὰς οἶον τε νέαις ἐπὶ φρεσίν οἴστρο· τέλλει, ὅντε μύσπα βοῶν κλείουσι νομίαις. Et Epigr. lib. 4. ἡπαφε καὶ σὺ μύσπα μύρων ὅππ κέντρον ἐρείδεις πᾶσιν χαλιούτοισι ἀντιπύποιο βοός. Et Hom. Od. γ. οἶδ' ἐθέβοντο κατὰ μέγαρον βίβας ὄς ἀγαλάκων, τὰς μὲν τ' αἰδῶ· οἴστρο· ἐφρημνθεῖς ἐδὸνθον ὄρη ἐν εἰαρινῇ. ASPER ACERBA SONANS] Lucret. 5. Asper, acerba tuens, immani corpore seipens. INACHIAÆ IVNO, &c. Epigr. lib. 3. κείνῃ γὰρ τοπάρουδ' ἀβαρὺς γάλα· ἡλασεν ἦρης εἰς φάρρον. Et Sophocl. in Aiæ. & Elect. τῆς οἴστροπύγῃ· ἄλο· ἰνάχη κάρης. Et Esch. in Prom. sub persona Iūs: χρεῖ τις αἰ· μετ' ἀλανας οἴστρο· εἰδύλον ἀργὸν γηθνῆς· post paulo οἴστρο· δῖνον κέρως vocat, ἢ διδὸς ἀλάπει κέρω ἔρωπ, καὶ νύ τὸς ἄσπρμικεῖς θρόμους ἦρα· συγνῆς πρὸς βίβαν γυμνάξεται. Vnde οἴστροπύγα, & μύσπα ἐξυσύμω χρεῖδῖσσαν dicit. Et idem in Suppl. βολλάτῃ μύσπα· κινήθειον οἴστρον καλοῦσιν αὐτὸν οἱ νεύλου πέλας· quamuis Maro Græcam, non Ægyptiam vocem esse adstruat. Non ita autem differt ab hoc ille Nicandri locus: ἦμ· ἐπέχρα βαιωτῶ τῶνρουσα κωδὸν μύρον ὄριον. Coluthus: ἡδ' ἄτε πηλήεντ· ἄσπαργῆσαι νομοῖο πάρετς ἐρημαίον ἐνὶ ἔυλοχρῶσιν ἀλάξῃ φοιτήεντ μύσπα βοῶν ἐλατῆει τυπέσση. Et cōparatione ab cæstro & bobus hunc locum illustrat Calab. lib. i. i. ἀργεῖοι δὲ βέεσσιν εὐκίμωτες ἐπὶ βίβω, ὅππ· αὐτοῖν μεμῶτας ἄσπρ· ἀργῆ καὶ ἀρόστρο τυ· φαῖ· ἄσπρ· ἀσπάρῃ ταναῖος ἄσπρ· χείλεσσιν οἴστρο· αἰματ· ἰέμεν· τὸ ἐλ' ἀσπετον ἀγαλῶσση ἔργον ἔκας φάροντες. NOCTEM DVCENTIBVS ASTRIS] Vt Æn. Luciferum ducere diem dixit.

- Post partum cura in vitulos traducitur omnis:  
Continuóque notas, & nomina gentis inuivunt:  
Et quos aut pecori malint submittere habendo,
- 160 Aut aris seruare facris, aut scindere terram,  
Et campum horrentem fractis inuervere glebis.  
Cætera pascuntur virides armenta per herbas.  
Tu quos ad studium, atque vsus formabis agrestem,  
Iam vitulos hortare, viamque insiste domandi,  
165 Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.

NOMINA GENTIS INVRVNT] Inde notæ huiusmodi ἐγκρίματα· & Anacreon de equis: ἐν ἰχίοις ἢ ἴπποι πυρὸς χέεργμ' ἔχει. AVT ARIS SERVARE SACRIS] Vt infra: Intacta ceruice iuuenas, nimirum immolationi & facris destinatas. SCINDERE TERRAM] Sic Hom. Il. π. τέμνει δὲ τὸ τέλος ἀρήμης· & item γεωτόμων vocant Græci. DVME MOBILIS ÆTAS] Videtur Maro τὸ δύναντον καὶ κινήτικόν αἰατὶ tribuisse vigenti, quod animatū ab inanīmi maximè discernatur motu, & sensu, & quo corpus mobilis sit, hoc & viuudum magis videatur, quod veteres philosophi, vt dicit Aristoteles lib. i. de Animo, statuerint eximie familiarem esse animo motum: vnde & illi, τὰ μὲν ἀλλὰ πάντα κινήσαι διὰ τὴν ψυχῆν, ταύτην δὲ ὕφ' ἑαυτῆς.

- At primum laxos tenui de vimine circlos  
Ceruici subnecte. dehinc, vbi libera colla  
Seruitio assuerint, ipsis è torquibus aptos  
Iunge pares, & eoge gradum conferre iuuenocos:
- 170 Atque illis iam sæpe rotæ ducantur iranes  
Per terram, & fumino vestigia puluere signent.  
Post valido nitens sub pondere faginus axis  
Instrepat, & iunctos temo trahat æreus orbis.  
Interea publi indomitæ non gramina tantum,  
175 Nec vefcas falicum frondes, vluamque palustrem,  
Sed frumenta manu carpes fata. nec tibi fœtæ,

K 3

More



More patrum, niuea implebunt mulctralia vacca, Sed tota in dulces confument vbera natos.

VINCE PARES, ET COGE GRACON. Videtur hic versus habere aliquid proludij ad illos Hom. II. in. ἀλλ' ὅστ' ἐν νειῷ βόε οἶνοτε...

- 180 Sin ad bella magis studium, turmasque feroces: Aut Alpheia rotis praelabi flumina Pisæ, Et Iouis in luco currus agitare volantes: ... 185 Tum magis atque magis blandis gaudere magistri Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare.

AVT ALPHEIA ROTIS] Alpheia, & Olympiorum certaminum Pind. meminit. ... ET PLAVSÆ SONITVM CERVICIS] Infra Æn. 12. Circumstant properi aurigæ, manibusque lacessunt Pectora plausæ cauis...

- 190 At, tribus exactis, vbi quarta accesserit æstas, Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque sonare Compositis: ... 195 Æquora, vix summa vestigia ponat arena. Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris Incubuit, Scythiæque hemes, atque arida differt Nubila: ... 200 Dant sylvæ: longique vrgent ad littora fluctus: Ille volat, simul arua fuga, simul æquora verrens.

CARPERE MOX GYRVM] Innuere videtur τὴν κυκλωθεὶς ἵππασιν Pollucis, & exprimere Græcorum τὸ κυκλάειν, & κυκλῆν (est id Budæo equum ad ingressum exultantem vrgere) quod Pelagonius μινάζειν τὸν ἵππον ὀρώμην κάλιπες...

GRADIBVS QVE SONARE COMPOSITIS] ἄθηοκλήσιος Polluci lib. I. in re equestri, prima equi inceptio ad gressus glomerandos. Xenophon autem lib. de re equest. est auctor, recte Simonem scriptum reliquisse, sonitu in equis deprehendi pedum bonitatem...

- 205 Hinc vel ad Elei metas, & maxima campi Sudabit spatia, & spumasaget ore cruentas: Belgica vel molli melius feret effeda collo. Tum demum crassa magnam farragine corpus Crescere iam domitis finito. namque ante domandum Ingentes tollent animos: prensique negabunt Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.

SPUMAS AGET ORE CRVENTAS] Sic & Æschyl. in Agam. de Cassandra: χαλινὸν δ' ἐκ φέρεν φρένι ἀματιρὸν ἐξαφρίζεωξ μὲν... vbi interpretes dicitur φρένιωντων ἑσσοζυγίων, ἀνικ εἰκοντα τὸ χαλινῷ ἀφρίζει μετὰ αἵματι...

- 210 Sed non vlla magis vires industria firmit, Quam Venerem, & cæci stimulos auertere amoris, Siue boum, siue est cui gratior vsus equorum. Atque ideò tauros procul, atque in sola relegant Pascua, post montem oppositum, & trans flumina lata: Aut intus clausos satura ad præsèpia feruant: ... 215 Carpit enim vires paulatim, vritque videndo Fœmina, nec nemorum patitur meminisse, nec herbæ. Dulcibus illa quidem illecebris, & sæpe superbos Cornibus inter se subigit decernere amantes. Pascitur in magna sylva formosa iuuenca: ... 220 Illi alternantes multa vi prælîa miscent Vulneribus crebris. luit ater corpora sanguis: Versaque in obnixos vrgentur cornua vasto Cum gemitu: reboant sylvæque, & magnus Olympus.

VRIT QVE VIDENDO] Xenoph. ped. I. ὅς τὸ πρὸς τοῦς ἀπθόμενους κἀνισ, οἱ δὲ καλοὶ τὸς ἀπθόμενους...

διεμένους... & Apom. a. πολὺ δὲ ἀδὲ ἐπιήμιον... Sed & Plato in Cratylo... Nec mos bellantes vna stabulare: sed alter victus abit, longeque ignotis exulat oris...

225 Nec mos bellantes vna stabulare: sed alter victus abit, longeque ignotis exulat oris, Multa gemens ignominiam, plagasque superbi...

230 Dura iacet pernox infrata faxa cubili, Frondibus hirsutis, & carice pascua acuta: Et tentat sese: atque irasci in cornua discit...

235 Post, vbi collectum robur, viresque receptae, Signa mouet, praecepsque oblitum fertur in hostem. Fluctus vt in medio caepit cum albescere ponto...

240 Monte minor procumbit: at ima exaltuat vnda Vorticibus, nigramque altè subiectat arenam. VICTVS ABIT, LONGE QUE IGN. EXVL. ORIS ] nempe ἐπιμαχῶν...

245 Ipse ruit, dentesque Sabellicus exacuit fus, Et pede profubigit terram: fricat arbore costas...

260 Coeca nocte natat ferus freta: quem super ingens Porta tonat caeli, & scopulis illifa reclamant

Alidica interpretatur, ductus aut deceptus leui sequentis à mari comparationis argumento. Nam & Maro hanc ipsam castrensem translationem apibus tumultuâibus applicauit libro proximo his verbis: Non illis cunctantibus altum Ire iter, aut castris audebit vellere signa...

Omnne adeo genus in terris hominumque, ferarumque, Et genus aequoreum, pecudes, pictaeque volucres...

 55 Summa leues: hinc nescio qua dulcedine lætæ  
 Progeniem nidosque fouent: hinc arte recentes  
 Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt.  
 Hinc vbi iam emissum caueis ad sidera cæli  
 Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen:  
 60 Obscuramque trahi vento mirabere nubem:  
 Contemplator: aquas dulces, & frondea semper  
 Tecta petunt: huc tu iustos asperge saporés,  
 Trita meliphylla, & Cerynthæ ignobile gramen:  
 Tinnitusque cie, & matris quate cymbala circum.  
 65 Ipsæ confident medicatis sedibus: ipsæ  
 Intima more suo sese in cunabula condent.

NARE PER ÆST. LIQ. SVSP. AG. OBSCVRAM QVE, &c. Sic & Eurip. in Androm. *ἀντι-  
 μων λελυθὲν αἰθέρα παραμυθόμενον*. Vt autem hic *nubem* dixit, sic & de gruibus ep. lib. 3. de Ibyco: *πᾶν  
 ἔπιβωσάμενον γερᾶνον νέφους*. Vt autem *nare*, & Ep. Gr. poeta, *ἐν αἰθέρι βέδμα μελισσῶν*. MATRIS CYM-  
 BALA] Seruius: quæ in eius tutela sunt, idè quòd similia sunt hemicyclis cæli, quibus cingitur  
 terra, quæ est mater Deorum. Alij ad Rheæ partum referunt, Idæos Dactylos, & sonum, qui ad  
 auertendum Iouis vagitum, ne proderetur Saturno, in sacris mysteris representabatur.

Sin autem ad pugnam exierint (nam sæpe duobus  
 Regibus incessit magno discordia motu)  
 Continuoque animos vulgi, & trepidantia bello  
 70 Corda licet longè præfiscere: namque morantes  
 Martius ille ætis rauci canor increpat: & vox  
 Auditur, fractos sonitus imitata tubarum.  
 Tum trepidæ inter se coeunt, pennisque coruscant:  
 Spiculaque exacuunt rostris, aptantque lacertos:  
 75 Et circa regem, atque ipsa ad prætoria densæ  
 Miscentur: magnisque vocant clamoribus hostem.

AVDITVR FRACTOS SONITVS IMITATA TVBARVM] Innuit fragorem & strido-  
 rem æreum tubarum, qui rumpi & refringi magis quàm edi videtur: quem murmur tumultuan-  
 tium apum quodammodò imitatur. Animaduertendum autem physicè poetam *fractos sonitus tuba-  
 rum* dixisse, quasi refractos, cum æs & corporis soliditate, lenitate, & concauitate sit ad sonorū ge-  
 nerationem, & redditionem metallorum accommodatissimum, vt docet Aristot. lib. de Animo 2.  
 ἢ ἢ πυχόντων πηγῆ ὁ ἄσπρος, ἢ δ' ἄρα ἢ δ' ἄσπρον ποιεῖ ἔσχα πᾶσι χθόνι, ἢ πηγόντα, ἀλλὰ χαλκός, ἢ ὅσα λεία καί  
 λα, ὁ μὲν χαλκός ὅτι λείος, τὰ δὲ κίλκα πολλὰς ποιεῖ πηγὰς μὲν τὴν πρῶτην ἀδωματοῦσθαι ἔξελθόντων ἀνθρώπων  
 τῶν. Plutarch. itè ἐν ὑμν. ᾠδ. α. vbi de voce exercenda agit, vocat *κερυγῆς* παραμυθώδεις, & ῥήματα  
 τα φωνῆς, his verbis: *κερυγῆς μὲντοι ἀετιώδεις ἢ παραμυθώδεις ἀλαβητόν, αἱ γὰρ ἀνώμαλοι ἀετιώδεις ἢ ἀλα-  
 τῶσαι τὴν πᾶσι μᾶτ ῥήματα ἢ ἀλάβητα ποιοῦσι*. Non autem in hanc sententiam fractos sonos accepit  
 Tacit. lib. 14. Ann. sed pro mollibus vsurpauit, vbi non de permiffa solùm vitiiis licentia, sed & vi  
 adhibita agit, & ad scenam compulsâ nobilitate Romana, his verbis: Ac iustitiam angurij, & decu-  
 rias equitum, egregium iudicandi munus expleturos, si fractos sonos, & dulcedinem vocum pe-  
 ritè audissent.

Ergo vbi ver nactæ sudum, camposque patentes,  
 Erumpunt portis: concurritur: æthere in alto  
 Fit sonitus: magnum mistæ glomerantur in orbem,  
 80 Præcipientesque cadunt. non densior æthere grando,  
 Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.

Ipsi

A Ipsi per medias acies, insignibus alis,  
 Ingentes animos angusto in pectore versant,  
 Vtique adèd obnixa non cedere: dum grauis aut hos,  
 85 Aut hos versa fuga victor dare terga coëgit.  
 Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta  
 Pulueris exigui iactu compressa quiescent.

INGENTES ANIMOS ANG.] Hom. *μικρὸς μὲν ἦν δέμας, ἀλλὰ μαχητὴς*. Sic *μεγάλαις & μέγαναις*  
 ἄρχαίς Græci. Eurip. Supp. *πυρρὸς οὐδ' ἐν ἡδον γέροντι θυγατρὸς, ἀρσένων δὲ μέγαναις ἄρχαί, γλυκεῖαι δ' ἦσαν*  
 εἰς διαπύματα. Et conuenit illud Eurip. in Elect. *γνώμην τε μεγάλην ἐν πένητι σώματι*. DVM GRAVIS]  
 Dum, pro donec. HI MOTVS ANIM. ATQVE HÆC CERTAMINA] Non ita alienum ab  
 hoc loco illud Soph. in Aiace. *οὐτῶ δὲ ἔχ' ἔχ' ἴσσαν λάβρον εἶμα συμποδ' ἡέροις τάχ' ἂν τις ἐκπιδοῖαι μέγαναις*  
 χειρῶν κατισβέσσει τὴν πολλῶν βολῶν.

B Verùm, vbi ductores acie reuocaueris ambos:  
 Deterior qui visus, eum, ne prodigus obfit,  
 90 Dedecet: melior vacua sine regnet in aula.  
 Alter erit maculis auro squalentibus ardens,  
 (Nam duo sunt genera) hic melior, insignis & ore,  
 Et rutilis clarus squamis: ille horridus alter  
 Desidia, latamque trahens inglorius aluam.  
 95 Vt binæ regum facies, ita corpora gentis.  
 Namque aliæ turpes horrent: ceu puluere ab alto  
 Cùm venit, & terram sicco spuit ore viator  
 Aridus. elucent aliæ, & fulgore coruscant  
 Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.

LATAMQVE TRAHENS INGLORIVS ALVVM] Nimirum & prisca imperatores in ha-  
 C bendo delectu, nimium obeso ventre militem reiciebant. Sed nec generosis apibus alius proten-  
 sior conuenire videtur, cum compressiore & graciliore corpore gens apum genuina esse soleat:  
 vnde & per tralationem *σφικώδεις* dicuntur non solùm macilentis rarique, sed & qui cinctu sunt  
 strictiore & expeditiore, *ἀλζωνοί & ἀλζωσοί*. *σφῆνες* liquidè & vespræ, & apes sunt. Et Nicand. de Scor-  
 pio: *φορέει δὲ τε βοσκὰς τῶν δεινῶν ἀρῶν*. ET TERRAM SICCO SPVIT ORE VIATOR] Callim.  
 ἀνὴρ περὶ δὲ δὲ βροχῶν τῶν δεινῶν ἀρῶν. Iouis: *νίσσεται δ' ἀνὴρ περὶ δὲ ἀπὸ κρείων τε πολυσειόντε μετώπιον*. PARI-  
 BUS LITA CORPORA GVTTIS] Hesiod. in Scuto: *εὐχόμενα δ' ὡς ἀπέφραττο ἰδὲν δεινοῖσι δράκοντι*.

100 Hæc potior soboles: hinc cæli tempore certo  
 Dulcia mella premes: nec tantùm dulcia, quantùm  
 Et liquida, & durum Bacchi domitura faporem.  
 At cùm incerta volant, cæloque examina ludunt,  
 Contemnuntque fauos, & frigida tecta relinquunt:  
 105 Instabiles animos ludo prohibebis inani:  
 D Nec magnus prohibere labor. tu regibus alas  
 Eripe. non illis quisquam cunctantibus altum  
 Ire iter, aut castris audebit vellere signa.  
 Inuitent croceis halantes floribus horti:  
 110 Et custos furum, atque auium cum falce saligna  
 Hellepontiaci seruet tutela Priapi.

NON ILLIS CUNCTANTIBVS IRE PER ALTVM] Hæc apum studia & mores plebem  
 etiam imitari docet Tacitus his verbis lib. 1. Arminius turbator Germania, Segestes parari rebellio-  
 nem sæpe aliàs, & supremo conuiuio, post quod in arma itum, aperuit, suasitque Varo, vt se, & Ar-  
 minium, & cæteros proceres vinceret, nihil ausuram plebem principibus amoris; atque ipsi tēpus  
 fore, quo crimina, & innoxios discerneret. Eodem respicit & illud Tarquinij papauerum capita decu-  
 cutientis & demerentis commentum. ET CVSTOS FVRVM ATQVE AVIVM] Vnde in Pria-  
 pum Epigr. lib. 6. *ἀγροφύλαξ ἔστιν αὖ πολυπτεάνοις ἐν ἀρούρωσι*.

M 2

Ipsc

**A**  
**I**psē thymum, pinosque ferens de montibus altis,  
 Tecta ferat latē circum, cui talia curae.  
**115** Ipsē labore manum duro terat: ipse feraces  
 Figat humo plantas: & amicos irriget imbres.  
 Atque equidem, extremo ni iam sub fine laborum  
 Vela traham, & terris festinem aduertere proram:  
 Forfitan & pingues hortos quæ cura colendi  
 Ornaret, canerem: biferique rosaria Pestī:  
**120** Quoque modo potis gauderent intyba riuis,  
 Et virides apio ripæ: tortusque per herbam  
 Cresceret in ventrem cucumis: nec fera comantem  
 Narcissum, aut flexi tacuissim vimen acanthi,  
 Pallentesque hederas, & amantes littora myrtos. **B**

**BIFERIQUE ROSARIA PESTI**] Propert. Vidi ego odorati victura rosaria Pestī. *Biferum* autem more Græcorum, qui *διφύρον* & *διφωρέιν*, & *διφωρεῖν* dicunt, & *διφωρεῖ*. Strabo, πῆτις δ' ἀντὶ τοῦ διφωρέον ἔχουσι πλὴν γλυκῆς. **CRES CERET IN VENTREM CUCUMIS**] Propertius ventrem dat cucurbita. **CARULEUS CUCUMIS**, tumidoque cucurbita ventre. **NEC SERA COMANTEM**] Apollon. lib. 3. ἀγρῆσι φύλλοισιν ἀπειρεσίαις κομώσασιν & de equis, χαίταις κομώσας. **FLEXI VIMEN ACANTHI**] Fuso & sparso caule, & tortili flagello Acanthum Ægyptiam medici etiam memo- rant: vnde & Nicand. ἀμφὶ δὲ θύραϊς βλάπτει ἐν γυμνήσιν πολυστρέφουσιν αἰάνου, de Cenchrone serpente.

**125** Namque sub Oebaliæ memini me turribus altis,  
 Quæ niger humectat flauentia culta Galefus,  
 Corycium vidisse senem: cui pauca relictī  
 Iugera ruris erant. nec fertilis illa iuuenicis,  
 Nec pecori opportuna fege, nec commoda Baccho.  
**130** Hic rarum tamen in dumis holus, albaque circum  
 Lilia, verbenasque premens, vescumque papauer,  
 Regum æquabat opes animis: feraque reuertens  
 Nocte domum, dapibus mensas onerabat inemptis. **C**

**NIGER GALEFVS**] Nigrum Turnebus profundum interpretatur, vt *πυρρὸν μελάνου* ab Ho- mero βελιδία dicitur. Quod autem ad Galefum & Oebaliam, hoc est, Laconiam atinet, non omit- tendus videtur Polybij ille locus: κατὰ τὴν πελοπόννησον καὶ τὴν τελευράκωντι σαρδίας ἀποχῶν τῆς πόλεως καὶ τῶν ποταμῶν, ὧν μὲν παλαιότερον, ὡς αὐτὸς τοῖς παλαιοῖς ἀποκαταστάμενον εἶπεν, ὅς ἔχει πλὴν ἐπινομίαν ἀντιπύ, ἀπὸ τῆς τοῦ ἀπὸ λακεδαίμονα βροτῆος ἀρωγῆς· πολλὰ δὲ πελοπόννησον καὶ τῶν γαλακτικῶν, κατὰ τὴν πόλιν, κατὰ τὴν πελοπόννησον, ἀπὸ τοῦ καὶ τῶν ἀπὸ λακεδαίμονα, καὶ τῶν ἀπὸ λακεδαίμονα ἀποκαταστάμενον αὐτοῖς ἐστὶν ἀπὸ λακεδαίμονος. Vt autem hic poëta nigrum Galefum, sic & Callimachus in hym. Dianæ, μελαμνήσιδα ἀναυρον. Quid si autem nig- rum Galefum dixit vt nemus nigrum, lucum opacum, & vmbrosū dicimus: vt & Propert. illū ipsum Galefum vmbrosū: Tu canis vmbrosi subter spineta Galefi. **HVMECTAT**] *ἠμμεδαρε*, ὑγραίνει, ὑγραίνειν, νοτῆεν reddit ex poëtis Græcis Victorius recente libro Var. lect. 26. qui quidem (ne quis, præter morem meum & candorem, putet cōmodo aut mutuo pro proprio & posses- so abuti me) nuper mihi oblatu auidissimè est perlectus, cū iam sub fine laboris huius, Troia- ni, & decennatis vela traherem, & terræ propinquarem. Inter varias autem Victorij obseruatio- nes aduertī collationi, qua contendit hunc Maronis versum cum illis Euripidis in prologo Helena, de Nilo: ἢ ἀντὶ δὴς φαλάδος αἰγυπτιοῦ πέδον λακῆς τακείσης γυμῆος ὑγραίνει γυμῆος: vt Aristoph. in Στραπο- λάκῆς νοτῆσι μελανοσφραγιστῶν λέων & idem Eurip. ἀνὸ ὑγραίνειν καλλιστεύον δὲ ἔμωδον χυτῶν πυροδίων κρέατος. **CORYCIUM SENEM**] Aut à Corycio ciuitate Ciliciæ, aut nomen erit proprium, aut appellati- uum eius qui more Corycio hortos excolit. Certè ciuitas illa Ciliciæ Corycos est insignis antro Corycio. Memini & Apollonij interpretis antri Corycij alia deriuatione: κορύκιον ἀντρον ἐν παρασού, κέρκιον δὲ ἀπὸ τῆς κορυφῆς, ἢ ἐκ τῆς κορυφῆς, ἢ ἐκ τῆς κορυφῆς, ἢ ἐκ τῆς κορυφῆς. **CVI PAVCA RE- LICTA**] Relictum rus, desertum & contemptum interpretes accipiunt. Alij paternum & heredi- tarium interpretantur: vt Martiali, Res non parua labore, sed relictā: vt item bona quæ sita & re- licta classicis passim dicuntur, & Iuriscōsultis. *Relinquerē* enim & Latinis & Græcis verbum est fu- nebre & testamentarium, vt ex oratoribus, historiographis & poëtis, constat. Hom. Il. β. ἀργυρῶν δὲ θηήσκων ἔλαττε πολυάριον ὄνεια, αὐτὰρ δὲ αὐτὸς θύεσσι ἀγαμέμνονι λέγει φορβῶσαι. Talem autem agrum potius poëta innuere, qualem Horat. auitus apto cum lare fundus. Quam sententiā tutari videntur Græci, qui

**A** qui *καταλειφθέντα κτήματα* & *χρήματα* dicunt. Plato in Hipp. maior de Anaxagora, qui consumpto patrimonio, magna tenuitate rei domesticæ decessit: τῶν αὐτῶν ἀναξάγορα φασὶ συμβῆλαι, ἢ ὑμῖν, κατα- λειφθέντων δὲ αὐτῶν πολλῶν χρημάτων, καταλειφθέντων ἢ ἀπολέσασαι πάντα, οὕτως αὐτῶν ἀνόνητα σφίγγει. In eandem partem pro bonis à patre profectis aut delatis & Tib. lib. 4. vbi de ruina & incommodo rei dome- sticæ queritur: Sed licet asperiora cadant, spoliæque relictis, Non te deficient nostræ memorare Camænar. Sic & Aristot. lib. Eth. κτήματα *χρήματα* distinguit ab eo quod est *παλαβαίον*, quod illud sit querere, hoc ἐν διαδοχῆς ἢ κληρονομίας λαχεῖν. Talis autem senex ab Herodoto γεωπέτης dicitur. **NEC PECORI OPPORTVNA SEGES, NEC COM. &c.**] Plutarch. in Camillo εὐρέμασιν ἔδωτον χώραν· nec commoda Baccho: ἐδὲ δὲ εἰς οἶνον ἐπαυδέειαν. **VESCVM PAPAVER**] Lucret. lib. 1. Nec mare quæ impendens vefco sale saxa peresa: vbi aliqui salem vescum à facultate appetentiam excitandi & ir- ritandi, edacem, translatione ad saxa facta, interpretantur: Hic tamē vescum Seruius, quo vescimur, accipit, hoc est, edule, ἐδὸς δὲ μου, quæ contraria apparet superiori significatio. **DAPIBVS ONE- RABAT INEMPTIS.**] Sic Horat. dapes inemptas apparet.

**B**  
**135** Primus vere rosam, atque autumno carpere poma:  
 Et, cū triftis hyems etiam nunc frigore saxa  
 Rumperet, & glacie cursus frenaret aquarum:  
 Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi,  
 Æstatem increpitans feram. Zephyrosque morantes.  
 Ergo apibus fœtis idem, atque examine multo  
**140** Primus abundare: & spumantia cogere pressis  
 Mella fauis. illi tilia, atque vberima pinus:  
 Quotque in flore nouo pomis se fertilis arbor  
 Induerat, totidem autumno matura tenebat.  
 Ille etiam seras in versum distulit vltimos,  
**145** Eduramque pyrum, & spinos iam pruna ferentes:  
 Iamque ministrantem platanum potantibus vmbra.  
 Verum hæc ipse quidem spatiis disclusus iniquis  
 Prætereo: atque aliis post commemoranda relinquo. **C**

**ETIAM NVNC FRIGORE SAXA**] *ἀκμῶν*, plusquam ἔπ, vel pro etiamnum: ἔπ ἢ γυ. **GLA- CIE CVRS. FR. AQVAVVM**] Sic Lucret. 6. magnum duramen aquarum, Et mora quæ fluuios passim refrenat euntes. **ZEPHYROSQUE MORANTES**] Sic & Græcus poëta Epig. lib. 6. canit Endemum templum Zephyro posuisse vt fecundissimo ventorum, & maturandis frugibus ac- commodaissimū: ἄθνησι τὸν νῆον ἀπ' ἀγροῦ τὸν δ' ἀνέδνευ ἦν πάντων ἀνέμων ποτατῶν ζεφύρου, διζαμένου γὰρ οἱ ἴλας· ἀπὸ δὲ οὗτοῦ εὐφρατῶν ἡμιση πειπύων καρπὸν ἀπ' ἀπὸ ἀπὸ ἀπὸ. Vt autem, *Æstatem increpitans*, eadem forma Lucret. Atque obitum lamentatur miser amplius æquo, Non meritò inclamet magis, & voce increpet acri, hoc est, accersat. **QVOTQVE IN FLORE NOVO**] Fortasse idem innuit Æschyl. in Suppl. καρποτελεῖ δὲ τοῖς ζῆσι ἐπιγεμνέντω φέρματι γὰρ πανώρη. **SPINOS IAM PRVNA FEREN- TES**] Spinum masculini admonet Seruius. **MINISTRANTEM PLATANVM POTANTIBVS VMBRAM**] Nicand. εὐφρατῶν χηρὰ πάντων γοατ.

**D**  
**150** Nunc agè, naturas apibus quas Iupiter ipse  
 Addidit, expediam: pro qua mercede canoros  
 Curetum sonitus, crepitantiaque æra secuta,  
 Dictæo cæli regem pauere sub antro.  
 Solæ communes natos, consortia tecta  
 Urbis habent: magnisque agitant sub legibus æuum:  
**155** Et patriam solæ, & certos nouere penates:  
 Venturæque hyemis memores, æstate laborem  
 Experiantur, & in medium quæ sita reponunt.  
 Namque aliæ victu inuigilant: & fœdere pacto  
 Exercentur agris. pars intra septa domorum  
**160** Narcissi lacrymam, & lentum de cortice gluten  
 Prima fauis ponunt fundamina: deinde tenaces



Suspendunt ceras. alia spem gentis adultos  
Educunt foetus: alia purissima mella  
Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.

PRO QVA MERCEDE] D. Mondoreus vult hoc Maronianum respondere illi Graecorum  
ἀνδ' ὄν. CVRETVM SONITVS] Hesiod. in Theog. ἡ δὲ πρῶτος ἐπὶ πῦρ ἀπὸ τοῦ ἡνίοχου ἀμυρὶ κρόνον  
βασιλῆϊ ἢ ἡμίμαρτορῶν. πῆμα δ' ἐξ ἰκκῶν κρήνης ἐς πῶνα διηλὸν ὀππύτ' ἀρ' ὀπὸ πύρον παίδων ἡμίλλε τελέει  
ζῶνα μέγαν, τὸν δ' οἱ ἐδέξατο γαῖα πελάγη κρήτη δρυῖν σφαγγόμεν ἀπ' ἑλλέμεναι τε. ἄνδρα μὲν ἴκτο φέρουσι διπλὴν δὴ  
νύκτα μέλαιναν, ἑσπέρην ἐς ἰκκῶν, κρήνη δ' ἐξ ἑσπέρης λαβῶσα ἀντρον ἐν ἡλιβάτω, ζαῦτης ἑσπ' ἀκέραι γαίης,  
ἀργαῖον ἐν δρυὶ πεπυσσάμενον ὑλίκεντι. Et Apollon. ὄφρα ζῶς ἐπὶ κορυφῶν, ἐπὶ φρεσὶ νύκτα εἰδῶς διητῶν ναίεσκεν.  
Idem Apollon. lib. 2. ὁ δὲ κρητῶν ἐπ' ἀντρον ζῶς ἐπὶ κορυφῶσι μετετερέφει ἰδαίοισι quod idē antrum ali-  
quando Apollon. Idaiū vocat, ἀντρομα μῆνο τὸ οἰκίσσε φῶν Ἰσοφῶς ἀδρῆστια ἀντρον ἐν ἰδαίῳ ἐπὶ νύκτα κούρῳσι  
vt antrum illud Dictæum & Cretense ab Idaeis Daetylus & Curetibus Idaum dixerit, quamuis in-  
terpretis alia videatur esse sententia, qui dicat ἀντρον ἐν ἰδαίῳ, ἢ τῆς κρήνης, ἢ τῆς ζαῦτης ἀντρομα  
ἢ τῆς ἀντρομα τῆς τοῦ διδύμου γένεσος. καὶ ἀφ' οὗτοῦ δὴ κρητῶν ὁ κρητῶν. κούρῳσι autem Graeci genus etiam dulcis  
cuiusdam moduli dicunt à Curetibus. Quod autem spectat ad Curetum sonitus, Callim. in hym.  
Iouis hæc quoque: οὐλα δὲ κούρῳσι γὰρ περὶ κούρῳσι ἀρχαῖοισι τὸ τέλεον πεπύροντες, ἵνα κρήνῃ οὐρασι ἡνίοχῳ  
ἀπὸ τῆς ἐσπέρης, ἢ μὲν σο κούρῳσι. De Curetibus item Lucret. lib. 2. Curetas nomine Graij, Quos  
memorant Phrygios: quos Strabo est auctor lib. 10. διέτος οἰοῖναι κούρῳσι ἢ νύκτι ἐν ἰκκῶν ὄρησιν ἀποδι-  
δόντας. Memoravit etiam κούρῳσι ἐν ἰκκῶν πείρησιν Plato leg. 2. Mirum autem cum experientia con-  
stet apes veluti tinnitibus & sonis demulceri, & à pugna vel fuga reuocari in aluearia, non aucto-  
re solum Marone, sed & fideiubentibus aliis georgicis scriptoribus, eas tamen ita imperfecis ani-  
malibus Aristotelem lib. 1. Metaph. ἀνnumerasse, vt ipsas audiendi sensu priuauerit his verbis: ἐρ-  
γῶμα μὲν ἀνδρῶν μανθάνειν, ὅσα μὴ θύματα ἔσθ' ἰσοφῶν ἀκούειν, ὅσην μέλιτα, ἢ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο θύμα ζῶων ἐστὶ.  
Certè D. Thomas, ex aliorum interpretum sententia, vult apes non articulatè quidem, sed plaga  
audire, vnde & vehementioribus sonis concuti & terreri, vt iisdem animalia alia quaedam necari,  
& tonitru lignum diffindi violenta & impetnosa aëris commotione, qua & apes percelli & vulne-  
rari. AGITANT SVB LEG. ÆVVM] Graeci βίον ἀγῶν, & διούσια, & ἐσπέρην, & nos, agere diem  
festum: Lucian. τὰς ἀλλυνοῦσας ἡμέρας ἀγῶν & Thucyd. lib. 5. ἀργεῖν — τῆς ἀδὲ φθίνοντος ἢ ἀγῶντες τῶν  
ἡμέραν τούτων. IN MEDIVM] eis μέσον, ἐς κοινόν. Aristoph. ἐκκλ. ποδ' ἐς τὸ μέσον καπαδίσει, ἢ μὲν κρητῶν  
ἀδερῆσει. ET FOEDERE FACTO] Lucret. lib. 5. Quo quæque creata foedere sunt. PRIMA  
FA. PON. FVNDAMINA] κρήνησιν & μέτω respicere videtur, quam alij κρήνησιν vocat, Aristotelis  
lectionem secuti: Turnebus videtur vtrumque retinere. Quod autem ad apum oeconomiam at-  
tinet, Xenophon Oecon. consentit cum Virgilio: ἡ σφῆ μλισσῶν ἡγεμῶν ἐν τῷ σπλάγι μένουσα ἐκ ἐξ ἀργῶν  
τὰς μλισσῶν ἀλλ' ἀρ' ἐξ ἐξ ἀργῶν ἐστὶ, κατ' ἐμπεδῶν τὸ ἔργον, ἢ ἀν ἐκαστῇ ἀμψὶ εἰσφέρει, οἷδ' ἐξ ἐξ ἀργῶν.  
SPEM GENTIS] Suprà: spem gregis: & spemque gregemque.

- 165 Sunt quibus ad portas cecidit custodia forti:  
Inque vicem speculantur aquas, & nubila cæli:  
Aut onera accipiunt venientum: aut agmine facto  
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.  
Feruēt opus: redolentque thymo fragrantia mella.
- 170 Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis  
Cum properant: alij taurinis follibus auras  
Accipiunt, redduntque: alij stridentia tingunt  
Æra lacu: gemit impositis incudibus Ætina:  
Illi inter sese magna vi brachia tollunt
- 175 In numerum, versantque tenaci forcipe ferrum.  
Non aliter (si parua licet componere magnis)  
Cecropias innatus apes amor vrget habendi  
Munere quamque suo. grândæuis oppida curæ,  
Et munire fauos, & dædala fingere tecta.

A PRÆSEPIBVS ARCENT] Arceo videtur Græcum esse, ἀρκεῖν siquidem Græcis non tam-  
tum sufficere sonat, sed & depellere, auertere. Hom. Il. 9. γὰρ ἄνα χαλκῶν, ἢ οἱ ἀρκεῖν ἀπὸ χροῦς ἡρκεῖ ὄλε-  
θρον. Il. 10. οἱ δὲ οἱ δὲ τὸ τε παῖδ' ἀπὸ χροῦς ἡρκεῖ ὄλεθρον. Et Epigr. lib. 3. ἡρκεσεν ἀργαλέω παρ' ἑδὲ δουλοσύνην. Et  
Lycoph. κρητῶν ἐπ' ἀργῶν πῆσαι σφῆρον δὴα περδουμένους κήρας ἀρκεῖσαι πικρὰς. FVLMINA CVM PRO-  
PERANT] Sæpe præpero Virgilius actiue solet efferre, vt Hom. οἱ δὲ γάμων σπῆδουσι, ἐγὼ δὲ δόλοισι  
τολῶσθε. Od. 7. Idem Il. 9. ἀλλ' ἀρ' ἐξ ἀργῶν λαβῶν ἰδὲ τῶν δ' ἀρ' ἐξ ἀργῶν σπῆδουσι. Item Epigr. lib. 3. πῶς  
ἔσπερον

A ἔσπερον σπῆδουσι τὸ δ' ἔσπερον. Et Eurip. ἡ δὲ τὸ μὲν σὸν ἀπὸ δὸν ἀγαθόν. IN NVMERVM] Callimachus  
de ipsis Cyclopius in hym. Diana. σφῆρον ἀμβολαδῆς τε σπῆροντες vbi interpret ἐκ διαδοχῆς. Hi autem  
versus sunt illis Callimachi cōferendi. Suprà: in numerum Faunosque, ferasque videres Ludere.  
CECROPIAS INNATVS APES, &c.] Ego olim primo ætatis vere ex huius loci argumento  
lusi hoc epigrammate in vanum quendam hominem, qui viro philosopho conuentum mineral  
repositū illudebat, caustificatus rei domesticæ curam ad philosophum non pertinere.

Εἴ μιντος ἀκρητῶν ζαῦτης φρεσὶς ἐέργει  
σμήνεα ζευρηγῶν, ὡς πεποίηκε Μάερον.  
Καὶ γὰρ ἐπιγῆδρα σίμβλων ὠθέσιν ἀεργούς,  
εἰς χερμύδα θέραις ἢ πόνεσι βίον.  
Αὐτῶν μεσοπόλοι φοφίμοις σφέας διχρῆτων,  
τὸν δὴα σφῆν δ' αὐτοῖς ὁμογῆλας σέληφν.  
Οὐκ ἀχρεῖος γὰρ ἔμεσις μμείδης αἰοῖς ἐς  
φθάλμους τε πθῆας, δὴ φῶν τε φοφῆς,  
Καὶ θήλην αἰοῖδας, καὶ εἰοῖδα κῆρξα πθλωῶν  
ξάμματα δυσμῆτων οἰχομῆτους λιπέων.

- 180 At festæ multa referunt se nocte minores,  
Crura thymo plenæ. pascuntur & arbuta passim,  
Et glaucas salices, castiamque, crocumque rubentem,  
Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.  
Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus.
- 185 Manè ruunt portis: nusquam mora. rursus eandem  
Vesper vbi è pastu tandem decedere campis  
Admonuit: tum tecta petunt: tum corpora curant.  
Fit sonitus: mussantque oras, & limina circum.  
Post, vbi iam thalamis se composuere, filetur
- 190 In noctem, festosque sopor suus occupat artus.

CROCVMQVE RVBENTEM] κρόνον χρυσαυγῆ vocat Sophocl. in Colon. Sallust. neutraliter  
extulit. FERRVGINEOS HYACINTHOS] Sic Epigr. lib. 7. non solum poeta dixit, ἐπιπέζω δ'  
ἄνευδον πορφύρεω, sed & eodē, ὑάκινθος ἐχθ' ἡδὲν ἀπὸ ἀργῶν. VESPER ADMONVIT] Nempe  
ἀντιπῶστος Homero dictus, ὁ ἐσπερινός, ὁ αἰλιζέωσθ' ποιῶν τὰς αἰ. POST VBI IAM THALAMIS  
SE COMPT.] Infra lib. 1. Æneid. Aurea composuit sponda, mediamque locatit δαλαμων etia Græci,  
& δαλάμων cellas apum vocant. Nicand. de apibus: ἐπιπέζωσθ' ἀπὸ τῶν πεν δαλάμων σωμαθήρες. Epigr. Gr.  
ἐν αἰοῖδας βεδῆμα μλισσῶν, αἰ πῆσαι χερμῶν ἀντοπαγῆς δαλάμων.

- Nec verò à stabulis pluuia impendente recedunt  
Longius, aut credunt cælo, aduentantibus Euris:  
Sed circum tutæ sub mœnibus vrbis aquantur:  
Excursusque breues tentant: & sæpe lapillos,  
Vt cymbæ instabiles fluctu iactante saburram,  
Tollunt: his sese per inania nubila librant.  
Illum adeò placuisse apibus mirabere morem:  
Quod nec concubitu indulgent: nec corpora fegnes  
In Venerem soluunt: aut foetus nixibus edunt.
- 200 Verum ipsæ foliis natos, & suauibus herbis  
Ore legunt: ipsæ regem, paruosque Quirites  
Sufficiunt: aulasque, & cerea regna refigunt.

VT CYMBÆ INSTABILES] Sic & poeta Græcus νῆας ἀπειθεῖς vocat. LIBRANT] ἰσορροπῶς  
ταλαντώσει, vel ταλαντώσι. ILLVM ADEO PLACVISSE APIBVS] Vide apud Plutarch. in caus.  
phys. Cur apes in mœchos aculeo sæuiunt. REGNA REFIGVNT] Non puto re otiosum esse, sed  
candem vim habere, quam eo loco Æn. 3. fata renarrabat Diuum.

Sæpe etiam duris errando in coribus alas  
 Attriuere: vltroque animam sub fasce dedêre:  
 205 Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.  
 Ergò ipfas quamuis angusti terminus æui  
 Excipiat (neque enim plus septima ducitur æstas)  
 At genus immortale manet: multosque per annos  
 Stat fortuna domus: & aui numerantur auorum.  
 210 Præterea regem non sic Ægyptus, & ingens  
 Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes  
 Obseruant. rege incolumi mens omnibus vna est:  
 Amisso rupêre fidem: constructaque mella  
 Diripuêre ipsa, & crates soluêre fauorum.  
 215 Ille operum custos: illum admirantur: & omnes  
 Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes:  
 Et sæpe attollunt humeris: & corpora bello  
 Obiectant: pulchramque petunt per vulnera mortem.

TERMINVS ÆVI EXCIPIAM] Hic excipiat carpat accipio, & in eum sensum quo supra, Excipere insidiis: vel vt Aristot. πολ. ε. καταλαμβάνειν ήλικίαν, ita: ὅταν δ' ἀφ' ήβης ἔπι ἔπι τρία σπός τοίς άλλοις μαθήμασι γίνονται, τότε ἐπιπέει χυ τοίς πόνοις, χυ τοίς ἀναγκασταίς καταλαμβάνειν τὴν ἐργατέτω ήλικίαν. P L V S S E P T I M A D V C I T V R Æ S T A S] Sic & Proper. lib. 2. Et fe plus vni si qua parare potest: plus pro plusquam. Septenariū autē numerū fatalē & mysticū, in definitio animantiū auro, & doctis eūā habitum, & ab Aristot. lib. 7. Polit. constat, his verbis aetate generadi determinante. πόνον ζώνον λειτουργείν ἀρμόσει σπός τενοποσίαν οἰείδω. τὰ γδ τ' ἀρεστέτερον ἐργον, καὶ ἀσπ' τὰ τ' νεότερον, ἀτλή γινεῖ, χυ τοίς οἰκίαις, χυ τοίς διανοίαις. τὰ δ' ἔργα μετέστη, ἀδυνή. διδ' χυ τὴν τῆς διανοίας ἐπιπέει, αὐτὴ δ' ὄντι ἐν τοίς πλείοις, ἢ σπ' ἔπι ποτ' ἔπι πνὲς εἰρήκεσαν, οἱ μεδούτες τοίς ἐβδμήμασι τῆς ήλικίαν, σπεί τὸν ζώνον τὸν ἔπι πεντήκοντα ἔτην. Quilocus consentire omnino videtur cum sequenti sub finem libri in eandem sententiam, vbi pueritiam & pubertatem ad annum vnum & vicefimū hebdomadibus dimittitur. δύο δ' εἰσὶν ήλικίαι, σπός ἀε ἀναγκάων διηρήκε τὴν παιδείαν μχ, τὴν ἀπὸ ἔπι ἀ μέγε ήβης, χυ πάλιν μχ, τὴν ἀπὸ ήβης μέγε ἔπι ἐκαστὴ ἔπι οἱ γδ τοίς ἐβδμήμασι διακουώτες τας ήλικίας, ὡς ὅτι τὸ πολὺ λέρουον οὐ κακός, δέ δ' ἐπὶ διαρέσει τῆς φύσεως ἐπικουδῶν. Vbi quamuis interpretes omnes οὐ κακός legant, tamen sententia loci superioris, & huius, qui pueritiam septenario coërcet, & supra pueritiam ad pubertatem septem annos, & ab ipsa pubertate, ad vnum & vicefimū, septem item alios adiciit, loco οὐ κακός, οὐ κακός subrogare finalit, partim agnoscenti mihi ipsi Aristoteli familiarem loquendi formam, paulò antè eodem penè contextu sic usurpatam: ἴσως γδ ἐ κακός, ἔλεγε τὸ ποιοδὸν ἀεδῶν, οὐ τῆς παραφιδίας ἀποριτής, partim in memoriam ætatis humanæ scansionem illam & climactericam partitionem, Augusto ipsi suspectam, & Philosophorum multis obseruatam per septenarios saltus, & interstitia, reuocanti. P R A T E R E A R E G E M] Poëtis Græci: ἐστω rex apum. Vide interpretem Callimachi in Hym. Iouis. Itē in hoc ipsum argumentum Xenoph. παιδ. ε βασιλῆος μὲν γδ ἐσὶ δουεῖς οὐ φύσει περὶνύται, ἔδ' ἐν ήβῶν, ἢ ἐν τῆς σπλῆνις φύσιν, ἔπι με ἔπι ἡλικίαν, ἐκείνη τε γδ αἰεὶ αἰ μέλιται ἐποδσαι ποείδεν, ὅπτι δ' ἐν μέν, χυ ἐκείνη ἐπιπέει ἀπ' ἔπι, ἢ δὲ πῶν ἐξή, ἢ ἐκείνη ἀπὸ ἀπλείπε, οὐτω δεινός πρὸς ἔρος αὐταίς τὸ ἀρχεῖς ἐργήνε. Plato in humano consortio regem reperit negat, qualem in alucaribus, his verbis in Polit. νῦν τε ὅπ γα οὐκ ἔστι γινόμεν, ὡς δὴ ἡμῶν ἐν τῆς πλείου βασιλῆος, οἱ δ' ἐν σπλῆνις ἐμφύεται τὸ τε σάμα δίδυς χυ τὴν ψυχῆν διαρέρον εἰς, δ' ἐπὶ τῶν ἀδόντας συγγράματα γράφει ὡς οἰκε μεταδέοντας τὰ τῆς ἀνιδεσείης πολιτείας ἔργα. Æ G Y P T V S, E T I N G E N S L Y D I A] Hoc genus inflecti, ita φιλοκασίλειον exhibet Maro, vt obsequio, in reges, Asiaticos homines superare contendat, qui & Ægyptum Asia terminis concludere videtur, vt Asiam dimensi cosmographi inter regiones ipsius Ægyptum multi dinumerant, quamuis ab Africa Canopico disterneretur ostio, ab Asia verò Pelusiaco, vt inter insulas à nonnullis collocata sit. Securus autem videtur poëta Aristotelis iudicium, qui lib. de repub. 3. & 7. Asia incolas statuit vltiò, & magna propensione, regio herilique imperio se summittere, firmato quidem lege patria, & iure hereditario, quin & reges suos ciuili patriaque custodia stipare, illisque falces religioſa obedientia conseruare, his ille quidem verbis lib. 3. οἱ αὖ παρ' ἐσίοις εἰσι βασιλείαι ἔπι βασιλέων ἔχουσι ἢ αὐτὰ τὴν δωμάειν πᾶσαι παραποσίαν περὶνύνη. εἰσὶ ἢ ἕμις κατὰ νόμον χυ πρῆσιμῶ. διὰ γδ τὸ δουλικόττερον ἔπι τὰ ἢ σπ φύσει, οἱ μὲν βάρβαροι ἔπι ἡλλῶν, οἱ ἢ σπεί τὴν ἀσίαν ἔπι σπεί τὴν δρωπίαν, κασιμένους τὴν δεσποτικῶν ἐργῶν, ἢ δὲν δουχεσίνοντες. παραποσίμῶ οὐ δὴ τὸ ποιοδὸν εἰσιν, ἀσπαλῆς ἢ δὴ τὸ πάττειαι χυ τὴν νόμον εἶναι, ἢ ἢ φιλακῶ δὲ βασιλικῶ χυ ἢ παραποσίμῶ, διὰ τὴν ἀπὸ τὴν αἰτίαν. οἱ γδ πολὶ φουλάπηση ὅπτοις τὰς βασιλείς, τὸς ἢ παραποσίμῶ ἐσιν. οἱ γδ ἢ τὴν νόμον χυ ἐκόντων, οἱ δ' ἀκόντων ἀρχουσιν ὡς οἱ οἱ μὲν ἀπὸ ἔπι πολιτῶν, οἱ δ' ὅπ τὸς πολίταις ἔχουσι τὴν φιλακῶν. A M I S S O R V P E R E F I D E M] Alludit haud dubiè ad morem Perfarum, qui regis interueniente fato, octo dies permissa licentia, iudiciis, legibusque soluti, & destituti, incerto rerum ordine

dine iactabannur, vt suffecto in demortui locum nouo rege, quantum in vultu, regisque, persona momentum possum esset, prioris recentisque mali sensu, & reminiscencia, populus cognosceret. CIRCUNSTANT] Hom. Il. σ. φλοι δ' ἀμφοῖσιν ἐπαίροι. Et Epig. ὡς εἰς ἔχουσι ἔρωτες. Ita & Orph. Argon. ἀλλ' οἱ γδ βασιλικῶ σπεί τὸν ἀμφοῖσιν ἔχουσι. ET SÆPE ATTOL. HV M.] Tacitus lib. 1. Et Vibulenus quidam gregarius miles ante tribunal Blæsi adleuatus circumstantium humeris, &c.

His quidam signis, atque hæc exempla secuti,  
 220 Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus  
 Æthereos dixere. Deum namque ire per omnes  
 Terrasque, tractusque maris, cælumque profundum:  
 Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,  
 Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas:  
 225 Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri  
 Omnia: nec morti esse locum: sed viua volare  
 Sideris in numerum, atque alto succedere cælo.

ESSE APIBVS PARTEM DIVINÆ MENTIS] Sic Horat. Diuinæ particulam auræ, dixit. Multi autem Philosphi de apibus, apumque mente & syllogismo iudicium suspenderunt, vt videre est apud Aristot. lib. 2. de phys. aud. διδ' ἀποροδί πνὲς πότερον νῦσὴ πνὴ ἀλλ' ἢ ἐργάζονται οἱ τε ἀράχαι, χυ οἱ μύρμις, χυ τὰ τοιαύτα. Certè quod pertinet ad totum huius loci contextum, & versus sequentes, scilicet huc red. dein. ac res. ref. omni. nec morti esse locum, non extra rem Plutarchus de plac. phil. lib. 4. hæc: πυθαγόρεως, πλάτων, ἀφάρτων εἶναι τὴν ψυχῆν, ἐξοδῶν γδ εἰς τὸ τοῦ παντός ψυχῆν ἀναχωρεῖν σπός τὸ ἀμφοῖσιν. Hic autem videtur poëta Pythagoreorum disciplinam secutus, qui assererent omnium promiscuè animalium animas esse immortales, & iterata generatione varia sortiri corpora. Disputat item Aristot. lib. 1. de Animo, πότερον ὁμοιοδῶς ἢ ψυχῶν, ἢ γινεῖ χυ εἶδει διαφέρει. Quin & concentum cum hoc Virgilij videtur habere ille Lucret. locus lib. 2. Cedunt item reuò de terra quod fuit antè In terras, & quod missum est ex ætheris oris, Id rursum cæli rellatum templa receptat, Nec sic interimit mors res, vt materia Corpora conficiant, sed cætum dissipat ollis. Tantum abest autem, vt diuinæ mentis partem, aut ratiocinandi facultatem apibus concedat Aristoteles, vt ne φαντασίαν quidè eis remiserit, qua & eas, & insecta omnia priuat lib. 3. de Animo. Non est autem omittendū, verbum Chorum Lucretij partem ab illis traductam Eurip. in Suppl. ὅθεν δ' ἔχουσι εἰς τὸ σάμ ἀφίεστο, ἐντα δὲ ἀπὸ δῶ, πνεδύμα μὲ σπός ἀδῆ εἰς, τὸ σάμα δ' εἰς γλῶ, ὅπτι γδ κακῆμεδα ἡμέτερον αὐτοῦ, πλῶ ἐνοικῶσαι βίον, ἢ ἀπῆτα τὴν ἐρέλασαν αὐτοῦ δ' εἰ λαβῆν, cui assentitur quoque ille Sophoclis versus in Colono, μὴ φλυαί τὸν ἀπαρτά νι — κα λῶρον, τὸ δ' ἐπεί φανῆ, βῆναι κείθεν, ὅθεν σπρ ήβει, πολὺ δ' ἀπτερον ὡς τείχεα. & illud Epicharmi citatū à Plutarcho in lib. περὶ αἰσθ. καλῶς οὐδ' ὅπτι γαμῶ σιωκερίση, φησι, χυ διεκρίση, χυ ἀπῆθεν ὅθεν ήλθε σάμην, γὰρ εἰς γάν, πνεδύμα δὲ ἀνωπ, ἔπι δὲ χαλεπὸν οὐ δὲ ἐν. Certè Stoicis placebat humanos animos Deorum teneri cognatione. NEC MORTI ESSE LOCVM] Nihil docet funditus perire posse, sed eis τὸ πᾶν redire vniuersa: vnde optimè Seruius, qui rem eam, qua mors vocatur, resolutionē vocat, vel interitum, quasi interuentu suo mixtarum rerum connexionem resolutionem. Democritus quoque in ea erat sententia: μὴ δὲν δὴ τὸ μὴ ὄντ' ἢ γινεσθ, μὴ δὲ εἰς τὸ μὴ ὄν φείρεσθ. Vide Aristot. lib. 1. de Phys. aud. & lib. Metaph. 1. vbi ex antiquorum Philosophorum sententia docet nihil neque simpliciter generari neque corrumpi.

Siquando sedem angustam, seruataque mella  
 Thesauris relines: prius haustus sparsus aquarum  
 230 Ore foue, fumosque manu prætende sequaces.  
 Bis grauidos cogunt fœtus: duo tempora messis.  
 Taygete simulos terris ostendit honestum  
 Pleias: & Oceani spretos pede reppulit amnes.  
 Aut eadem sidus fugiens vbi piscis aquosi  
 235 Tristior hybernas cælo descendit in vndas.  
 Illis ira modum supra est: læsæque venenum  
 Morsibus inspirant: & spicula cæca relinquunt  
 Affixæ venis, animasque in vulnere ponunt.

PRIVS HAVST. SPAR. AQV. FVMOSQVE MANV] Vide locum Æn. lib. 12. fumoque impleuit amaro. Item Plutarch. in caus. Phys. cur fumus apibus hostis sit. In hanc autem sententiam & Lycophron: σφῆκας διαφοινούς χηράμων ἀνερούσας, ὅπτια κοῦρ' δὴ δάμα κνήσας χηρῶν. F V M O S Q V E R E Q V A C E S] ἀπολυθητικὸς κηρῶν. T A Y G E T E S I M V L] Theoc. in Hel. ἡσ ἀντῶν οὐσας καλὸν δὲ φανῆσ

αφ' ὧστων. OCEANI AMNES] Hom. παρ' ὠκεανοῦ ροάων. Multum autem videtur huic loco esse  
 affinitatis cum illo Calabri libro 5. πεισὰς εὐτ' ἀκάμαντ' ἔς ὠκεανοῦ ῥέετρα δ' ἔειδ' ὑπερλόουσα φέειν.  
 τον ὀρίωνα· nisi quod Maro Pleiadem fugere Pisces commentatur, Calaber verò Orionem, alludens  
 ad fabulam, qua vna ex Pleiadibus Merope ab Orione fratre violata, cum eo tam graues inimici-  
 tias susceperat fertur, vt cum ille oritur, illa occidat, & contrā. SPICULA CÆCARELIN-  
 QVNT] Cicero quoque metaphora ducta ab apum natura pro Flauo: Flauo verò quid profuit  
 qui valuit tam diu, dum huc prodierit, mortuus est aculeo iam dimisso, ac dicto testimonio. Pla-  
 to quoque, quem imitatus videtur Cicero, eadem est vsus tralatione: ὡσπερ μέλιττα τὸ κέρειον ἐγκυ-  
 λισθὲν οὐχ ἴσσομαι. Vt autem hic, ἀσπία γενίσι, Xenoph. τὰ φιλὰργια οὐδ' ἡμιβολία τὸ μέλιττον ὄντι παρ-  
 ούσμενα μέρον τῶν σήματι ταῖς τε ἀδύνας ἐπιφέρει τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὸ φρονεῖν ἐξέστησιν. Omnino autem totius  
 hic locus ex illo Nicand. ὄψι· ἢ μελίσις, ἢ τε καὶ ἐν κέντρῳ δ' ἀνάπτ'· πέλει, εὐτε χαράζῃ ἀνδρῶν σέειξ· σίμλιον  
 πονδύμενον, ἢ ἐξ ἀργείας, κέντρῳ δ' ἀνάπτ' ἢ σέμα ἀλλήλων ἐμμεταπέουσα, κέντρῳ δὲ ζῶν τε φέρε· δ' ἀνάπτ' τε μελίσις.

- 240 Sin duram metuens hyemem parcesque futuro,  
 Contusosque animos, & res miserabere fractas:  
 At suffire thymo, cerasque recidere inanes  
 Quis dubitet? nam sæpe fauos ignotus adedit  
 Stellio, lucifugis congesta cubilia blattis:  
 Immunisque sedens aliena ad pabula fucus:  
 245 Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis:  
 Aut dirum tinæ genus, aut inuisa Mineruæ  
 In foribus laxos suspendit aranea castes.  
 Quo magis exhaustæ fuerint: hoc acrius omnes  
 Incumbent generis lapsi sarcire ruinas:  
 250 Complebuntque foros, & floribus horrea textent.

SVFFIRE THYMO] Lucret. lib. 2. Ignibus aetheriis terras suffire feraces. STELLIO] ἀπὸ  
 λαβ' ὄψι, ἀσπιδόσπι, & γλεῶσις. Ignitus autem, vel non obseruatus, vel quod terram subiens lateat.  
 Quippe stellionem inter τρωγλόδωτα annumerat Aristot. lib. de insect. anim. his: τὰ δὲ τρωγλόδωτα ἢ  
 πετραπόδων καὶ ὠστύων, οἷον οἷτε κροκόδειλοι, καὶ σαύροι, καὶ ἀσπιδόσπι, αἰμύδης τε καὶ χελώναι, πάντα ἐν τοῖς πλάγῃ  
 περὶ σφαιρῶν τὰ σέλινα ἔχει, καὶ ἐπὶ τῇ γῆ ἐκτεταμένα, καὶ κάμητι ἐπὶ τὸ πλάγιον διὰ τὴν τῆς ὑποδοῦστας ρεσάνω, καὶ  
 ἀπὸς τὴν ἐπὶ τοῖς ὄψεσι φερδύειν καὶ φυλακῶν. Auctor est Plinius stellionem animal esse generi humano  
 valde noxium, sed & quod homini plurimum inuideat, quoque vti mulieres soleant ad venefi-  
 cium; quodque, cum natura pellem suam homini ad morbi comitialis depulsionem & remediū  
 commodam & salutarem intelligat, eam detractam profus voret, ne suo frui beneficio quarat ho-  
 mo, consentiente cum lynce more, qui lyncurion hominibus quoque inuidet, contraria castri na-  
 tura, quem testes suos venatoribus persequentibus ex ætos proicere sunt qui dicant. Ab hoc stel-  
 lione, & variis eius interfectionibus iuris interpretes stellionatus crimen & nomen deducunt, vt  
 in Pandect. sub titulo de eo crimine videre est. IMMVNIS QVE SED. AL. AD PAB. FVCVS]  
 ἀλεπούρητι, ἀπείλις, ἀσπιτελής, ἀσπίμβολ, καὶ μὲν ἐν τῷ κοινῷ ἀφέλειαν συμβολόμε· Immutum  
 notat Festus accipi pro eo, qui munere vacat, & pro improbo, quod nimirū incertes homines sæpe  
 in malum procliuēs sint: vt & Hom. ἀφρήτορα καὶ ἀνέστον vocat: quod & Aristot. lib. pol. i. animaduertit:  
 Plato de repub. lib. 8. ὄψις, ἔστι, ἐδ' ἔκει οὐδ' ἐν ἄλλο, ἢ ἀναλατῆς, — βούλει οὐδ' φάμεν αὐτῶν, ὡς ἐν κερῶ  
 κηφῶν ἐγγίνεται σμίνους νόσημα, οὐτὼ καὶ τὸν ποιόδων ἐν εἰλίᾳ κηφῶν ἐγγίνεσθαι νόσημα πύλωος. — οὐκοῦν ὃ εἰεί-  
 μαντε τοὺς καὶ πύλωος κηφῶν πάντας ἀκύνους, ἐνίοις δ' ἀνά κέντρα ἔχοντες, καὶ ἐν τῇ ἀκύνου πύλωος, &c. Item  
 & Hesiod. ἐν ἔργ. lib. i. τῶ δ' ἐ θεοὶ νεμεσῶσι, καὶ ἀνέρες, ὅς κεν ἀεργὸς ζῶη, κηφῶν ἐσσι κοδύροις ἵμελ' ὄρμιλιν, οἷ τε  
 μελίσι δ' ἄν κηφῶν τρυγῶσιν ἀεργῶν. In quam sententiam & adscribendi sunt eiusdem versus elegantif-  
 simi in Theog. ὡς δ' ὄψι ἐν σμίνουσι κηφῶν ἐσσι μελίσι κηφῶν βόσκουσι κηφῶν ἐμπίλους ἔργων, αἷ τ' ἐ σφ-  
 ραν ἢ μὲν, ἔς ἡέλιον κηφῶν δ' ἡμέρας σπύδουσι, πῶς ἐσσι τε κηφῶν κηφῶν, οἷ δ' ἐν τοῖς μένοντες ἐπηρεφῶν καὶ σί-  
 βλοισι, ἀλλ' ὄψιον κηφῶν σφαιτέρω ἐς γαστέρ' ἀμύδης, ὡς δ' αὐτῶν ἀνδρῶσι κηφῶν ἐπιτοῖσι γυνάκας ζῶς ὑβρεμέτης  
 ἦνε ἐμπίλους ἔργων ἀργαλέων, ἔτερον δ' ἐ σφῆρα κηφῶν ἀντ' ἀργαλῶν. Plutarch. de hirundine Symp. n. μόνη τ' ἀνα-  
 ροσίον ἀσπίμβολ' ἐνομεῖ καὶ ἀπείλις ἐν δαίτῃ. Forsan & illud id. a. respexit Maro de Precis: ἀλλ' ὄψιον βλά-  
 τον νύπτιον ἐδ' ἔσσι. IN FORIB. LAX. SVSP. ARAN. CASSES] Xenoph. Oecon. σάλαγγες ἀράγγια δὴ  
 που λεπτά θρηγῶμενα, ὅ, π' ἀν' ἐνταυθα ἐμπέσῃ, τούτῳ περὶ καὶ ἔσσι. Græcis autem ἀραγγίᾳ ἀράγγις δι-  
 citur, ὡς τὸ ἀείρω, ὃ δὴλοῖ ἐπὶ ἀέρα κουφίζεσθαι. Hesiod. νεῖ νήματ' ἀραγγίᾳ ἀράγγις.

Si verò (quoniam casus apibus quoque nostros  
 Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo:  
 Quod iam non dubiis poteris cognoscere signis:  
 Continuò est ægris alius color: horrida vultum

255 De-

- A 255 Deformat macies: tum corpora luce carentium  
 Exportant rectis, & tristia funera ducunt:  
 Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent:  
 Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes,  
 Ignauæque fame, & contracto frigore pigræ.  
 260 Tum sonus auditur grauior: tractimque susurrant:  
 Frigidus vt quondam syluis immurmurat Aufser:  
 Vt mare sollicitum stridet refluentibus undis:  
 Æstuat vt clausis rapidus fornacibus ignis.

CONTINVO EST ÆG. AL. COLOR] ἀλλοχρόσι, vt Aristoteles: Significat autem hic poeta  
 κηφῶν, & ἀραγγίαν, vnde & κηφῶν. EXPORTANT RECTIS] Exportare, vt efferre, funebre  
 verbum est. Hom. quoque de Hectoris caduere Il. ο. καὶ τὸτ' ἀρ' ἐξέφερον θρασυῖ ἔκτορα διακρυχέοντες &  
 B sæpe apud Eurip. ἀφῆρην νεκρῶν. TRACTIM QVE] ἐκτετακῶν, σφῆρα. Seruius sine intermissione, iu-  
 giter, exponit: alij apud Plautum pro lentè accipiunt: Erythraeus quoque docet Nonium pro diu-  
 tinè, & longo tractu interpretari, sed se existimare Poëtam hanc vocem sensu Lucretij intelligere:  
 sed sensum illum Lucretij nos nihilominus celauit eo loco: Denique sæpe hominem paulatim cer-  
 nimus ire, Et membratim vitalem deperdere sensum: In pedibus primūm digitos liuescere & vn-  
 gues: Indè pedes, & crura mori, pōst indè per artus Ire alios tractim gelidi vestigia leti. Ego certè  
 assentiri sollicito Nonio Maronis Lucretijque auspiciis, qui flammæ longos tractus in suo  
 quisque poemate vsurpent, & eo verbo continentiam, continuitatem, συνέχειαν & consequentiam  
 innuere videantur: vt Lucretius hominem tractim interire dixisse videatur, quem grassante leto,  
 serpente, & per membra se diffundente deficere constat. Ita & Maro apes susurrare tractim, hoc est,  
 confertim, multitationibus & susurris per omnes examinibus & alui ordines ductis & communica-  
 tis, ἐν περὶ τρωγῶν, ἐν ἀραγγίᾳ, καὶ ἀραγγίᾳ. Nicand. περὶ ἀράγγων μύδουσι. Tullianus ἀμύδης tractim inter-  
 pretatur, quod à Cicerone vno spiritu dicitur, hoc est, sine intermissione, ἀπείλι. FRIGIDVS  
 VT QVONDAM SYLVIS, &c.] Animaduertit quidem hic Seruius tres comparationes singulis  
 impletas versibus ab Homero desumptas: quas tamen quia silentio suppressit aut præterit, ego eas  
 significari puto, quæ inueniuntur Il. ξ. κηφῶν καὶ τὸν ποσειδάων καὶ φαιδίῳ ἔκτορα, ἵπτοι δ' μὲν σφέεσσιν, ὃδ' ἀρ-  
 C γένοισιν ἀρήγων — οὐτε θαλάσσης κέλιμα τὸν ποσειδάων ποτὶ χέρον, πάντοθεν ἔρρυμενον πνοιῖ βόρῶν ἐλατῆν, οὐτε πύ-  
 ρος ποσ' ὅτ' ἐπὶ τῶν βράχῳ ἀδραμένοι ἕρεθον ἐν βήσῃ, ὅτε τ' ἀρετο κηφῶν ἕλιν, οὐτ' ἀνέμῳ τῶσιν καὶ πύρῳ  
 θ' ἡμῶσι ἵπτοι, ὅς τε μέλιτα μέγα βρέμεθ' ἡλαπεπείνων, τῶσιν ἀερα βῶων, &c.

- Hic iam Galbano suadebo incendere odores:  
 265 Mellaque arundineis inferre canalibus, vltro  
 Hortantem, & festas ad pabula nota vocantem.  
 Proderit & tunsum gallæ admiscere saporem,  
 Arentesque rosas, aut igni pinguia multo  
 Defruta, vel psythia passos de vite racemos,  
 270 Cæcropiumque thymum, & graueolentia centaurea.  
 Est etiam flos in pratis: cui nomen amello  
 Fecere agricolæ: facilis quærentibus herba:  
 Namque vno ingentem tollit de cespite syluam:  
 Aureus ipse: sed in foliis, quæ plurima circum  
 275 Funduntur, violæ sublucet purpura nigræ.  
 Sæpe Deūm nexis ornata torquibus aræ:  
 Asper in ore sapor. tonsis in vallibus illum  
 Pastores, & curua legunt prope flumina Melæ.

DEFRUTA] Defrutum Græcis, vt Grammaticis placet, σείραϊ ὄψι, ἔψιμα, & σείραϊον, ἔψι-  
 μένον γλεῶν & galla κηφῶν. Vlp. de fund. infr. leg. l. quaesitum, Vas æneum, inquit, in quo sapa co-  
 queretur, & defrutum fieret. Item de vino & tritic. leg. l. Qui vinum, mullum, passum, defrutum,  
 GRAVEOLENTIA CENTAVREA] Lucret. lib. 2. Ferique Centauri fædo pertorquent ora  
 sapore: Idem lib. 4. Abrotonique graues, & tristia centaurea. CUI NOMEN AMELLO] Turne-  
 bus testatur reperisse se in antiquo Lexico, Amellum μελίφυλλον & alio loco Amellus σπύδων. VI O-  
 LÆ SVBLV. PVRP. NIGRÆ] Sicet Epig. li. 7. poeta ὑποθρονον ῥόδων vocat, quod & κηφῶν ἔσσι  
 Vt autem hic sublucet, Hesiod. ἡλένδρ' δ' ὑπολαμπῆς ἔσσι, hoc est, ὑπολάμπει & ὑποσφῆναι ἔσσι  
 significat.





GARRVLA HIRVNDQ] Sophocl.de ca: ὄρνις ἀπυζομένη διδὸς ἀγγελοῦ, in Elecl.& Anacreon: A σὺ μὲν φίλην χελιδῶν ἐπισημολοσοῦσα θύρει πλέκεις κελιδῶν, χελιδῶν δ' εἰς ἀραντῶν. TRVNCA PEDVM] Græcè, vt κολοβὸς χροῶν & χροῶν, & χολὸς ποδῶν & πόδας. Vnde Lucret. 5. Orba pedum partim, manuum vi- duata vicissim.

Donec, vt æstiuus effusus nubibus imber, Erupere, aut vt neruo pulsante sagittæ, Prima leues ineunt si quando prælia Parthi. 315 Quis Deus hanc Musæ, quis nobis extudit artem? Vnde noua ingressus hominum experientia cœpit? Pastor Aristæus fugiens Peneia tempe, Amissis (vt fama) apibus morboque fameque, Tristis ad extremi sacrum caput afficit amnis,

320 Multa querens, atque hac affatus voce parentem. DONEC VT ÆSTIUIS EFFVSVS NYBIBVS IMBER, ERVPERE] Erimperere alibi B Maro actiuè extulit: vt erumpere nubem. Neutraliter hîc dicitur, vt & Græcis ἐμρηγνῆναι τὸ ἀπὸ βροχῆς εἶναι. Aristot. Meteor. 2. vbi de conclusione & tremore terræ agit: ἡ δὲ γῆ ὁ σεισμὸς ἐν τῷ περὶ τῶν νεφῶν οὐ ἀφ' ἑαυτῆς ἐπιπέσει, ἀλλ' ἐκ τῆς γῆς τὸ πᾶν φανερόν, ὡς ἀπὸ ἐπιπέσεως ἐξ ἡλίου ὁ κινῆσαι ἀνεμῶν. NERVO PVLSANTE SAGITTA] Sic saepe Hom. ἀπὸ νεφῆων οὐρανὸς. PRIMA LEVES IN- EVNT] hoc est, ἀκροβολίζουσι, vnde & ἀκροβολιστὴς, & pugnae proliudium ἀκροβολιστῆς. QVIS NO- BIS EXTVDIT ARTEM? Suprà, varias vsus meditandò extunderet artes: vt Hom. in Hym. Merc. σφίης ἐμμάσαστο τὴν χελυ. AD CAPVT ASTITIT AMNIS] Lucret. 3. Et nec opinanti mors ad caput afficit antè.

Mater Cyrene, mater, quæ gurgitis huius Ima tenes: quid me, præclara stirpe Deorum, (Si modò, quem perhibes, pater est Tymbræus Apollo) Inuisum fati genuisti? aut quò tibi nostri Pulsus amor: quid me cælum sperare iubebas? 325 En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem, Quem mihi vix frugum, & pecudum custodia solers Omnia tentanti extuderat, te matre relinquo. Quin agè, & ipsa manu felices erue sylvas: 330 Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes: Vre fata: & validam in vites molire bipennem, Tanta meæ si te ceperunt tædia laudis.

MATER CYRENE] Totus hic Aristæi fabulæ actus videtur ex Homero sumptus, eo præser- tim loco, quo inducit Achillem cum matre querentè de raptu Briseidis: αὐτὰρ ἄχαιος ἀπαύσας ἐτά- ρων ἄραρ ἔξετο νοσφί, λιαδὸς δὲ τὴν ἐφ' ἀλδὸς πλῆθ' & consequenter: μή τις ἐπ' αὐτῆς γ' ἐμυυδῶσιν ἄρ' ἔδοντα. Vt autem hic mater, mater: per anadiplosin, sic & Epig. lib. 3. μορμύνη ἢ τάλαινα, τέκνον, τέκνον, εἴπη. IMA TENES] Sic & Epig. lib. 3. ποταμὸς κίρσαι, αἱ τὰ δὲ βένδην ἀμφοτέρω ῥοδαῖς εἰσὶν ἄντα πρὸς αὐτῆν. Allu- dit autem ἄρδ' ἐμυυδῶσιν μάκρας, quorum meminit Orph. Arg. & Theocr. in Cyclop. ad Galateam: αἰς κέν ἴδω τί ποδ' ἀδὲν κροταλῶν τὸν βυδῶν ὑμῶν. SI MODO, QVEM PERHIBES] Hom. Od. 1. κλῆθ' ἰπποδάμοιο γαίης καὶ κλυτοχαιῶν, εἰ ἔτερόν γε σὸς εἶμι, πατὴρ δ' ἔμῳ δ' ἔχου εἶναι: quos locos videtur Ouid. Me- tam. 1. imitatus, cum inducit Phaëthonem querentem apud matrem Clymenen de conuiciis Epa- phi: At tu, si modò sum cælesti stirpe creatus, Ede notam tanti generis, meque asserere cælo. IN- VISVM FATIS] Eurip. in Oreste: τὴν θεοῖς συγκομμένην μενέλαος ἑλένην. Tale est illud Aristoph. τί με δῆτ' ὄ μάλ' ἐμῶν ἐπικτης, ἢ ἔμοι πρόγραμμα βόσκειν παρ' ἄλλου; QVID ME CÆLVM SPERARE IV- BEBAS] Infra: cæli quibus annuis arcem. OMNIA TENTANTI] ἀπονομούμενον. Eurip. Med. κῆρ μὲν τὰ δ' ἡμῶν ἐπινοούμενον ἐπ' ἀπὸς ξυμνητῆρ ἢ βίβ' ἄφρον ζῆλον. Quod si vir nobis nihil non emolientibus bene & humanè confuescat. TE MATRE RELINQVO] Eleganter hîc absolute ponitur ablati- uus, pro eo quod est, σὺ μὴ σὸς οὐσης, ἢ ἀπαρχούσης, οἰονεὶ θεῶν, ἢ ὑμῶν. Pari omnino phrasî infra lib. 7. Æn. Non vobis, rege Latino, Diuitis vber agri, Troiæque opulentia deerit: & Cicero: Te confessore libentiùs spectarem: vt & te Consule, te iudice. Tale quoque est apud Propert. lib. 3. Non hæc Roma fuit tanto tibi ciue verenda. Propert. Et nimium remis audent, propè turpe, Latinis Prin- cipe te fluctus regia vela pati. INIMICVM IGNEM] Epitheton ex Homero, qui crebrò δῆλον πῶρ Plutarch. in plac. phil.

At ma-

A At mater sonitum thalamo sub fluminis alci Sensit. eam circum Milesia vellera Nymphæ Carpebant hyali saturo fucata colore, 335 Ditymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque, Cæsariem effusæ nitidam per candida colla, Nesæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque, Cydippeque, & flaua Lycorias: altera virgo, 340 Altera tum primos Lucinæ experta labores: Clioque, & Beroë soror, Oceanitides ambæ, Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ: Atque Ephyre, atque Opis, atque Asia Deiopeia, Et tandem positis velox Arethusa sagittis.

B AT MATER SONITVM] Non dissimile illud Homeri de Neptuni regia Il. v. ἐνθα ἢ οἱ κλυτὰ δῶματα βένδουσι λίμνης, ἢ ὡς περὶ μὲρμαίροντα τετράχ' ἄεθ' αἰεὶ. Et Il. 5. de Thetide: μῦροντα ἢ πόντιον, μή τις ἡμῶν ἐν βένδουσι ἀλδὸς ὡς δὲ παρ' ἡρόντι, κῶκωσιν δ' ἀρ' ἐπερτα, θεῶν δ' ἐμῶν ἀμφοτέρω τῶν πᾶσαι ὄσαι χ' ἢ βένδ' ὡν. Vide autem eodem loco hunc penè catalogum Nympharum. HYALI SATVRO] Vide num (sa- turum non tam ad oppidum referendum sit, quàm ita adiectiuè accipiendum, vt Poëta saturatas mu- rice vestes dixit; vt forsitan tralatio non multum ab Homericâ illa abhorreat Il. p. 61. δ' ἄν' αὐτῶν ταύ- ροιο ῥοδὸς μεγέλοιο βέλ' ἡμῶν δ' ὄρη τὰ νύκτωρ μεθύουσαν ἀλοφῆν vnde & non indoctus poëta, Ebria non Ty- rio commendat mutice palla. Item Epigr. λύχρον ἑλευπρῶς ἐμμεθύσασαι φρίσσου. Tergas autem vitreas ve- teres non tantum appellauere tenuissimas & pellucidas, sed & à colore caruleo & glauco: ὡς αὐτῶν ἐπιμ, vt Latinis vitrum, etiam herba accipienda est, insectoribus (vt credo) non ignota, nec incom- moda. Vnde & Lucianus: ὡς αὐτῶν ὡς αὐτῶν, vitro obducit & circumlinit. Vnde & δακλῆς ἐπιπέσει ἀλλοτῶν ὡς αὐτῶν, ὡς αὐτῶν. Adrianus autem Turnebus eo Cæsaris loco lib. 5. bel. Gall. castigauit receptam hanc lectionem. Omnes se Brit. immi luto insunt, quod caruleum efficit colorem, & vitro rectè meo iudicio pro luto substituit: neque enim lutum, vel lutea, saniam cœruleam, sed croceam reddit, vel ex illo Ma- ronis testimonio, croceo mutabit vellera luto. Et cœruleus color Naiadum, vel Nereidum, pensis velle- ribusque conuenit; quòd aqua cœrulea, & subitridis nominetur, vt Apollonio ὡς αὐτῶν δακλῶν. AL- TERA TVM PRIMOS LVÈ. EXP. LAB.] Hom. Il. 5. μή τις ἀρωατοῦ αὐτῶν κλυτῶν, οὐ πῶρ ἢ ἡμῶν τῶν αὐτῶν. Euripidi ἀρωατοῦ αὐτῶν δicitur ἢ ἡμῶν ἀρωατοῦ αὐτῶν. LVCINÆ LABORES] τὴν λύχρον intelligit. OCEA- NITIDES AMBÆ] Et Græcum est patronymicum: sed & Hesiod. τὰν ὄσθουσι ὡς αὐτῶν. Et Callim. in Diana χροῖν δ' ὡς αὐτῶν.

345 Inter quas curam Clymene narrabat inanem Vulcani, Martisque dolos, & dulcia furta: Atque Chao' densos Diuim numerabat amores: Carmine quò captæ, dum fuis mollia pensa Deuoluunt: iterum maternas impulit aures 350 Luctus Aristæi: vitreisque sedilibus omnes Obstupere. sed ante alias Arethusa sorores Prospiciens summa flauum caput extulit vnda: Et procul: ô gemitu non frustra exterrita tanto, Cyrene soror: ipse tibi tua maxima cura 355 Tristis Aristæus Penei genitoris ad vndam Stat lacrymans: & te crudelem nomine dicit.

INTER QVAS CVRAM] Hom. αὐτὰρ ὁ φορμύζων ἀνεβάλ' ἄλλο κλυτὸν ἀφίδ' ἄμφο' ἀρεῶν φιλόνητ' ὡς αὐτῶν τ' ἀρωατοῦ αὐτῶν, ὡς τὰ πᾶσι μῆνησιν ἐν ἡσάεσσι δέμοισι λάθρη. VVLCANI MARTISQVE DO- LOS] Huius cantionis & fabulæ argumentum ex decoro videtur Maro Naiadi nymphæ tribuere, idque allegorice ratione, à physico & elementari aquæ & ignis diffidio: tum in Vulcani inuidiam & ludibrium, tum quòd & Harmonia ipsa Martis ex Venere filia à poëtis fingitur, διὰ τὸ τὴν θυμὸν ἢ τὴν ἐπιθυμίαν κερῶν ἀλλοτῶν, vt docuit Eustath. in eum Il. 5. locum. τὸν δ' ἀρεῶν χροῖς ἐλοφῆν διδὸς θυμῶν ἀρωατοῦ αὐτῶν. Eandem autem hanc cantilenam Demodoco tribuit Hom. Od. 5. αὐτὰρ ὁ φορμύζων ἀνε- βάλ' ἄλλο κλυτὸν ἀφίδ' ἄμφο' ἀρεῶν φιλόνητ' ὡς αὐτῶν τ' ἀρωατοῦ αὐτῶν. ATQVE CHAO] Hesiodum viderur respexisse, qui non solum principia rerum, sed generatione, propagationemque rerum Deorumque χάσι videntur attribuere in Theog. ἡμῶν τὴν ἀρωατοῦ αὐτῶν ἡμῶν & pòst paulò: αὐτῶν δ' ἔρεβος τὴν μέλαιναν N z τὴν νύκτα

τε νύξ ἐφύγαντο, νυκτός δ' αὖτ' αὖτις τε γ' ἠμέρα ἐξέφύγαντο. Nempe statim post Terram Amorem vult generatum Hesiodus: quam Terram nascendi ordine Deos omnes præcessisse idem auctor est, ut non frustra poeta Chaos Deorum amores subinxisse videri possit. Seruius *A que Chio* legisse videtur. Nescio autem an incongruū huic loco erit, si nymphae personæ Potamideis vel Nereidis conuenire dixerimus hanc sententiā pro decoro & habitatione, ut accipiamus deriuasse eam primordia rerum ab humore, quod χάρις χυσιον, το ὕδαρ, Plutarchus interpretetur in lib. περὶ τὸν ὕδαρ, &c. his: τιμωρονεί αὐτὸ δὲ πρὸς τὸ εἶναι ἢ τι μὲν τὸ ὑδαρ χάρις ἔστιν, τοὺς πηλείους ἀνομασίαν δὲ τὸ ὕδαρ τοῖτον τὸν τρῶπων πρὸς τὸ τλῶ χυσιον. FV SIS MOL. PEN. DE VOLV VNT] Infra, sic volvere Parcās. MATERNAS IMPVLIT AVRES] Apoll. de bobus: ἠεροθρῆδης οὐατ' ἐβαλλε. SVMMA FLA. CAP. EXT. VNDA] Hom. χρυσήλαμος δ' ἀνέβη πολυὴς ἄλδης & alibi, ἀλλ' ἵψ' ἀναβύσσου κέρμα θυλάσσῃ. TIBI TVA MAXIMA CVRA] Alibi, mea maxima cura: & Veneris iustissima cura.

Huic percussa noua mentem formidine mater,  
 Duc agè, duc ad nos: fas illi limina Diuūm  
 Tangere, ait. simul alta iubet discedere latè  
 360 Flumina, quā iuuenis gressus inferret. at illum  
B PATRIVS CONSISTERE MENTEM] Eadem penè forma Cicero: consistere eius animum sine furore & amentia non sinunt: idem in Anton. Nec verò te vnquam neque vigilantem, neque in somniis credo mente posse consistere. Alij legunt mente, nam hominem constare mente & consistere dicimus. RAPIDVM AD NAVES PRÆMITTIT] Tale quid Il. μ. ῥίμωρα εἶπον ἐπὶ νῆας. CARI PARENTIS] poëta, εἰλου πατρὸς. MVNERA PRÆTEREA] Od. ε. δ' ἄρα δ' αἶ' οἰσόμενα παρθεῖσαν κήρυκα ἔκασθ'· & Il. γ. ἀντάρ ὁ δαλδύβιον ἀσπίει κρείον ἀγαμέμνων· & Od. ν. χαλκόντε χερσὶν τε αἰλῆς, ἐδῶντα τ' ὕφαντ' ἄλλ' ὄσ' ἂν οὐδ' ἐπιτε τοῖσι ἐξήρατ' ὀδυσσεύς. PALLAM SIGNIS AVRÓQVE RIGENTEM] Alludit forsan ad rectam tunicam, quæ ἐρσὴ ἐδῶν· & ita erat. contexta vt veluti rigens flaret: qua nouæ nuptæ inducebantur: quamq̄ue liberis parentes omin. s. causa faciendam curabant. ET CIRCVMTEXTVM CROCEO VELAMEN] Euripides κρόκεον σέπλον dixit. Videatur autem poëta innuere κρόκεον· vnde & κροκόπιον, vestem nimirum rotundam & fimbriatam, quæ nobilioribus matronis in vsu fuit: à qua κροκωτοφόρος· Plutarch. in lib. εἰ γέροντι πάλιν. καὶ εἰσὶν ἐν τῷ ἱερῷ κλέα παίζοντες, οὐκ εἰ γέροντος ἐν δημοφιλῆς κροκωτοφόρον ἐν δὲ δῶντα λυδῶν τε εὐεργεταῖσι φησὶν, καὶ ὁμοίως ἐκείνῃ: & Eurip. in Phœnix. sub Antigones persona: τοῖσδε κροκόεσσιν ἀνείσα τρυφάς. Vt autem hic Argium Helenam, Lycophr. ἀργεῖαν κῆρα, τριάνορα κήρη eandem vocat. Argiuam autem Helenen vocat, nō quod Argis nata sit, oppido non ita longè Mycenis distante in Peloponēso, sed quod Argos non solum pro vrbe, sed pro Peloponēsi tota regione vsurpatum sit, vt docet lib. 8. Strabo, Helena autem filia Tyndari regis Laconia fuerit, Lacedæmonem autem Peloponēso cōtineri non dubium sit, sed non solum Peloponēsiacos, sed Græcos omnes Argiuos dictos ex arquo, est auctor Plutarch. ἐν ῥημοῖ· in cap. διατὶ τὸ μαιῶν μαιῶς ἀπὸ τῆς ζυλῆνις γαστράσι εἰδὼλα φησὶν αὐτῶν ἀνδρῶν εἰς τὸν ποταμὸν ἀργεῖος τὰ φησὶν ἡμεῖς κληδοῖσι. Homer. Il. β. ἀργεῖον ἐλένην, ἧς εἰνεκα πολλοὶ ἀργαῖον ἐν βῶνι δαπέλοντο· vbi Eustathius: ἐν ταῖσδε δὲ καὶ ἀργεῖαν τὴν λακωνικὴν ἐλένην λέγει, ὅς καὶ τῆς λακεδαιμονίας ἀργεῖος κληδομένης, καὶ ἀπὸ τῆς ἑλλήνισσος· Et idem in eum locum Od. β. καὶ κέρ οἱ ἀργεῖοί νεάσαι σάλλον, ἰσέον ὅππ' ἀργεῖον κέντη δασησὶν, ἢ τὴν πελοπόννησον, ἢ καὶ τὴν ἑσπέρην ἀργεῖαν· ὅθεν καὶ ἐλένη ἀργεῖα ἔντε ἰλιάδι, καὶ μετ' ἀθήα δέ, ἢ ἀλλῶς μὲν λέγουσιν, καὶ ὅ τὸ ὄλον πελοποννησία. Notat insuper idem Eustathius Peloponēsum & Spartam à dignitate partis dictas, Argos autem Achaicum, Pelagicum, Iason, Hippion, & Hippoboton, ad differentiam Amphiloehici, Theſsalici, Cilicij, Macedonici, Nisyrici, Troezenij, & aliorum nonnullorum. EXTULERAT] Sic & Græci ἀμφέρειν dicunt: Xenoph. παῖδ. η. ας, δὲ ταῦτα πηγάην μὲν ἐξέλυον γυναικῶν κίσιον, καὶ ἀπὸ δὲ σπυγαῖα δούλαι· & Hom. Od. ο. ἠδ' ἀπὸ τῆς ἀλῆσαι κητιμύνησ' ἑσπὸ νόστιμα ἑσφείν. Idem Hom. Od. ε. πῶν δ' ἂν οὐδ' ἐπιτε τοῖσι ἐξήρατ' ὀδυσσεύς. MAXIMA NATARVM] Sic Hom. Il. ζ. de Hecuba: λαοδύνην ἐσάροισα θυγάτηρ εἰδ' ὄρμηθ' ἴδω. Idem Il. α. ἀρσένου τῆσδε δὲ θυγάτηρ εἰχε ξανθὴν ἀργαῖον. Vt autem hic sceptrum dat Ilion: sic & Hom. Od. ζ. Nausicaam viuo vtroque parente reginam vocat: σφάειρα ἔπειτ' ἔρριψε μετ' ἐμφοπέλων βασιλῆα. Vide eum locum lib. 9. Tumidusq̄ue nouo præcordia regno: & illum: regina sacerdos, regis filia. COLLOQVE MONILE] Eurip. χερσοφόρον δερῶν Polyxenæ vocat. ἦμας autem, monile. DVPLICEM GEM. AVR. CORONAM] Hic videtur Maro alludere ad gemmis contextas coronas, quæ Chrysoſtomo λιδοκλήτοι σέφανοι. Scilicet præcipuum inter hospitalia dona coronam veteres habuerunt: vnde Tacit. lib. 14. Ann. Nec multò post legati Tygranocerta missi patere mœnia afferunt, intentos populares ad iussa, simul hospitale donum coronam auream tradebant. HÆC CELERANS] Vt supra actiue sæpe properare, exemplo Græcorum qui σπῆδον ἐν ταχέων ita vsurpant.

At Cytherea nouas artes, noua pectore versat Consilia: vt faciem mutatus, & ora Cupido Pro dulci Afcanio veniat: donisque furentem Incendat Reginam: atque offibus implicet ignem. 665 Quippe domum timet ambiguan, Tyriosque bilingues. Vrit







LIBATO SVMMO TENVS ATTIG. ORI] Tibull. eo loco lib.4. ad Messalam: Quod tibi si versus noster notusue, minusue, Vel bene sinuas, summo vel mæret in ore, Nulla mihi statuet finem te fata canenditea inquam parte, summo vel mæret in ore, visus est mihi alludere ad sententiam huius Maroniani loci, vel *αὐτὸς τὰ δὴ πρὸς ἡμῶν φιλικίαι*, vel ad segnem degustationem poculi, qua in vino defunguntur minus generosi compositores, nec se iusto haustu perluere soliti, vt similiter Tibullus intelligat, siue versus suus Messala sit exactè probatus & notus, siue perfunctoriè lectus, & summo ore, hoc est, primoribus labris tantum à Messala degustatus mæreat, futuram vt quoquo modo ipse eius laudibus perpetuò insillat. Alij tamen non, mæret, sed ineret in ore. PLENO SE PROLVIT AVRO] Multi putant alludere Maronem ad antiquam *ἀντιπρὸς* & τὸ *ἀμυρὶ πίνειν*. Vtunque sit, quamvis mihi *ἰδιόγνωμονεῖν*, & cornicum oculos configere religiosum sit, tamen & pace doctorum, cum Plutarcho accipi posse aliorum *ἀμυρὶ* & *ἀμυρῆ* in quàm hæctenus à Grammaticis videtur, qui *ἀμυρῆ* in, ingurgitare, asstam & sine respiratione bibere interpretantur, vt pote *ἀμυρὶ τὰ μὲν οὖν τοῖς χεῖλαισι*, cum contrà *ἀμυρῆ* ipse Plutarch. *συμπροσ*. in cap. *ἀντιπρὸς γυναικῶν ἵκιστα μεθύσσει*, &c. τὸ *ἀμυρῆ* in ἀπρωῦν *ἀμυρῆ* πίνειν accipiat, non ἀμυρῆ, vt vulgò, sitque eleganter & manifestè tam in Aldino, quàm Germanico codice *ἀμυρῆ* scriptum: vbi inter alias causificationes docere videtur, senes citius quàm mulieres inebriari, quòd tractim mulieres & cum respiratione bibant, ita vt instillatum paulatim vinum minus in defluxu immoretur, nec tam vehementer tumultuari in corpore possit, quàm si præcipiti ingurgitatione & haustu copiosius infunderetur, sub his ferè verbis, & Aristotelis auctoritate roboratis: *ὅταν οὖν ὄντω εἰς ὑγρότητα πολλὴν ἀμυρῆται, κερταίμει* & *ἀποβάλλει τὴν βαρῆν, καὶ γίνετ' ἀντιπρὸς ἀναφῆς καὶ ὑδατῶδης*. ἔστι δὲ πρὸς ἅπαντα λαβεῖν ἀεὶ τοτέλοις, τὸς γὰρ ἀπρωῦν καὶ ἀμυρῆ πίνοντας, ἔσθ' ἀμυρῆ ἐν ἀνάμιασιν, οἱ πικρὰ φασίν, ἵκιστα ἀεὶ πίνειν μέδαις, ἢ γὰρ ἐνδιαβῆσθαι τὸν ἀερατὸν αὐτῶν, ἀλλ' ἔξωδούμενον ῥύψιν, διαπυρρῶδες δὲ τὸ στόματ' ὀπρὶνὸς ἢ τὰς γυναικῶν ὄρωμεν ὅστω πινούσας: vbi, ni fallor, si se vno haustu proluere mulieres intellexisset, non satis video quomodo *ἀμυρῆ* πίνειν γυναικῶν elixisset, quas decori ratio velle videtur respirantes fortè, & moderatiore vti poculo: *ἀμυρῆ* liquidè, pro eo quod est *ἀναπνέειν*, apud poëtas sæpius occurrit, & *ἀμυρῆ* πρὸ ἀναπνέειν. Nolo tamen ita mihi placere, vt à recepta sententia peruicaciter recedendum omnino statuerim, cum *ἀμυρῆ* non *ἀμυρῆ* Tufanus legerit, & fieri possit, vt intellexerit etiam Plutarchus *ἀμυρῆ*: hoc est, alacriter, scitè, & reuera maioribus indulgere poculis fœminas etiam. Viderint doctiores, quorum arbitrio ego me, commentationesque meas facillè permitto. POST ALII PROCERES] *ἔρεξ' ἦν*. CITHARA CRINITVS IOPAS] Sic & Hom. Od. λ. inducit Demodocum in conuiuio canentem: sic & Apoll. I. Argon. Orpheum: cuius hymnus recitatur penè à nobis in Sileno. Ex decoro autem Poëta, & Homeri imitatione, conuiuium musica exhilarat, canente Homero *τὴν μολπὴν καὶ τὴν ὄρχησιν ἀναδήματα δεικνὺς ἐν μεταφορῆς ἔσθ' ἐν τοῖς ναοῖς ἀναπνεύμενον*. PERSONAT] *φορμίζει*. SOLIS QVE LABORES] Vnde *ἀντίματι* vocat Homerus. PLYVIA S' QVE HYADAS] vnde Ouid. 5. Faator, Nauita quas hyadas Grauis ab imbre vocat. Certè adiectione epitheti videtur Maro quibusdam non abs te ignorantiam eorum perstrinxisse, qui *Suculas* Latinè *Hyadas* verterunt, tanquam *ἀπὸ ἔσθ' ὕδωρ* non *ὄν* dicerentur, cum Tirone Ciceronis liberto faciens, qui, vt docet Gellius lib. 13. cap. 9. eam absurditatem ipse quoque notauit: quam qui leuate volunt, *suculas* contendunt vocatas, quòd propter pluuias quas afferunt, luto gaudere, vt fues, videantur. Sunt & qui *Hyadas* ab Hyante fratre Atlantis ex Æthra filio deducant: vnde & Atlantides: quæ cum fratris desiderio implacabili, & luctu tabescerēt, in septem stellas deorum miseratione conuersæ fuerunt. PROPERENT SE TINGERE SOLES] Sunt Lucretij lib. 5. elegantes huius argumenti versus, Crescere itemque dies licet, & tabescere noctes, & minui luces cum sumant augmina noctes, Aut quia sol idem sub terras atque supernè Imparibus currens anfractibus ætheris oras Partit, & in partes non æquas diuidit orbem, Et quod ab alterutra detraxit parte reponit, Eius in aduersa tantò plus parte relatus, Donicum ad id signū cæli peruenit, vbi anni Nodus nocturnas exæquat lucibus vmbas. Dierum itaque noctiumque inæqualitatis rationem physiologi, & mathematici, in positum sphaeræ rectæ vel obliquæ, conferunt, vt ex Proclo aliisque constat. Certè insulam Thulen, quam vltimam Maro vocat, in ditione Scotorum, ad Septentrionem vltra Orcadas vergentem, latitudinem habentem graduum 63. notum est ex eadè causa circa æstium solstitium quàm breuissimas habere tenebras, sole ab illorum horizonte quàm minimum recedente, quemadmodum contrà circa solstitium hybernium nihil ferè, aut quàm minimum habere dici, sole tropicum Capricorni ab illis disunctissimum perambulante. Eius rei observatio mihi occasionem aliquando dedit illustrissimi, generosissimi que iuuenis Timoleontis Briffaci, funestissimi Reipubl. Gallicæ temporibus, vernanti ætatis flore, & verna anni illius hora, per oppiduli obsidionem ablati, hac monodia deplorandi.

*At nihil eximium diuturnum fama canebat  
Vera nimis: terris tantumque offensus abisti  
Brifface, per noctis Thule, & confinia lucis,  
Oceano sic surgentem, pariterque cadentem  
Vix intellecto solem discrimine cernit.  
Effata o iuuenis patria intercepte senecta,  
Magna anima nimium communi prodige damna:*

Exemit

*Exemit nunc ver formosum Iupiter anno:  
Partem agrè pars trunca trahit, sequiturque sequentem:  
Orbe sua & relegens vestigia claudicat annus,  
Iamque labans soles vernos, aurâque requirit.  
Collacrymasse ferunt Martem, Veneremque, lucrisque  
Ingemuisse suis dominam Plutonis auari:  
Æquasse alterius partis mala gaudia luctum  
Alterius, Ione diuersos miscente liquores.  
Non secus ante diem fatalis casus Achillis  
Aduersos motus animorum exciuit, & Hellas  
Squalori matris respondit tonsa marine,  
Et longo insulans soluit se Troia dolore.*

Ingeminant plausum Tyrii: Troësque sequuntur:  
Necnon & vario noctem sermone trahebat  
Infelix Dido, longumque bibebat amorem,  
Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa:  
Nunc quibus Auroræ venisset filius armis:  
Nunc quales Diomedis equi: nunc quantus Achilles.  
Immo agè, & à prima dic hospes origine nobis  
Insidias, inquit, Danaüm, casusque tuorum,  
Erroresque tuos: nam te iam septima portat  
Omnibus errantem terris, & fluctibus ætas.

INGEMINANT PLAVSVM] *μνηστῆρες δ' ἀμείδιον ἀνὰ μέγαρα σκιδεοντα*. & Od. χ. *μνηστῆρες δ' ἐτέρωθεν ἀμείλιον ἐν μεγάροισι*. LONGVMQVE BIBEBAT AMOREM] Sic & Theocr. in Adon. τὸ δὲ σελήνην οὐκ ἔστιν ἀμείλιον, ἐν δὲ πρὸς τὸν ἔρωτα. Sic & Anacreon, *μεθύειν ἔρωτι* & metaphoricè Demosthenes Philippum dixit *τὸς μελέθει τῆς παρασκευάσαντος μεθύειν*. & Epig. lib. 7. *εὐαῖς χεῖρας χεῖρα δίδου*. *ἀμυρῆ* ἀμυρῆ τὰν ἐν ἐμοὶ ἀφῆσται. Itè Anacreon: *ἔρωτα ἐβάπλισαι εἰς τὸν οἶνον, λαβὼν δ' ἔπιον αὐτὸν*. & Epig. καὶ μεθύει τὸ φίλημα πικρὸν τὸν ἔρωτα πεπικνός. & item Epigr. lib. 7. vocat ἐρῶτα μὲν ζαροπῆτας καὶ ἀμυρῆται. Pari quoque metaphora Horat. fortunaque dulci ebria: vt Plutarch. in Timol. ἔτε περιουσιάζεις ἐπὶ τῷ ἔρωτι. Pari translatione Plato dixit, *τὸς δὴμῶν ἀρεστον ἐλδορῆσαν οἰοχρῆν διμαζονύς*. Vt autem hic *Infelix Dido*, Eurip. in Med. *μῆδεια δ' ἢ δούλω*. AVROÆ FILIVS] Sic & Pindar. Memnonem Olymp. od. 2. *ἀνδρὸς παῖδ' αἰθάρου*. & Nem. od. 3. *φαεινῆς ἦν ἐπὶ ἐπῆει*. — *ἔσθ' ἀνδρὸς ἀρχαῖα ἐργα* & Calab. lib. 2. de Priamo & Memnone: *τὸς ῥ' ἀμυρῆτον κούδαιον ἐὼν γόνον ἡεσθῆς δωτῆς ἀγαθῆς*, &c. IMMAGINE] *ἀλλ' ἔργε*, Hom.

R 2

P. VIR-



ONTICVERE omnes: intenti que ora tenebant;  
 Indè toro pater Æneas sic orfus ab alto.  
 Infandum regina iubes renouare dolorem,  
 Troianas vt opes, & lamentabile regnum  
 Eruerint Danaï, quæque ipse miserrima vidi,  
 Et quorum pars magna fui. quis talia fando  
 Myrmidonum, Dolopúmue, aut duri miles Vlyssi  
 Temperet à lacrymis? & iam nox humida cælo  
 Præcipitat: suadent que cadentia sidera fomnos.  
 10 Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,  
 Et breuiter Troiæ supremum audire laborem:  
 Quanquam animus meminisse horret, luctu que refugit,  
 Incipiam.

CONTICVERE OMNES] Hoc libro Poëta secutus videtur Hom. Od. n. quo à cæna Vlyffes errores suos Aretæ narrat Alcinoi vxori. INDE TORO PATER] Pater, nomen honoris nõ semper ad ætatem grandiozem refertur: vt apud Hom. Od. 3. δεῖρ' ἀγέ κ' ὁ ξένης πάτερ πέρισσα ἀέδλων de Vlyffe: cuius pauld antè robur & iuentã laudauerat his verbis: ἀρχένοτε σφαιρόν, μέγατε δένθ, ἐδέπ' ἴβης δάε, &c. cui Pallas formæ omnigenum decus afflauisset. INFANDVM REGINA IVBES] Sophocl. ἔργον αἰανθόν, κ' ἀρήτων. Vt autem hic renouare dolorem, idem in Col. Sophoc. δεινὸν ἔκ το πάλαι κείμενον ἴδην κακόν, ὃ ξείν', ἐπεγείρειν & Callim. τί δ' ἀκρυν δίδον ἐγγείρει; & Od. n. ἀργαλέον βασίλευα δεινικέως ἀγρόδοσαι & Od. i. tale quid: σοὶ δ' ἔμα' κίδ' εἰ θυμὸς ἐπιδάπτο σπρόοντα εἰρεὰ δ' ἔπ' ἰμάλλοι δειρόμενθ' ὄναρχ' ἴω, τί φάων, τί ἔπειτα, τί ὕσ' ἀπον καυλέξω. QV ÆQVE IPSE MISERRIMA VIDI] Od. μ. οἴμψον δ' ἠ κένο ἐμοῖς ἴδον ὀφθαλμοῖσι. MYRMID. DOLOP. AVT DVRI MILVLYS. TEMPERET A LACR.] Sic ad pathos infra lib. ii. vel Priamo miseranda manus. ET IAM NOX HVMDA CÆLO PRÆC.] Od. ε. ὄραρει δ' οὐρανὸν νύξ· & Od. λ. φῶν γ' ἴδ' κεν κ' νύξ φάτ' ἀμβροτθ', ἀλλὰ κ' ὄρη δ' ἴδ' ἐν' & cod. ὄρη μὲν πάλαι μύθων, ὄρη ἴ' τε ὕπνου. Vt autem Sed si tantus amor, &c. idem Hom. εἰ δ' ἔτ' ἀκούμενοι γὰ λιλαίεαι. Non omittendum autem quod ad hunc locum notauit Turnebus: Cadere sidera diluculo, albescente cælo, exortu auroræ, exacta ferè nocte: vt & illo loco intelligendum contendit: primis que cadentibus astris. Sunt tamen qui putent contextum illius loci lib. Æn. 4. & repetitione versus huius, non videri auroræ, diluculo, aut diei conuenire posse, si Poëtæ menti ex ipso orationis curriculo, præcedentibus, & subsequētibus aduertamus, quæ ita se habent. Nunc eadem labente die conuiuia quærit— Põst vbi digressi, lumen que obscura vicissim Luna premit, suadent que cadentia sidera fomnos, Sola domo mœret vacua, stratis que relictis Incubar. Aliis tamen videtur Seruij Turnebique sententia sustineri posse, si accipiamus produxisse Didonem in multam noctem conuiuium, & ita inualuisse noctem, vt bona pars transacta videretur: vnde & Græci non modò graffatores nocturnos, sed & comeffatores & amatores ἡμεροκάτοις vocarunt. Sed & Propertij versus & auctoritas penitus sententiam Turnebi fulcire videtur: Propertij inquam diluculum respicientis. Et iam quarta canit venturam buccina lucem, Ipsaque in Oceanum sidera lapsa cadunt. Vt autem absolute præcipitat vsurpauit, sic & Cæsar lib. 3. bel. ciu. Multi iam menses tranfierant, & hyems præcipitauerat. Sed neque hic ex sententia eiusdem Turnebi præcipitat in ea significatione accipiendum, vt infra eodem hoc libro. Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox Inuoluens vmbra magna terram que polum que: & lib. 8. Æn. Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis. Inferiùs etiam neutraliter: effusa grandine nimbis Præcipitant. QV ANQVAM ANIMVS MEM. HORRET] Obseruauit Antonius Muretus vir doctissimus hunc locum, contulit que cum illo Ciceronis 14. Orat. in Anton. Refugit animus P. C. ea que formidat dicere, quæ L. Antonius in Partemium liberis coniugibus que effecit.

Fracti bello, fatisque repulsi  
 Duciores Danaum, tot iam labentibus annis,  
 Instar montis equum, diuina Palladis arte,  
 Ædificant: sectaque intexunt abiete costas.  
 Votum pro reditu simulant: ea fama vagatur.  
 Huc delecta virum sortiti corpora furtim

Includunt

Includunt cæco lateri: penitus que cauernas  
 Ingentes, vterum que armato milite complent.  
 Est in conspectu Tenedos, notissima fama  
 Insula, diues opum, Priami dum regna manebant.  
 Nunc tantum sinus, & statio male fida carinis.

INSTAR MONTIS EQUVM] Hic fabulosus equus à poëtis nunc dicitur, nunc durate dicitur: vnde & Lucret. Nec cum Durateus Troianis Pergama partu Inflammasset equus nocturno Graingenanum. Cur autem dicitur dicitur sit, docet in Troad. Eurip. ἔθεν ἀπὸς ἀνδρῶν ὑσέρων κληθῆναι) δούρειο) ἵππο) κρυπτὸν ἀμύμον δόρυ. De eo vide Hom. Od. 3. VOTVM PRO REDITV] Ego aliquando incolumitatis votum, & σάτρα, eidem Deæ sospes ex Armorica, iniquissimo tempore & itinere, redditus patria; suspēdi, his Græcis versibus.

Χαῖρε δὲ ὀπατέρεια, τὰ δ' ἠ σῶπιεα αἰοῖδ' ὄν,  
 χεῖρε παρῖστα μὲν φίλῳ ἀνέρι, ἠγεμονεύσα  
 λησῆσον τε λόχον, καὶ ὑσέρων ὕβριν ἀλάλπειν,  
 κοιμήσασα ἐμοὶ δολαεθρὸν δεδὸν ἀρέωνα.  
 χεῖρ' ὀπιλωσα μὲν τε δίδουσα τε νόστιμον ἠ μὲρ  
 πλαζομύθῳ δευράποντι τερὶ δ' ἀπὸ παρῖδος αἴης,  
 οἴκαδ' ἀθῶον ἀγροῦσα πεφισμένον ἐνθ' αἰέθλων,  
 ὀφθαλμοῖσιν ἐναργῶς καὶ φρεσὶ γήοντα παρῆσαν,  
 ἀθάνασ' ἐνθ' ἐνθ' ἄσ' ἐδὸν καὶ πολλὰ μογχευῖ.  
 ὥστε δεδὸν μετ' ἀλλῶ ὀπιλώσσομαι, αἰὲν εἴσομαι,  
 ἠ ἔπω, ἠ εἰὼν ἠδὲ μὲρ ἐπὶ ἠέλοιο δὲ χηῖς,  
 καὶ φρεσὶ τὰ δεδὸν ἀπολίτω ἰερά βέλων  
 παλλὰ δὲ, νιψά μὲν χεῖρας, κὸρη ὄβερα μὲν πᾶσ' ἦ,  
 ἠε εὐφορμηθεῖς πολιαῖ ἀλόδο ἀγματοῖο,  
 ἠε εὐφορμηθεῖς δίας ἀδ' ἐθ' ἐθ' ἴνα δαλάσσης.  
 ἐρρέτω, ὅς σοι εἰοῖ ἀπαδ' ἀλλήσι νόοιο  
 αἰσὶ ὑσέρφιαλος καὶ εὐοπία ἰερά μεγαίρει.  
 καὶ δ' ἀπὸ λῆτο, ἐπέ χρεασὶ ὅς τις ἀμύμον' ἀδ' ἰωῖ,  
 μηδ' ἐθ' ἀν' χρεάτων, ἀθῆμισος, ἀνέστος ἀνῆρ.  
 ἀλλὰ δεὰ κ' ἴδ' ἠ μὲν δ' ἀπὸ βέλων τε καὶ κρότητα  
 ἴλασθ' ἀπὸ τῶν δεὰ βοιῦ λῆν, δ' ὑρμύεταπον,  
 ἀδ' ἠ μὲν, χρεσὶ καμπίον κέρας ἀμφογυθῆσαν,  
 εἰ ποτὲ σοι βέλων, ἐρδων αἰεὶ ἔργα ἀναίμα,  
 ἀλλὰ σε μετ' ἀλλήσι τέρψω ἐρήθρος αἰοῖδος  
 ὕμνοιο, καὶ ἀδ' ἦσον, ὅπῃ νόος ὄρνυτο ἐνθ' οἴοι,  
 εἴ ποτε γοργόνα δειμαλέω, λοβῆλυ τε λιπέση  
 τὰ μὰ μέλι, μευῖδ' ἠ γέρας, σοὶ θυμὸς ἀκέειν,  
 παρθενητῶν ἀδ' ἀμυσίων δελυτήρια καλά.  
 κλυθῆ δ' ἐερέως σεῦ, παρθενε, δ' ἠ μὲν οἴοι,  
 εἴ ποτ' ἀνιλαμῆν ὄσον κρηθῆναι ἐέλδαρ,  
 καὶ δόης τῶ σῶ χλωρῶ κλέοντι ἐλαῖαν  
 ἠρεμῆον ἐλαμολογῆν, κερπὸν τε κομῆζην.  
 καὶ δόης λιπαράς κρησῆ μὲν ἐν καλύβασι  
 πηλοδόμοιο οἴκουθ' ἐν, ἀπὸ μὲν ἠ μὲν, παμπαν ἀεργόν.  
 τοῖς δ' ἐπειτα ἀδελφιδεοῖς γαμέσ' ἀγὰ μοις τε,  
 νῆθ' ὄλθον, καὶ βεῖα ἀρήρωσον γόνον ἀμὸν,  
 δὲς γὰ κακορραφῆσι κακὸν ἔλωσθ' ἀμὲν ἐδ' ἐν,  
 μη ποτε ἀδ' ἀνὸ μὲν ἀμυσίων μὲν ἀδ' ἀκοιπῆ,  
 μηδ' ἐκυσαν ἀγροθῆ κηδεμόνων ἀερόντων,  
 μηδ' ἐ πολυκτέανον κηδεόσθαι, μηδ' ὀπίλησον  
 κούρω, γέτοσι μηδ' ἐ κηλεῖσθαι παρθενοπῆλυ,  
 ἐδ' ἐ γὰ μὲν ἀδ' ἐν ὄν πτω ἀεμυτι γορήων,  
 οἱ τέκον, οἱ θρέψαν, ἐδ' ἀλλῶ παιδείαν ἔχουαν,

R 3

ἴδ' ἠ μὲν



ἡμίον ὡς μὴ σφας τυχερὰς ἀεθλοῖσιν ἐρινύς,  
 βαρβαρικὸς δ' ἔγχετο μοχλοπέων ὀμβροῦ δ' αἰτίσιν  
 δάκρυα, ἀσπίδας τε ροαὶ δὴμηφός ὅπως τις,  
 ἔρχεσθ' ἰσχυρὰ, πολιορκηθεὶς σάϊς δὲ μὲνίδεσσιν.  
 δὸς μὴ λυσιστέλιν, κελὸν, περπνόν τε διαίρειν  
 ἀίχνης ἡμῶς, ἀλλὰ ζῆ φιλέοντας ἑαυτῶς,  
 παρθεμένως ψυχὰς δὸς ἀμυνέσθαι πᾶσι  
 παρσαλέως, σφετέρον φερόντων τε μετ' ἰχθια βαλνεν,  
 ἑσπρίων κτλ' ὁμοφρονέειν πᾶσι ἡμᾶτα πάντα,  
 δὲ κτείν' ἄμα χεῖρ' ἀμείβεσθαι πᾶσι τε τίθεσθαι  
 τὴν ἀρετὴν φερόμενοι δὲ πᾶσι ἡμῶς μεγαλήχεα  
 μηπόων, ἀχολον, ἰσοσερῶς βάλει φαρμακον ἀσπίς,  
 νήπυδες, φερόμενος τε κελὸς ὀπίλητον ἀέλλης  
 λυγρὰ κτλ' ὁμοφρονέειν ἀπερὺκους διαίθεσσιν.

EA FAMA VAGATUR] Silentiar. Epig. ἔθε μὲν δὲ ἀλλ' ὅτι. EST IN CONSPECTU TENEDOS] Hom. Od. δ. νῆστος ἐπειτὰ τις ἐστὶ πλουκλύσφ' ἐπὶ σόντρο ἀγνύπην φερόμενοι, φέρον τ' ἑ κελὸς σόντρο, ἐπὶ δὲ λιμὴν ὄραμα. Vt autē hīc statio nihil fida, Sophocl. in Aiace, φερόμενοι ἄσπίς ἐστὶ ἐπιπέρας λιμὴν & Aesch. in Pers. νῆστος τις ἐστὶ φερόμενοι σιλαμίνος τῶπων, βαίαι, δὲ ὄραμα νουστῶν. Tenedos autem à Teno rege, quae λέσβοσις Lycophroni.

- Huc se prouecti deserto in litore condunt.
- 25 Nos abiisse rati, & vento petiisse Mycenae.  
Ergo omnis longo soluit se Teucra iactu:  
Panduntur portae: iuuat ire, & Dorica castra,  
Desertosque videre locos, litusque relictum.  
Hic Dolopum manus: hic saeuus tendebat Achilles.
- 30 Classibus hic locus: hic acies certare solebant.  
Pars stupet innuptae donum exitiale Mineræ:  
Et molem mirantur equi: primusque Thymoetes  
Duci intra muros hortatur; & arce locari:  
Siue dolo: seu iam Troia sic fata ferebant.
- 35 At Capys, & quorum melior sententia menti,  
Aut pelago Danaum insidias, suspectaque dona  
Praecipitare iubent: subiectisque vrere flammis:  
Aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras.

HIC SAEVVS TENDEBAT] Tendebat, tentoria habebat. Eadem forma crebro vsurpatur *tenere* ab historiographis. Tacitus: Principia, ea castrorū loca sunt, vbi tendebant magistratus, erantque signa legionum. Idem lib. Ann. 13. Quod grauitur Corbulum accepit, increpituque Pactium, & praefectos, militesque tendere omnes extra vallum iussit. Talem autem particulam venustē iteravit Hom. Od. 7. diuersa sententia: ἔνθα μὲν αἶψα κείνῳ ἀπὸ τῶν ἀρχαίων, ἔνθα δ' ἀπὸ τῶν ἀσπίδων. PARS DICTVRE INNVTAE, & c.] Hom. Od. 3. ὡς ὅτε εἰσὶν ἡμῶν, τοῖσι δ' ἀνεστὶ πᾶσι ἀγνύπην ἡμῶν ἀμφ' αὐτῶν, πᾶσι τ' ὅσον ἰσχυρὰ, ἢ δὲ διατμήσει καὶ κῆλον δόρου πᾶσι χαλκῶ, ἢ κτλ' περὶ τῶν βαλέων ἐρύσαντας ἀπ' αἰμας, ἢ ἑσπρίων κτλ' ἀγαλμα δὲ τῶν θεοῶν ἐκλήθειον εἶναι. Innuptam autem Palladem vocat, vt ipsam quoque & Daphnen Poëta ἀπερὺκους, ἀγαλμα, ἀσπίδα, φερόμενον, μισθῶμον, ἀνυμῶνον, ἀνυμῶνον vocitant. PRIMVS QVE THYMOETES] De eo Epig. lib. 5. Δημιόφρον τ' νόημα πλουκλύσφ' ἔχει θυμῶν, ἀμειψίως πελάγειον ἐκλήθειον, ἢ δὲ εἰσὶν ἀπερὺκους πᾶσι μῆτιν ἐπιπέρας ὑφάειναι. PRIMVS QVE THYMOETES — AT CAPYS] Et in eandem ferē sententiam de equo Hom. Od. 3. πᾶσι τ' ὅσον ἰσχυρὰ, ἢ δὲ διατμήσει καὶ κῆλον δόρου πᾶσι χαλκῶ, ἢ κτλ' περὶ τῶν βαλέων ἐρύσαντας ἀπ' αἰμας, ἢ ἑσπρίων κτλ' ἀγαλμα δὲ τῶν θεοῶν ἐκλήθειον εἶναι. PRAECIPITARE IUBENT] Tryphiod. οἱ μὲν δὲ πᾶσι τῶν βαλέων ἀπερὺκους, ἢ δὲ εἰσὶν ἀπερὺκους πᾶσι μῆτιν ἐπιπέρας ὑφάειναι. TEREBRARE CA. VT. ET TENT. LATEBRAS] Lucret. lib. 1. Talibus in rebus poteris caecāsque latebras insinuare omnes, & verum protrahere inde. Aesch. quoque Eum. πᾶσι τῶν βαλέων ἀπερὺκους vocat.

- Scinditur incertum studia in contraria vulgus.
- 40 Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua,

Laocoon

Laocoon ardens summa decurrit ab arce:  
 Et procul: ô miseri quæ tanta infania ciues?  
 Creditis auctos hostes? aut vlla putatis  
 Dona carere dolis Danaum? sic notus Vlysses?  
 45 Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi:  
 Aut hæc in nostros fabricata est machina muros,  
 Inspectura domos, venturaque desuper vrbi:  
 Aut aliquis latet error. equo ne credite Teucrici.  
 Quicquid id est: timeo Danaos, & dona ferentes.

SCINDITVR INCERTVM] Alludit ad Græcorum ἀρχαίαν. LAOCOON ARDENS] In eandem sententiam Calab. lib. 1. μ. οἱ δ' ἄρ' ἔρανον ἔμμενοι ἰσχυρὰ πλουκλύσφ' οἱ δὲ ἀεθλοῖσιν ἐρινύς ἐμμενοι, ὅ δὲ πᾶσι μὲν βαίαι, ἢ δὲ ὄραμα ἔμμενοι αἰνόν τ' ἀπὸ τῶν ἀσπίδων, πάντας δ' ὄραμας ἐμμενοι ἀεθλοῖσιν ἐρινύς ἐμμενοι, ἢ δὲ πᾶσι μὲν βαίαι, ἢ δὲ ὄραμα ἔμμενοι αἰνόν τ' ἀπὸ τῶν ἀσπίδων. SIC NOTVS VLYSSES] Calab. 7. ἀλλ' οὐ δὲ δάμειαν ἐπέροτος ὕπνῳ ἐμμενοι ἐμμενοι κελὸς ἀεθλοῖσιν ἐρινύς ἐμμενοι. INSPECTVRA DOM. VENT. DESUP. VRBI] Turnebus ad hunc locum adducit Vegetij testimoniū de oppugnatoria machina: præterea partem muri, ad quam conatur machina accedere, cemento atque lapidibus, postremo tabularis extruendo faciunt altiore, ne defensores mœnium, desuper vrbi ventura, possit oppugnare.

- 50 Sic factus, validis ingentem viibus hastam  
In latus, inque feri curtuam compagibus aluum  
Contorsit. stetit illa tremens: vteroque recussio  
Insonuere cauas, gemitumque dedere cauernæ.  
It, si facta Deum, si mens non læua fuisset,  
55 Impulerat ferro Argolicas foedare latebras:  
Troiaque nunc staret: Priami que arx alta maneres.  
Ecce, manus iuuenem interea post terga reuinctum  
Pastores magno ad Regem clamore trahebant  
Dardanidæ: qui se ipsum venientibus vltro,  
60 Hoc ipsum vt strueret, Troiamque aperiret Achivis,  
Obtulerat, fidens animi, atque in vtrunque paratus,  
Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti.  
Vndique visendi studio Troiana iuuentus  
Circumsufa ruit, certatque illudere capto.  
65 Accipe nunc Danaum insidias: & crimine ab vno  
Disce omnes.

MENS NON LÆVA] Læuum de caelestibus, prosperum, δῶνον, humanis contrariū. Vide Plutarchum. EQUE MAN. IV. INT. POST TERGA REVINCTVM] Supra: centum vinctus athenis Post tergum necdis: & Il. 2. δῶνον δ' ὀπίσσω γέρας εὐτμήτοιον ἰμάσιν. IN VTRVMQVE PARATVS] Vnde & Calab. lib. 1. inducit Sinonem se Græciæ deuouentem, tum cum equi Duratei stauerent machina, his ad Vlysses verbis. ἔργον γὰρ τὸ δ' ἔργον λιλαιόμενοι τελέσασθαι, εἴτε με ἀμείψασθαι, ἢ εἴτε πᾶσι μῆτιν ἐπιπέρας ὑφάειναι. τὸ δὲ νῦν μοι δάμειαν ἐμμενοι, ἢ δὲ πᾶσι μὲν βαίαι, ἢ δὲ ὄραμα ἔμμενοι αἰνόν τ' ἀπὸ τῶν ἀσπίδων, πάντας δ' ὄραμας ἐμμενοι ἀεθλοῖσιν ἐρινύς ἐμμενοι. VNDIQUE VISENDI STUDIO] Il. 5. μήπως με πᾶσι μὲν βαίαι, ἢ δὲ ὄραμα ἔμμενοι αἰνόν τ' ἀπὸ τῶν ἀσπίδων, πάντας δ' ὄραμας ἐμμενοι ἀεθλοῖσιν ἐρινύς ἐμμενοι.

Namque vt conspectu in medio turbatus, inermis  
 Constitit: atque oculis Phrygia agmina circumspexit:  
 Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt  
 70 Accipere? aut quid iam misero mihi denique restat?  
 Cui neque apud Danaos vsquam locus: insuper ipsi  
 Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.  
 Quo gemitu conuersi animi: compressus & omnis

R 4

Impetus:

Impetus: hortamur fari: quo sanguine cretus,
75 Quidue ferat, memoret: quæ sit fiducia capto.
Ille hæc, deposita tandem formidine, fatur.

TURBATVS] Infra: Cacum videre timentem, Turbatumque oculis.

Cuncta equidem tibi Rex, fuerint quæcunque, fatebor
Vera, inquit: neque me Argolica de gente negabo.
Hoc primum: nec si miserum fortuna Sinonem
80 Finxit, vanum etiam, mendacemque improba finget.
Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama
Gloria: quem falsa sub prodicione Pelasgi
Infonem, infando indicio, quia bella vetabat,
85 Demisere neci: nunc cassum lumine lugent.
Illi me comitem, & confanguinitate propinquum
Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.
Dum stabat regno incolumis: regnumque vigebat
Confiliis: & nos aliquod nomenque, decussque
90 Gessimus. inuidia postquam pellacis Vlyssi
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris:
Adflictus vitam in tenebris, luctuque trahebam:
Et casum infontis mecum indignabar amici.
Nec tacui demens: & me; fors si qua tulisset,
95 Si patrios vnquam remeassem victor ad Argos,
Promisi vltorem: & verbis odia aspera moui.

CUNCTA EQUIDEM TIBI REX] Od. d. ἀλλὰ πῶς ἔπινομαι ἄσπελον, οὐδ' ἀπατήσω...
Græci dicunt, & κενόν in qua significatione sæpe à Plutarcho vsurpatur: ματωλόρον quoque dicunt,
& μάταιον. Sophocl. κλέων ἀνδρὸς ματαίου θαυρῶν ἐπι μωδουμένον vitum futilem audire. SI FORTE
TVAS PERVENIT AD AVRES] Eurip. in Phœniss. ἐκ εἰς ἀκοῆς ἐπ' δυσυχία δωματῶν ἦκετ' &
Calab. 7. εἴ ποτε τοῦ εἰδωλο δεικτόρον οὐδὲ ἀκουσας, ἢ καὶ δδυσσῆ πωμιμίδε. QVEM FALSA SVB
PRODITIOE] Hanc quoque Græcorum iniustitiam agnoscit Plato in Apolog. Socratis: ἐγὼ δὲ
ἦ πολλὰ μὲν ἐδέξατο τεθνήσκαι ἐκ τούτων ἅπαν ἀληθῆ, ἐπεὶ ἐμοί γε καὶ αὐτῶ δουμάσθ' ἀν' εἴη ἡ διατηρήσθ' αὐτόθι, ὅπως ἐπι-
τύχοιμι παλαμίδη, καὶ αἰωνίη τοῦ τελαμῆσθ' ἢ εἴ τις ἄλλ' ἔσθ' παλαμίδων διὰ κρήνην ἀδικον τῆδε κεν, ἀπὸ τῆς ἀβελ-
λοπῆ τὰ ἐμῶν τοῦ πάθ' ἁπλῶς τὰ ἀκρίτων, ὡς ἐγὼ γὰρ ἐκ ἀν' ἀνδρῶν εἴη. INFANNO INDICIO] Lex Cor-
nelia de ficiariis & veneficis comprehendit & eos, qui operam dederint, quò quis falsum iudiciū
profiteretur, vt quis innocens circumueniretur, condemnaretur: vt videre est eo titulo in libris
iuris. CASVM LYMINE] Pro mortuo: vt apud Eurip. βλάπτων opponitur, pro viuo, in Hecuba:
οὐκ αὖ τοῦ ἀλγῶν, εἰ βλέποντι γὰρ φίλον χρώμεσθ' ἐπεὶ δ' ὀλωλε, μὴ χρώμεσθ' ἐπι. Idem Eurip. ibidem: ὀλωλε καὶ
οὐκ ἐστ' εἰ βλέπουσα φάσι. & in Alcest. πῶς ἀν' ὁ ὑπὸς χερσὶν ἀνοίγει καὶ βλέπει. & in Troad. οὐ ταυτὸν ὅτ' παρὰ βλά-
πτων τὸ χερσὶν ἀνοίγει. Magis autem huic loco Virgilij conuenit illud quoque Sophoclis in Aiace: εἰ
βλέποντα μὴ πόθου, θανάτ' ἀν' οἰμώξεναι. Infra lib. 12. Æn. Spoliatum lumine. Tale & illud Hom.
οὐτὶς ἐμὸς ζῶντ' ἔσθ' ἄσπελον δεικτόρον. & Eurip. in Suppl. τὰ γὰρ φθίψθ' τοῖς ἀσπίσι κήρυξ. PELLACIS
VLYSSI] Lucret. lib. 2. Næue villo tempore credant, Subdola cùm ridet placidi pellacia ponti.
Pellacere autem Festo, in fraudem inducere: & ei lax fraus est. Vt autem hic pellax, à Græcis δολό-
μυτης, & δολοπόδου dicitur. Cæterum quancquam Grammatici omnes pellaciam, & pellacem à pelli-
ciendo deducant, ego tamen malo à pellando verbo exoleto, à quo composita appello, interpello, comp-
pello: quod non vocare, aut simpliciter nominare, sed blandiùs sollicitare significabat: vnde &
Iuriconsultus L. Item ad Labeonem. §. Si quis virgines; auctor est eum, qui virgines appellārit
ancillari veste vestitas, minùs peccare videri: appellārit, hoc est earum pudicitia blanditiis, & ver-
borum lenociniis attentarit: sapius ea voce à Iuriconsulto eorsum repetita. AD FLICTVS VIT.
IN TENEB. LVCT. TRAHEBAM] Vt Græci per φάσθ' letitiam, felicitatemque significant, &
per σκόπον priuationem: ita & Latini lumen, lucem, tenebrasque vsurpant. Eurip. in Hec. ἀλλ' ἡμῶν
ἡμεῖς οὐκ ἐστ' ἡμῶν ἐν φάσει, κατὰ δ' ἐσθίμαν' ἄσπελον ὑπὸ. & in Oreste de aduētante Argos Menelao:
ἡμεῖς φάσι καὶ στίς κακοῖς. Vt autem hic trahere vitam, sic & eodem loco Eurip. βίοντι ἔλκεν dixit: &
in Phœn.

in Phœn. ἔλκεν ἐκ τῆς πῶν ζῶντι. Videtur autem illud apud Lycoph. cognatum huic loco: λέως
— ἀρχὴ πῶν ζῶντι λυτῶν ἀμφοτέρωθεν βίον ἀμφοτέρωθεν enim est trahere & conuicti, κατὰ τὴν ἀμφοτέρωθεν.

Hinc mihi prima mali labe: hinc semper Vlysses
Criminibus terrere nouis: hinc spargere voces
In vulgum ambiguas, & quærere conscius arma.
100 Nec requieuit enim, donec Calchante ministro.
Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo?
Quidue moror? si omnes vno ordine habetis Achiuos,
Idque audire fat est: iam dudum sumite pœnas.
Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.

HINC MIHI PRIMA MALI LABES] Homer. τετρήντο νῆας εἰς αἰ ἀρχαίκοις, hoc est, ἀρχαί-
κων καὶ ἀρχαίκοις. HINC SPARGERE VOCES IN VVLGV] De eo ipso Sophocl. in Ai-
ace: τοῖς δὲ λόγους ψιδύροις πάλισον, εἰς ὅσα φέροι πᾶσαν ὀδυσεύς, καὶ σφόδρα πέσει. HOC ITHACVS VE-
LIT, &c.] Tale quid apud Hom. Il. α. ἦεν γηθήσαι ἄρταμοι, ἀρταμοῖο τε παῖδες, ἄλλοι τε βῶες μέγα κεν
καχάριατο θυμῷ: quasi illud hic Maro Æschyli exprimat in Suppl. μὴδ' αἶψ' ἡμῶν, ἡδονὴ δ' ἐχθροῖς
ἐμοῖς ἀσπάζομεν. QVID HÆC NEQUICQVAM INGRATA REUOLVO] Hom. Il. α. παλλόλοχα
παῖδ' ἐπαγγέρω, hoc est, παλλόλοχα.

105 Tum verò ardemus scitari, & quærere causas
Ignari scelerum tantorum, artisque Pelasgæ.
Prosequitur pauitans: & ficto pectore fatur.
Sæpe fugam Danai Troia cupière relicta
Moliri, & longo fessi decedere bello:
110 Fecissentque vtinam. sæpè illos aspera ponti
Interclusit hyems, & terruit Auster euntes.
Præcipuè, cùm iam hic trabibus contextus acernis
Staret equus, toto sonuerunt æthere nimbi.
Suspendi Eurypylum citatum oracula Phœbi
115 Mittimus: isque adytis hæc tristia dicta reportat.
Sanguine placatis ventos, & virgine cæsa,
Cùm primum Iliacas Danai venistis ad oras.
Sanguine quærendi reditus: animaque litandum
Argolica.

INTERCLUSIT HYEMS] χειμῶν ἐπέλεισται. ISQUE ADYTIS] Cæsar's interpretationem
Seruius est secutus: qui lib. 3. bel. cit. Pergami in occultis ac remotis templis, quò præter sacerdo-
tes adire fas non est, quæ Græci ἀδυτῆ appellant, tympana sonuerūt. SANGVINE PLACVENT.
ET VIRG. CÆSA] Nimirum immolata Iphigenia Dianæ, quam Eurip. θυμῶσι βοροστίς χαρεῖσαν
θεῶν vocat. Quantum autem ad ventos sanguine placatos, πνευσάνεμοι. θυμῶσι dicebatur: item & sa-
cra quædam antiquis αἰμακουργίαι, νεκροῖς μελιχθηα nuncupabantur.

Vulgi quæ vox vt venit ad aures:

120 Obstupuère animi, gelidusque per ima cucurrit
Ossa tremor: cui fata parent: quem poscat Apollo.
Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios: quæ sint ea numina Diuùm
Flagitat. & mihi iam multi crudele canebant
125 Artificis scelus: & taciti ventura videbant.
Bis quinos filet ille dies: tectusque recusat
Prodere voce sua quenquam, aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus
Compositò rumpit vocem, & me destinat aræ.

BIS QVINOS SILET ILLE DIES] Sic & de Melampode Poëta Epig.lib. 5. εἴθε δὲ δέσποδ' ἄμφω στυγροῖς σμάτρεσι θεοσφύτων ἀδύμα πτωίνειν. Ita & Calchas apud Hom. Il. a. cunctanter & agere causam immiffæ Græcis pestis effatur, & non nisi proteftatus, & pactus diferta cautione ab Achille impunitatem & defenfionem. MAGNIS ITHACI CLAMORIBVS ACTVS] Sic etiam apud Eurip. cum ageretur inter Græcos de immolanda Achilli Polyxena, variisq̄ue sententiis & ftudis decerneretur, tandem viciffè Vlyffis calculum, quem de maclanda virgine tulerat, chorus Hecubæ refert. RVMPIIT VOCEM] Hellenica imitatio: Græci siquidem ἐρηγνῶν φωνῶν dicunt. Ariftoph. in Nub. ῥῆξεν φωνῶν ἢ πρὶ γάρρεις. Demofth. 3. Philipp. ἐτόλμισεν οὐδέ τις ῥῆξαι φωνῶν item ῥῆξαι κλαῖον, πηγάς, δάκρυα. Epigr.lib. 3. δάκρυα δ' ἐκ ἔρρηξ' ὅτ' ἐνέθενον.

- 130 Affenfere omnes: & quæ sibi quisque timebat, Vnius in miseri exitium conuerfa tulere. Iamque dies infanda aderat. mihi sacra parari, Et falsæ fruges, & circum tempora vittæ. Eripui (fateor) leto me, & vincula rupi:
- 135 Limosoque lacu per noctem obscurus in vlua Delitui, dum vela darent: si fortè dediffent. Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi: Nec dulces natos, exoptatumque parentem: Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent
- 140 Effugia: & culpam hanc miserorum morte piabunt.

ET QUÆ SIBI QVISQVE TIMEBAT] Nimirum & vicarios interdum Latini dicunt, qui in vicem aliorum exitio deuouentur, vt ipsi suo capite procurent & luant ea, quæ aliis, aut ciuitati impendebant mala: vt ex carmine deuotionis docet Turnebus: quod est: Eosque ego vicarios pro me, fide, magistratuque meo, & populo Romano, exercitibus, legionibusque nostris do, deuoueo. Tale quid & apud Tacitum lib. 1. vbi de legionibus agit, quæ in feditiosos suspectæ & ipsæ rerum nouarū satis asperè decreuerunt: Et gaudebat (inquit Tacitus) miles cadibus, tanquā semet abfolueret. ET SAL. FRV. ET CIRC. TEMP. VITTÆ] Eurip. in Iphig. de ea ipsa: ὅτ' ἡμέτεροι καλομέναν. οὐλοχῦτας autem hic innuere videtur, quas & pro mola accipimus, vt suprà Pharamac. Calab. lib. 4. sub persona Sinonis: ἀμφὶ δὲ νόστον ἐνεσθῆ δδυστῆ· ἐμοὶ μὲν αἰωνοὶ δλεστρον, ὅρα μὲ δησσοσι δυσχερῆ· ἀμφὶ δουλοσθης δάμωσιν ἐιναιλοῖς, ἐμὲ δ' οὐ λείπει· ἀλλ' ἀλεγεινῶς αἰσυδάς τ' οὐλοχῦτας τι μὲν ἔσσομένους ἑσπαλῦξαι, ἀδανῶτων βουλήσιν παραλ' ποσὶ κάππεσον Ἰππευ. LIMOSOQVE LACV] Sic & Poëta πεταμῶν ἰλυόσστα vocat: & ἐλυμέν· Græcis limo inuolutus, & oblitatus dicitur, & ἀντι τοῦ κεκαλυμμέν·, vt Hom. νεφέλη ἐλυμέν· ὀμίς. Forfan & illud respexit Od. 6. de Vlyffe tempestate ad litus eiecto: ἐν πεταμῶν δυστηδέα νύκτω φυλάξω. VELA DARENT] Alibi vela facere. AD PENAS OB NOSTRA REPOSCENT EFFUGIA] Videtur hic Poëta respexisse antiqui iuris Romanorum & Græcorum consuetudinem, quæ obtinuerat vt ciuium liberi tanquam Reipub. oppignerati, & dati obsides paterna luerent & præstarent delicta, tum vt cura liberorum & metu coercerentur, & in officio contineretur patres, tum ne priuata, ob editum in patres exemplum offenderent & alienato à patria animo, liberi in res nouas propensiores laborerent. Cuius rei sunt apud Iurifconsultos monumenta quædam & reliquia: eiusque fidem facit nobis in epistola ad Atticum Cicero: qua licet non omnino Antonij liberis iniuus videatur, tamen paterni exilij comites Themistoclis liberos per Græciam errauisse, & eguisse testificatur. Cuius consuetudinis vel legis acerbitalatem innuere videtur Plato in Critone sub persona Socratis fugam arripere, quam Crito patefaciebat, detrectantis, his verbis: σὺ περὶ γὰρ δὴ παύσαι τῶν ἀποδῶν ἐξ ἀμφοτέρων τὴν τύχην, ὅτ' ἢ με γὰρ κινδυνώσονται γὰρ σου οἱ ἐπιτίθειαι ἢ αὐτοὶ φέρων ἢ σφρηθῶναι τῆς πόλεως, ἢ τὴν ὑσίαν ἀπολέσαι γὰρ δὴν τὴν δῆλον. Effugia autem ἀποδράσεις. Vt autem hic exoptatum parentem, Græci φίλον πατέρα, & ὅσον Eurip. in Med. ἀπὸ τῶν ἀντιπῶν πατέρ' ἀπομύξῃ φίλον· & passim.

- Quod te per superos, & conscia numina veri, Per, si qua est, quæ restat adhuc mortalibus vsquam Intemerata fides, oro: miserere laborum Tantorum: miserere animi non digna ferentis.
- 145 His lacrymis vitam damus, & miserescimus vltro. Ipse viro primus manicas atque arcæ leuari Vincla iubet Priamus: dictisq̄ue ita fatur amicis.

QUOD TE PER SVPEROS] Ascensius quiddam pro quocirca accipit. Alij expletiuam volūt esse particulam, vt Græcis nonnunquā ὅτ' πλεονάζει· vt & apud Platonem leg. 9. eo loco παρέλκει νεώτερον· ἢ ἔγωγε

A ἢ ἐγὼ γὰρ πρὸ γένων ἢ μὲν, ἢ πολλῶν ἐμπειροῦ· βελμάτων εἶπον ὅτι ποῦτον ἐμὲ χεῖρῶν πειρηθῆναι κατ' ἐμαυτὸν καταγινώσκου ἢ μὲν ἐν ἀσφαλείῃ σπέρμαθ' ἐμὲ δειξάτος ἔτι προσβυτέραις οὐσὶν ἢ ὑμῖν. Nimirum omnino & illud Palinuri ad Æneam lib. 6. simile est: Quod te per cali iucundū lumen, & auras, Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli. PER, SI QVA EST QUÆ REST. ADH. MORT. VSQVE INTEMERATA FIDES] Obseruanda est in hac particula per frequens apud Maronem Grammatica anomalia, vt quæ non fatis ad exactos Grammaticæ canones coërceri possit. Etenim hic dicendum videretur, vt orationis structura & normæ satisfieret, per, si qua est quæ restat, intemeratam fidem. Sed eadem poetica libertate & lib. Æn. 6. Virgilius videtur vsus eo loco: per sidera iuro, Per superiores, & si qua fides tellure sub ima est: & Æn. 12. Turne per has ego te lacrymas, per, si quis Amata Tangit honos: & Æn. 10. Vnum hoc per, si qua est victis venia hostibus, oro, Corpus humo patiare regi. IPSE VIRO PRIMVS MANICAS] Eurip. in Androm. sub persona Pelei: καλῶν κελύσθω δασμὰ σπῆν κλάειν πνα, ἢ τῆς δε χειρὸς δισπύχους ἀνέσαι. χειροβροῦς autem, vt Suid. ὁ δασμὸς ἀπὸ βροῦστων τῶν χειρῶν. ARCTA LEVARI VINCLA] Tib. lib. 9. Seruiat æquæ Vinculus uterque tibi, vel mea vincla leua.

- Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios: Noster eris: mihiq̄ue hæc ediffere vera roganti.
- 150 Quod molem hanc immanis equi statuere? quis auctor? Quidue petunt? quæ religio? aut quæ machina belli? Dixerat. ille dolis instructus, & arte Pelasga, Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas. Vos æterni ignes, & non violabile vestrum
- 155 Testor numen, ait: vos aræ, ensesq̄ue nefandi, Quos fugi: vittæque Deum, quas hostia gessi: Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura: Fas odisse viros: atque omnia ferre sub auras, Si qua tegunt: teneor patriæ nec legibus vllis.
- 160 Tu modò promissis mancas, seruataque serues Troia fidem, si vera feram, si magna rependam.

NOSTER ERIS: MIHI QVE] Sic & Priamus ad Sinonem apud Tryphiodorum: αἰεὶ δ' ἡμέτερον φίλον· ἔσσομαι, οὐδέ τί σε πάσχη, οὐδέ τί πλυνητέων δαλάμων γλυκὺς ἡμερῶν· αἰεὶ δ' ἢ σὺ γαί εἰπέ τί τοι τῶδε δουμά τέτυκ' ἴσασθ' ἀμειλίχοιο φόβου τέρας. ILLE DOLIS INSTRVCTVS] Il. 6. δόλοισ κεκαλυμμέν·. Sophocles μηχανορῥῆσον appellat. SVSTVLIT EXVT. VINCL. AD SID. PALM.] Xenoph. lib. 6. Pæd. τὰς χεῖρας ἀνατείνειν πρὸς τὸν οὐρανόν. Et Arist. de mundo: πάντες ἀνατείνουσι τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανόν. VOS ÆTERNI IGNES] Ætherem igneum, stellas quoque ignes esse Epicurus, Zeno, Anaxagoras, Plato quoque crediderunt: quorum tamen sententiam Aristoteles confutat: cuius forsan auctoritate motus hic Seruius, æternos ignes de aris dici vacillanter affirmauit. Lucretius sæpe ætherem igniferum vocat ex Epicuri dogmate, qui ætherem ex liquidissimis ignibus constare affirmauit. VITTÆ QVE DEVM, QVAS HOSTIA GESSIT] Sic & Lucret. de Iphigenia iam iam immolanda: Cui simul infula virgineos circumdata comptus Ex vtraque pari malatum parte profusa est. HOSTIA] σφάγιον. OMNIA FERRE SVB AVRAS] Sophoc. in Electra: ἐδὲ πᾶν ἀνασπύξαι σπρέπει πρὸς φῶς. TENEOR PATRIÆ NEC LEGIBVS VLLIS] Tales ἀκαταπόνητοι Græci vocant, exclusos scilicet, vel solutos fœdere & societate. SERVAT QVE SERVES] Imitatione Tragici, σποδῆς σῶσον.

- Omnis spes Danaum, & cæpti fiducia belli Palladis auxiliis semper stetit: impius ex quo Tydides, sed enim, scelerumque inuentor Vlyffes,
- 165 Fatale aggressi sacrato auellere templo Palladium, cæsis summæ custodibus arcis, Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis Virgineas ausi Diuæ contingere vittas: Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri
- 170 Spes Danaum: fractæ vires: auersa Deæ mens. Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris. Vix positum castris simulacrum: arserè coruscæ

Lumini.



Luminibus flammæ arrectis: falfusque per artus  
Sudor iit: terque ipsa solo ( mirabile dictu)  
175 Emicuit, parmamque ferens, hastamque trementem.

SACRAM EFFIGIEM] Cælo lapsam interpretatur Seruius, ἀλάμα διππότες. Ut autem hęc factam, scipe apud Eurip. στυμὸν βρότας & Epigr. τριτοχρῶδὸς εἴτελον ἐνθαπίης, de Palladio. VIRGINEAS VITTA S] Nam & eas diuersas à maritalibus fuisse certum est: Valer. Flaccus: Vltima virgineis rum flens dedit oscula vittis. Quod autem m. amibus cruentis aufi contingere dixit, infra pauld de factis loquens: Me bello è tanto digressum & cæde recenti Attrectare nefas, donec me flumine viuo Abluero: & Apoll.lib.4. τῆς ἢ χαλύπτεω ἀργυρέω ἢ πέπλον ἀλοομένω ἐρύθηνον. Accedit proximè ad ver- sum hunc Maronis ille quoque Nicandri: ἀργυρέων ὅτε χερσὶ θεῶς ἐδράξατο πέπλον, de Orione & Dia- na. Alludit autem Virg. ad Romanas virginalesque vittas, quas ilico nupta maritalibus vittis mu- tabant, ducto à Græcia more: vnde Prop.4. Mox vbi iam facibus cessit pratexta maritis, Vinxit & acceptas altera vitta comas. EX ILLO FLVERE, AC RET. SVBL. REFERRI] ἀνέρρου χα- ρείν. quod Eustathius in eum Od. 2. locum, ἐπὶ ἔομεν -- ῥηϊδίως ἀσείτε κριτὰ ῥόν, opponit πρὸ χτὶ ῥού φέ- ρεσθαι. ἔσθ' εἰσάει, inquit, μεταφορικῶς ποτε ἐπὶ χτὶ ῥόν ἀποσοῦσθαι λέγειται. -- πρὸ χτὶ ῥού ἀνέπαιιν ἔχει τὸ ἀνέρρου γαρήν, ὃ ἢ ἄλλο π. μοιμαζέει ὅτι ῥῶ ἔξ ἀπυργίας μεταβληθέντων εἰς τὰ ἀνέπαιιν. Videtur & manifesta hęc loci illius apud Eurip. in Supp. imitatio: ἀνω γὰρ ἂν ῥέει τὰ ἀργυρέα ὄντως, εἰ' πταξέμεθα δὴ. Vt autem Euripides ἀνω ῥέει dixit infortunium notans, sic contraria significacione Æschyl. in Pers. δάμωνα ἐφοεῖν. Illud verò ἀνω ῥέει, à parcæmia vetere, cuius meminit Aristot. Met. 2. γῆνοιτ' ἀπὸ λεγύμενον, ἀνω πτωμύθῳ, ὅσθ' ἀδ' αἰώσαν. Ex illo autem, Homcr. ἐν τοῖσ' Ἰλ. ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐν τοῖσ' ἐνοσσεύετο γῆν' ἠώς. AVERSA DE Æ MENS] Suprà: solo fixos oculos auerfa tenebat: & Hom. Ἰλ. κ. διδὸς ἔφα- πετο φελλῷ. TRITONIA] Eadem ἀπυρτώνη, ἢ ἀπυρτόν, ὃ ἔστιν ἀπειρη, ὅσθ' ἀπὸ τῆσ' αἰ, ὅθεν τὸ τῆσ' αἰ. AR- SERE CORVSCÆ FLAM.] Tale quid ex Herodoto observauit Eustath. in illũ Ἰλ. 2. locum, δασὶ οἱ ἐκ κέρυδι τὸ τε ἢ ἀσπίδι τὸ ἀλάματων πόδες, his verbis: ἐνταῦθα ἢ μινεῖον ἢ ὅπ κλοομένω κερδὶ ἠερόσσην κερδὶ δόμω τὸ εἶναι ἐξ ἀγέλιματ' ὅσθ' σπῆτέον φλόγα πύρρὸς ἐκλάμασαν. SALSVS QVE PER ARTVS SV- DOR IIT] Vide Arist. lib. Meteor. 2. vbi falsædinis maris causam reddit, negatq; fati exaetè ab Empedocle τῶν ἀλάματων τῆς γῆς ἰσρώτα definitam esse: quamuis non ineptè, & metaphoricè dictum agnoscat. Lucret. item lib. 1. lacrymas & fundere falfas cæpiffè. Notum quippe est, omnes humani corporis excretiones falfas esse. Quod autem ad δεισδαμμονίαν attinet, vide eum Apoll. locum lib. 4. ἢ ὅταν ἀντόματ' ἔθονα ῥέει ἰσρώοντα αἵματι. Certè & in problem. Plutarchus memorat τὰς ἐλάφοις ἀ- μυρὸν ἀρίγναι, πύρρ' ἢ γλυκὺ τὸ δάκρυον ἀλισκομένωις. E M I C V I T] Ascensus respiciens apparuit in- terpretatur. Non videtur tamen sententia huius loci hæc interpretatio conuenire: nimirum cum ter solo emicuerit: quod videtur potius in ea esse significacione, qua micare digitis, & vt suprà equos micare auribus dixit: & infra, Ante omnia corpora Nisus Emicat: vt simulacrum constiterit velut in pedes arrectum, & nouo motu excitatum: quod prodigiosum esse augurum docebat disci- plina. Cui interpretationi suffragari videtur vir huius ætatis doctissimus Vatablus: qui eum locum Arist. lib. 1. Meteor. ἀλλο δ' ἐν μέρει σωμασφέρεται τὸ ἀναδυμωμένω πύρρ', ita reddidit: & alia in parte sur- sum vnà cum exhalante igni emicat. Et 12. Æn. Emicat in currum: & eodem: Emicat hęc impune putans & corpore toto Altè sublatum confurgit Turnus in ensem. Est igitur hęc, solo emicuit, con- stitit, sese hęc in pedes erexit: vt Poëta antiquum Palladij situm, posituram que respexerit. Etenim Eustathius in eum Ἰλ. 2. locum, ῥέειναι ἀδλωαίης ἐπὶ γόνυσιν ἠυκόμοιο, docet statuas Pallad is sedentes semper exhibitas fuisse. κἀδλω ἢ ἢ, inquit, ἀδλωαίης ἔθονα ἢ ἐν φοναίᾳ, ἢ μαστωλίᾳ, ἢ ῥάμῳ, ἢ γῆφ. Hæstam autem trementem, δ' ἔρου τῆσ' ἔρου Poëta.

Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas:  
Nec posse Argolicis excindi Pergama telis:  
Omina ni repent Argis, numenque reducant,  
Quod pelago, & curuis secum aduexere carinis.  
180 Et nunc, quod patrias vento petiere Mycenæ:  
Arma, Deosque parant comites: pelagoque remenso  
Improuisi aderunt. ita digerit omnia Calchas.  
Hanc pro Palladio moniti, pro numine læso  
Effigiem statuere, nefas quæ triste piaret.  
185 Hanc tamen immensam Calchas attollere molem  
Roboribus textis, cæloque educere iussit:  
Ne recipi portis, aut duci in mœnia possit,  
Neu populum antiqua sub religione tueri.

OMINA NI REPETANT ARGIS] Redauspicare, & redauspicati veteres dicebant. Sed & vt Virgi-

vt Virgilius, repetere auspicia Liiui dixit: Namque Papirius dictator à pullario monitus, cum ad auspiciam repetendum Romam proficisceretur, magistro equitum denuntiavit, vt sese loco tene- ret. Et Tacit. lib. 3. Ann. At Drusus vrbe egressus repetendis auspiciis, mox ouans introiit. Græci autem Pelagoque Remensio] Sic & Hom. Od. μ. ὅσθ' ἐπὶ τῶν δολῶν ἀναμείψασαυ γέφυρα- διν. Et Theocr. in Eur. ὁδὸς ἢ πῶδ' ὅ μ' ἐθέλει τὸ σῶμα ἄλλα μετρήσασθ'. ROBORIBVS TEXTIS] Sic & Catull. Texta carinæ. CÆLOQVE EDVCERE IVSSIT.] Sic & ἐξ ἀγέων Hom. Ἰλ. η. τῷ μῦθον δ' ἀρίστ' πύρρ' ἔνα χροοίμεν ἐξαγαγόντες.

Nam si vestra manus violasset dona Mineræ:  
190 Tum magnum exitium (quod Dij prius omen in ipsum  
Conuertant) Priami imperio, Phrygibusque futurum.  
Sin manibus vestris vestram ascendisset in urbem:  
Vltro Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello  
Venturam, & nostros ea fata manere nepotes.  
B 195 Talibus infidiis, periurique arte Sinonis  
Credita res: captique dolis, lacrymisque coacti,  
Quos neque Tydides, nec Laryissæus Achilles,  
Non anni domuere decem, non mille carinæ.

NON ANNI DOMVERE DECEM] Conuenit Græcum Epigramma: ἀ κλεινὰ ποταμῶν πόλις ἐν ἀλαπάξει ἐλλύων δαίτης ἢ ἐτάλασεν ἀρης ἀμοσθδν. Et Eurip. in Androm. εἴλε σ' ὃ χυλίοις ἐλλὰδ' ὅ- ἀνὸς ἀρης & Æsch. in Agam. δέκατον μὲν ἔτ' ὅ τ' ὅπ' ἀνὰ μῶ -- εἴλον ἀργείων χυλινάϊταν τ' δ' ἀπὸ χῶρας. Vnde & Lycophroni ὃ χυλίου χῶ -- τὸ πολυβράσιν εστῆσι. Prop. & Danaum Eubœico littore mille rates.

Ecce aliud maius miseris, multoque tremendum  
200 Obiicitur magis, atque improuida pectora turbat.  
Laocoon ductus Neptuno forte sacerdos  
Solennes taurum ingentem maçtabat ad aras.  
C Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta  
(Horresco referens) immensis orbibus angues  
205 Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt.  
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæque  
Sanguineæ exuperant vndas: pars cætera pontum  
Ponè legit, sinuatque immensa volumine terga.  
Fit sonitus spumante salo. iamque arua tenebant:  
210 Ardentesque oculos suffecti sanguine, & igni,  
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.  
Diffugimus visu exangues. illi agmine certo  
Laocoonta petunt: & primùm parua duorum  
Corpora natorum serpens amplexus vterque  
D 215 Implicat: & miseros morsu depascitur artus.

LAOCOON DVCTVS NEPTVNO SORTE SACERDOS] Tacitus lib. 1. Idem annus nota- uas carimonias accepit, addito sodalium Augustalium sacerdotio, vt quondam T. Tatius, retinen- dis Sabinorũ sacris sodales Tatios instituit: sorte ducti è primoribus ciuitatis vnus & viginti. Nep- tuni verò sacerdotes ἱερομνήμονας dictos auctor est Plutarch. συμπ. η. καὶ τοὶ πολλοὶ αἰσίοις ἐμὲ λέγοντος, ὅπ' αἰεὶ οἱ τὸ ποσειδῶν ἱερεῖς, οὗς ἱερομνήμονας καλεῖμεν, ἰχθῶδες ἢ ἐδίουσι. ECCE AVTEM GEMINI] His quoque serpentibus nomina Grammatici dederunt, alteri Porcen, alteri Charibæan, vt admonet Lycophronis interpres. Non videntur autem alieni ab hoc loco Theocriti versus in Heraclisco de serpentibus geminis à Iunone pupo Herculi immisiss: τὰ μὲν ἄρ' ἀνὰ πέλωρα δύω πολυμήχαν' ἦρη ἄσαν ἐπὶ πᾶσι τὸ οὐδὲν ἐδὶ παρὰ κούρα θυρέων ἔμμου, ἀπειρήσασα σαγῖν βρέφ' ἠερακλῆα. τὸ δ' ἐξείλυθ' ἔντε δὴ χυδονίγαστρος ἀμφο ἀμοσθῶρας ἐνούλιον, ἀπ' ὀφθαλμῶν ἢ κελὸν πύρρ' ἐρχόμενοι λάμπασε, βαρῶ δ' ἐξέπυον ἰδν -- τὸ δ' αὐτὲ ἀπέρρασαν ἐμοσθῶδιν ἀπὸ πᾶσιν. I V B Æ Q V E S A N G V I N E Æ] Iubas sanguineas dixit vt Eurip. in Phœniiss. φωνικόλοπον δράκοντα. LINGVIS VIBRANTIBVS] Lucret. lib. 3. Quinetiam tibi si lingua vibrante minantem Serpentem, &c. Sic & de Miloniano iudicio Cicero dixit: Cot- pore præ metu vibrante, & voce interrupta: quod Plutarchus reddidit, κερδ' αὐνίμεν τὸ σῶμα, ἢ τῶν φωνῶν

φανώ εινχοίον. ILLI AGMINE CERTO] Infrā lib. 5. Ille agmine longo, Tandem inter para- ras, & laetia pocula lapsus. CORPORA NATORVM] Apollon. lib. 4. de Colchico dracone: ἀλλὰ καὶ ἐμπίσσι ὕψος σφαιροειδῆ καφαλίω μινάειον αἰέρας ἀμφοτέρωσιν ἀλοῖσι πρὸς πύξαι ἤνυον. Calab. μ. ἐν ἐπιθ. δὲ κωμ. ἀπαδεν λαοκόων εἰμα παροῖ, πῆδθησεν γδ οὐλομένη κίρη καὶ θεός. οἰδ' εἰ ἦσας ἑσπερομένονσας ἀλεδρον ἀμφοτέρωσιν ἀλοῖσιν ἀντρεῖ. ἴαντο ἤνυσαν πωσὶ φίλῳ ὀρέροντι ἑὰς χέρας, οἰδ' ὅσ ἀμωίον ἔδενον.

- Pōst ipsum auxilio subeuntem, ac tela ferentem Corripiunt, spirisque ligant ingentibus: & iam Bis medium amplexi, bis collo squamea circum Terga dati superant capite, & ceruicibus altis. 220 Ille simul manibus tendit diuellere nodos Perfusus sanie vittas, atroque veneno: Clamores simul horrendos ad sidera tollit. Quales mugitus, fugit cum faucibus aras, Taurus, & incertam excussit ceruice securim. 225 At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiant: saevaque petunt Tritonidis arcem: Sub pedibusque Dæx, clypeique sub orbe teguntur. Tum verò tremefacta novus per pectora cunctis Insinuat pavor: & scelus expendisse merentem 230 Laocoonta ferunt: sacrum qui cuspide robur Læferit, & tergo sceleratam intorferit hastam. Ducendum ad sedes simulacrum, orandaque Diuæ Numina conclamant. Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis. 235 Accingunt omnes operi: pedibusque rotarum Subiiciunt lapsus: & stupea vincula collo Intendunt. scandit fatalis machina muros Fœta armis. circum pueri innuptaque puellæ Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.

CLAMORES SIMVL HORRENDOS AD SID. TOLLIT] Hom. Od. 3. σφαιροειδῆσιν δ' ἔβησσι, καὶ ἄν τε πᾶσι θεοῖσι. QVALES MVG. FVG. CVM SAVC. &c.] Sophocl. in Aiac. ἑσπερομένη, παρ- ρ. ὡς μινάειον. Et II. ὡς δ' ὅταν ὄξωσιν πύξαι ἀλξήσιν αἰὲς κέρας ἐξέπιδον κερῶν βοδὸς ἀρξέωσιν, ἴνα τὰ μὲν δια πάσαν, ὁ δὲ πρὸς ἑσπερὸν ἔρσησιν. Item II. αὐτὰς ὁ θυμὸν αἰδοῖ καὶ κίρη, ὡς ὅταν ταῖσιν ἐπιθ. ἀπαδεν λαοκόων εἰμα παροῖ, πῆδθησεν γδ οὐλομένη κίρη καὶ θεός. οἰδ' εἰ ἦσας ἑσπερομένονσας ἀλεδρον ἀμφοτέρωσιν ἀλοῖσιν ἀντρεῖ. ἴαντο ἤνυσαν πωσὶ φίλῳ ὀρέροντι ἑὰς χέρας, οἰδ' ὅσ ἀμωίον ἔδενον. Obscr- uat autem Turnebus piacularia auspicia à veteribus appellata, quæ sacrificantibus u. s. b. peren- debant: vt, si hostia ab ara profugisset, aut mugitum percussa dedisset, aut in aliam corporis par- tem, quàm oporteret, decidisset. Tale quoque ostentum in prodigium inter- retatur Tacitus lib. Ann. 19. inter cætera, quæ exitium Vitellio portendebant, his verbis. Accessit dirum cmer, pro- fugus altaribus taurus, disiecto sacrificij apparatu, longè, vbi ferri hostias mos est, confusus. CLYPEI QVE SVB ORBE TEG.] Vult scilicet Poëta confugere serpentes ad Mineruam, tan- quam ἀλακωμενίδια ἀδελφῶν, dictam à Græcis πρὸς τὸ ἀλακωμῆν, ὅσα βουδῆν. DIVIDIMVS MVROS, ET MOENIA PANDIMVS] Nec Thorius putat, nec ego, ex abundantia muros & mœnia eodē spi- ritu à Marone contexta: nam etsi hæc duæ voces confundantur interdum, tamen muros propriè pro ambitu lapideo accipio, urbem cogente; mœnia autem, à muniendo & mœniendo dicta, non tantum vrbis esse, sed etiam munitionem, castrorum, & aliorum ædificiorum, ex illo Cæsar. 2. bel. ciuil. Cum penè ædificata in muris ab exercitu nostro mœnia viderentur: & Virg. lib. 9. AEn. Ingenti clamore per omnes Conduunt se Teucris portas, & mœnia complent. Vnde & Plautus in Bacch. Cum Priami patriam Pergamum diuina mœnitum manu: & Lucr. mœnia mundi. Sed & hæc sententia probata est doctissimo, mihi que amicissimo viro Tid. Gifio, qui hunc mihi ex Vitruuij lib. 1. locum in- dicauit, hoc tenore. Cum ergò his rationibus erit salubritatis & mœnium collocandorum explica- tio, regiones que electæ fuerint fructibus ad alendam ciuitatem copiosæ, & viarum munitiones, aut opportunitates fluminum, seu per portus marinæ subuectiones habuerint ad mœnia comportatio- nes expeditas, tunc turrium, &c. & alterum locum in præfatione lib. 9. Nobilibus athletis — hono- res con-

res constituerunt, vt non modò in cõuentu stantes cum palma & corona ferant laudes, sed etiam, cum reuertuntur in suas ciuitates cum victoria, triumphantes quadrigis in mœnia & in perias inuehantur. Quippe non solum mania tauri sonare videtur, sed propugnacula, munitiones que omne genus, ad tuendam urbem pertinentes, hoc est, ἔργα καὶ παρρησιαῖα etiam si has quoque vocet: Quidius Metamorph. 11. geminaria: Phrygiæque tyranno Ædificat muros, pactus pro mœnibus au- rum: cum redemptorum opera, qui muros vrbi struendos conduxerunt, ad mœnia quoque muni- mentaque cætera porrigi videatur. Sed nec extraxit est obseruatio Thorij nostri, cui placet, hic mania Scæam etiam portam, ruina & demolitione sua Troiæ confatalem, respicere. Quid quod vtrique nostrum nec videri potest Maro ad copiam diuere & videri e- niunxille, cum pandere non simpliciter aperire, vt diuere, significare videatur, sed amplius aliquid, & fortè etiam ædificiorum moles complanare, & maiore hiatu patefacere: vt supra: Panduntur portæ: & de Ceibero: tria gut- tura pandens. Ego verò aliquando, post ciuile bellum, vrbi Aurt. lix., iussu regio muris recindere & mutata, illacrymatus, ad equum Durateum allusi hoc Elego:

Σὺν πρὸς ἄλλοις Τροίην ἐύλιπος σινναμάριον πάλος, Θεοδρόμον τε πόλιν ἑβίος ἐυαίλιος. Ἐς κελὸν ἀλλ' ἔριπεν βουλῆ Διὸς ἀτυλομήτης Διπλασάροντος τὸ κλέος Ἀνεάδαις. καὶ γδ Θεσσαλίῳ σπάρησεν νεκρὸς ἀγαλλοδὸς, πῶσιν δουλοῖον Ἐλλάδα Πελαγίδαις. Δύστω Ἀυρελί' ἐκ ἐχθροῖο σε ἀλλοδαπῶ. Πίψε χαμάριε βαλὼν ἀλλοπρὸς παλλοσ ἀρμ. Οὐ κλέος, ὀπλοτόκος σε μὲν ἐκ καταίχων ἴππος, Ἀλλὰ διχρασπῆς ἀ πῶλιπρὸς ἔσπε. ὡς τ' ἀπολις πόλις, αἰ ἀτυχὸς καὶ ἀτυχεῖον ἄσπε, Δάκρυσιν ἀρδύω λείψανα καὶ σά γόοι. Σὸς ἔσφιμος, πάτρ', ἀνελεπὸς ἀνασῆσσεσ' ὀπίσω σε, Εἰ κεν τειχομελὴς νόστιμος ἦ κίφαρή. ὡς Τροίην τῆς γδ νῦν ἐτετραλίε μοίρα Σοι πόροι, εἰ νῦν ὅστις ἑαυτὸν ἔρχε;

C ACCINGUNT OMNES OPERI] Docet Nannius allusisse Maronem ad Theras Deorum vehicula, quæ Alconius à diuinitate dici putat, vel quòd ante ipsas I ra tendantur, quæ gaudent manu tenere, & tangere qui eas deducunt: quæ certè Alconij verba non implicuisse, sed representa- tisse videtur Poëta. PEDIBVS QVE ROTARVM SVBICIVNT LAPVS.] Non ita remo- tum ab illo Hom. II. 6. χεῖρσιν δ' ἐσφ' ἑσπὸ κύκλα ἐκαστὸν πυθμῆσι θῆκεν. ὄρεσσι δ' αὐτῶμα πᾶσι δὴσιν δὴσιν. Docti Grammatici ἑσπὸν κλα vno vocabulo efferunt. Et Calab. u. de eodem equo: ἐπὶ τῶν ἐκαστῶν ἐπὶ βραχίονσιν ἐύξοκα δούρασι θῆκεν, ὄρεσσι κεν αἰχμησῶσιν ὀπί πῶλιπρὸν ἔσπε. ἑλλῶμασιν ἑσπὸν ἑσπὸν πῶλιπρὸν εἰσιν. & post paulò, equum dicit θεῶν ἐπιβήτορα κύκλων. MACHINA FOETI ARM- IS] Sic & Epir. ἑσπὸν τῶν βόλας ἀνεκτῆ κέρον, εἰσπε τῶλον δῆσπον δαναῶν ἑσπὸν ἡσυχῆσιν vnde & Try- phiodorus persians in metaphera equi obstetricem vocat Palladem, μάχα πῶλιπρὸν τῶλον πῶλι- ποδὸς ἀδελφῶν. FVNEM QVE MANV CONTINGERE GAVDENT] Apoll. lib. 4. de vellere aureo ab Isafone euictò: ὄρεσσι δ' ἑσπὸν ἑσπὸν ἑλλῶμασιν, δέχεται τ' ἐπὶ χερσῶν ἑσπὸν. Vt autem hic sacra canunt Calab. u. de equo recepto à Troianis: ἀμὲν δ' ἀρ' ἄλλο πῶλιπρὸν ἀδελφῶν ἑσπὸν ἑσπὸν ἑσπὸν ἑσπὸν, ἀμὲν δ' ἐσπὸν ἑσπὸν καὶ. Et Tryphicd. ἑσπὸν ἑσπὸν ἑσπὸν ἑσπὸν ἑσπὸν ἑσπὸν.

- 240 Illa subit: mediæque minans illabitur vrbi. O patria, ô Diuûm domus Ilium, & inclyta bello Mœnia Dardani stum. quater ipso in limine portæ Substitit: atque vtero sonitum quater arma dedere. Instamus tamen inmemores, cæci que furore: 245 Et monstrum infelix sacrata sistimus arce. Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora, Dei iussu non vnquam credita Teucris. Nos delubra Deûm miseri, quibus vltimus esset Ille dies, festâ velamus fronde per urbem.

ET MONSTRVM INFELIX SACR. SIST.] Sic Eurip. de equis in Hipp. πόλις παρ' αὐτὸν ἑσπὸν ἑσπὸν, cum hic monstrum equus sit durateus. CASSANDRA FVTVRIS] Quæ ad Callandræ S 2

Cassandra mores, natales, studia, & diuinandi peritiam pertinent, fufius Tzetzes Lycophronis in- terpres ex Theone his verbis exequitur: ...

- 250 Vertitur interea caelum: & ruit Oceano nox Inuoluens vmbra magna terramque, polumque, Myrmidonumque dolos. fusi per moenia Teucris Conticuere: sopor fessos complectitur artus. Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat
255 A Tenedo, tacitae per amica silentia lunae, Littora nota petens: flammam cum regia puppis Extulerat: fatiscus Deum defensus iniquis Inklusos vtero Danaos, & pinea furthim Laxat claustra Sinon. illos patefactus ad auras
260 Reddit equus: laetique cauo se robore promunt Tifandrus Sthenelusque duces, & dirus Vlyfles, Demissum lapsi per funem, Athamasque, Thoasque, Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon, Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus.
265 Inuadunt vibem fomno, vinoque sepultam.

VERTITUR INTEREA CAELVM] Hom. Od. β. δ' ούστε δ' ήλιος, ουδ' ουτε τι πατα άγμαί. S O- POR FESS. COMPL. ARTVS] Aristor. in lib. De somn. & vig. somnos etiam ex laborib. conciliari docet; quod liquandi humoris vim habeant, his verbis: ...

A epeum εζ' επάλξεον πλεκτασιν εις γλυ σωμα κλεθησαν ποδη. Propert. Per quam demisso toties tibi fune pendenti, Alterna veniens in tua colla manu: & Lucret. 2. mortalia facta superne Aurea de caelo demisit funis in arua: Aristoph. in Vesp. ...

- Caeduntur vigiles: portisque patentibus omnes Accipiunt focios: atque agmina conscia iungunt. Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris Incipit, & dono Diuum gratissima serpit.
270 In fomnis ecce ante oculos mcestissimus Hector Visus adesse mihi, largosque effundere fletus, Raptatus bigis, vt quondam, aterque cruento Puluere, perque pedes traiectus lora timentes; (Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo
275 Hectore, qui redit exuuias indutus Achillis, Vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignes!) Squallentem barbam, & concretos sanguine crines, Vulneraque illa gerens, quae circum plurima muros Accepit patrios. vltro flens ipse videbar
280 Compellare virum: & mcestas expromere voces.

TEMPVS ERAT, QVO PRIMA, &c.] Concubium describit, quod dicunt esse inter primam facem, & noctem intempestam. Eurip. in Rheto: ...

O lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum, Quae tantae tenuere morae? quibus Hector ab oris Expectate venis? vt te post multa tuorum



Funera, post varios hominumque, vrbsique labores  
 285 Defeffi aspiciamus? quæ causa indigna serenos  
 Fædauit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?  
 Ille nihil: nec me quærentem vana moratur.  
 Sed grauitèr gemitus imo de pectore ducens,  
 Heu fuge nate Dea, teque his, ait, eripe flammis.  
 290 Hostis habet muros: ruit alto à culmine Troia.  
 Sat patriæ, Priamoque datum, si Pergama dextra  
 Defendi possent, etiam hac defensa fuissent.  
 Sacra, suosque tibi commendat Troia Penates.  
 Hos cape fatorum comites. his mœnia quære,  
 295 Magna pererrato statues quæ denique ponto.

SAT PATRIÆ, PRIAMÓQVE DATVM] Infrà lib. 9. Sat satis, Venerique datum.

Sic ait: & manibus vittas, Vestamque potentem,  
 Æternumque adytis effert penetralibus ignem.  
 Diuerso interea miscetur mœnia luctu:  
 Et magis atque magis (quanquam secreta parentis  
 300 Anchisæ domus, arboribusque obtecta recessit)  
 Clarefcunt sonitus, armorumque ingruit horror.  
 Excitior somno: & summi fastigia tecti  
 Ascensu supero: atque arrectis auribus asto.  
 In segetem veluti cum flamma furentibus auftris  
 305 Incidit: aut rapidus montano flumine torrens  
 Sternit agros, sternit fata læta, boumque labores,  
 Præcipientesque trahit syluas, stupet inscius alto  
 Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

ÆTERNVMQVE ADYTIS] Hunc ignem Eurip. in Androm. respexit: δὲ ἐπὶ πύρρῃ ἐπιβήμενος ἐν ἡρώεσσιν ἑλέαμην κρητὸρ δούδων. Hunc ignem Romam Troia delatum ab Ænea prodiderunt multi auctores: & annuit illud Propertij: Nam Vestæ Iliacæ felix tutela fauillæ Culpam alit, & plures condit in ossa faces. Huic sententiæ astipulatur & Liuius, qui Vestæ sacra vt verustissima ab Albanis accepta tradit, à Numa autem primùm Romæ instituta. Ignem quoque Vestæ consecratum constat ea cura seruatum, vt per negligentiam fortè extinctum, nequaquam ex alio igni reconstari & resuscitari fas esset, sed accensâ per fomites ex sole flamma purum & caelestem ignem elici sacra imperassent. Cic. lib. 3. de legib. Virgines Vestales in vrbe custodiunt ignem foci publici seu paternum. ANCHISÆ DOMVS — RECESSIT] Pari forma Catull. Iphius at sedes, quacunque opulenta recessit Regia, fulgenti splendent auro atque argento: & infrà Maro: Hic spelunca fuit vasto summo recessu. DOMVS ARBORIB. OBTECTA] Alludit ad Romanorum procerum luxum & delicias, qui etiam in vrbe lucos in domibus haberent: vnde Tibull. 3. Et nemora in domibus sacros imitantia lucos, Auratæque trabes, marmoreumque solum. Ex decoro autem Poëta magnificè Augustalem domum Anchisæ tribuit, qualis ἑπιμαρτύριος οἰκίας Græci, & διακαίροις principū ædes, à priuatorum domibus distinctas & secretas, quas Latini *insulas*. EXCITIOR SOMNO] Hom. *ἴαπε ὕπνου ἐξέδωρε, & σάστα*. & Od. β. ἄρρητ' ἄρ' ἐξ' ἀνήτην ὀδυσσῆος φιλῶ υἱός. & Æsch. in Eumen. *ἄπολακτίζῃ ὕπνον*. Et Orph. Argon. *δολίου ἐξέσσυτο ὕπνου*. & άλλο δ' ἐξ' ἐπιούσης. IN SEGETEM VELVTI] Hom. *ἴυτε ποδὲ ἀίδυλον ἐπιφλέγῃ ἀσπετον ὕλλυ οὐρε*. & *ἐν κορυφῆς, ἔκασθεν ἢ τὸ φαίνε*. & *ἀυγῆ*. & Il. ε. *ἴωε δ' ἀμπεδῶν ποταμῶν πῶδεντι ἐοικώς χεῖμαρῆρος, ὅστ' ἄνευ βέων ἐκείδουσε γαφύρας*. τὸν δ' οὐ τ' ἄρ' τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχυρίων, οὐτ' ἄρα ἔρκεα ἰσχυρὰ ἀλωάων ἐειδηλέων ἐλθόντ' ἐξ ἀπίνης, ὅτ' ἐπιβρίση δῖος ὄμβρῳ, πολλὰ δ' ἄσ' αὐτῆς ἔργα κρητῆεσσι κἀλ' ἀζύων. Et Il. λ. δ. δ' ὅποτε πῶδων ποταμῶν πῶδεντι κἀπεισι χεῖμαρῆρος κρητ' ὄρεσθιν ὀπαζέμεν. & *διδε ἄμβροφ, πολλὰς ἢ δρῶς ἀλῆας, πολλὰς ἢ τὸ πάλυας ἐσφῆρε*. & *πολλὰν δ' ἐτ' ἀφυσγητὸν εἰς ἄλα βάλλει, ὡς ἐφῆπε κλονέων*. Item Soph. in Antigon. *ὄρεσσι κρητῆροισι χεῖμαρῆρος ὅσα δ' ἐνδραν ἰσπέει κλονας ὡς οὐσάξῃ*. τὰ δ' ἀνπιτείνοντ' αὐτὸ φρεμὶ δῖο πῶδῳ. Et Æsch. in ἐπιφ. *βρέμει δ' ἀμαχέτου δῖον ὕδωρ*. & *ὄρουτῦπου*. Et Il. δ. δ. δ' ὅτε χεῖμαρῆρος ποταμῶν κρητ' ὄρεσθιν ἔροντες εἰς μισγάγμεναι συμβάλλετον ὄμβρομον ὕδωρ κρουσῶν ὅα μεγαλῶν κλῆνῆς ἔντοδε χαράδρῃς, ὅστ' ἄρ' δέ τε πῶδῳ ἐν οὐρεσθιν ἔκλυε ποικίλῳ, qui vltimus versus respondet illi Maronis: *Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.*

Tum

Tum verò manifesta fides: Danaumque patefcunt  
 310 Insidia: iam Deiphobi dedit ampla ruinam  
 Vulcano superante domus: iam proximus ardet  
 Vcalegon: Sigæa igni freta lata relucent.  
 Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum.  
 Arma amens capio: nec sat rationis in armis:  
 315 Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcem  
 Cum fociis ardent animi: furor, iraque mentem  
 Præcitant: pulcrumque inori succurrit in armis.  
 Ecce autem telis Panthus elapsus Achiuûm,  
 Panthus Otriades, arcis, Phæbiique sacerdos,  
 320 Sacra manu, victosque Deos, paruumque nepotem  
 Ipse trahit: cursuque amens ad littora tendit.

VCALEGON] Eius meminit Hom. Il. γ. ἐκαλέγων τὸ ἔξ' ἀντίνορ πεπυμένω ἀμφοῖν εἶατο δημογῆραςτες ἐπὶ σκαίῃσι πύλῃσι γρητῆ δὲ πολέμοιο πεπυμένοι, ἀλλ' ἀγρητῆται ἐσθλοί. ARMA AMENS CAPIO] Sic & Græcis ὀπὰ ἀμείων familiarè. PANTHVS OTRIADES ARCIS PHOEBI'QVE SACERDOS] Viderur locum Homeri respicere Il. ε. τὸ δ' ἔξ' ἀπὶ μῆροσιν, ἔξ' ἀπὶ μῆρον εἶα πάνθ' ἔξ' ἐν ἰσπερμαχοῖσι δομῶναι. Et poëta Epig. meminit Panthoi lib. 5. τὰνδ' ὄ. ἔξ' ἰσπερμαχοῖσι δομῶναι, ἀλλ' ἐπὶ δεινῶν ἐπὶ μῆρον ἔπυσε κρητ'. NEPOTEM TRAHIT] Infrà de Andromache: & auo puerum Atlyanaeta trahēbat.

Quo res summa loco Panthu: quam prendimus arcem?  
 Vix ea fatus eram: gemitu cum talia reddit.  
 Venit summa dies, & ineluctabile tempus  
 325 Dardaniæ: fuimus Troës: fuit Ilium, & ingens  
 Gloria Teucrorum. ferus omnia Iupiter Argos  
 Transtulit: incensa Danaï dominantur in vrbe.  
 Arduus armatos mediis in mœnibus adstans  
 Fundit equus: victorque Sinon incendia miscet  
 330 Insultans. portis alij bipatentibus adfunt,  
 Millia quot magnis nunquam venere Mycenis.  
 Obfedere alij telis angusta viarum  
 Oppositi. stat ferri acies mucrone corusco  
 Stricta, parata neci. vix primi prælia tentant  
 335 Portarum vigiles, & cæco Marte resistent.

INELUCTABILE TEMPVS] Vide eum locum infrà: Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum. FVIMVS TROËS, FVIT ILIVM] Planè ex imitatione Euripidis in Troad. sub persona Andromaches ad Hecubam: *ἄν ποτ' ἦμεν. ἐκείν. ἐέσκαρον ὄλθος, βέβαια ἴοια*. VICTORQVE SINON INCENDIA MISCE] Aristot. lib. 1. de generat. vbi comparat cum generatione mixtionē, quin imò cum cæteris omnibus motibus, negat materiam dici misceri generabili, sed potiùs effici actum per formam, vt nec ignem misceri materiæ cum ardet, nec materiam ignitam misceri particulis ignis, nec ipsi igni, sed potiùs corrumpi materiam, & ignem generari, his verbis: *ἀλλὰ μὲν ἐδ' ἐπὶ ὄλθῳ τὸ πῦρ ἐμιμῆσθαι φαίμεν. ἐδ' ἐπὶ μὴ γινώσκῃ χημομένῳ, οὐτε αὐτῶν αὐτοῖς τῆς μορφῆς, οὐτε τὸ πῦρ, ἀλλὰ τὸ ἔξ' ὄλθῳ γίνεσθαι, τὸ δ' ἐπὶ φερέσθαι. Hic tamen Poëta μεταφῆρων fortassè, vel ignem igni misceri intelligens, vt vulgo aquam aquæ, incendia miscere dixit. PORTIS BIPATENTIBVS] Hom. *δὴ κλῆιδας, & ἐπὶ δόρῳ, τὸν δ' ἐπὶ δόρῳ κλεισμένους*. ANGVSTA VIARVM] Lucret. lib. 1. Ardua dum metuunt, amittunt verâ vias. Videtur hic Maro hellenicè illud Thucydidis vertisse *σενόπορα ὄστ' ἄρχων*. Eurip. Androm. *σενόπορος κρητ' ἐξ' ὄδῳ*. angustos aditus. CÆCO MARTE RESISTVNT] *νυκτομαχῶντες* felicit.*

Talibus Otriadæ dictis, & numine Diuum  
 In flammis, & in arma feror: quò tristis Erynnis,  
 Quò fremitus vocat, & sublatu ad æthetha clamor.  
 Addunt se socios Ripheus, & maximus armis

S 4

Iphitus,

340 Iphitus, oblatus per lunam, Hypanisq̄ue, Dymasq̄ue:  
 Et lateri agglomerant nostros: iuuenisq̄ue Corcebus  
 Mygdonides : illis qui ad Troiam forte diebus  
 Venerat, infano Cassandræ incensus amore:  
 Et gener auxilium Priamo, Phrygibusq̄ue ferebat:  
 345 Infelix, qui non sponsæ præcepta furentis  
 Audierat.

VENERAT INSANO CASSANDRÆ INCENSUS AMORE] Hom. II. v. de Otryoneo:  
 ὅς ῥα νέον πολέμοιο μὲν κλέος ἐθελούθει, ἢ τε δὲ σπείαμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστου κασάνδρην ἀνέεδνον, ὡς ἔχρη δὲ  
 μέγα ἔργον, ἐν τοῖσι ἀέκοντος ἀποσέμεν ἦς ἀχαῖων. Et Corcebi Calab. meminit lib. v. à Diomede occisi: ἢ  
 τότε πρὸς ὅς ἦδ' ἀνὰ μάδον ἀνθρώπωντα ἀχρημτῆρα κέραιον μύδον ὅς ἦε ἄρχη κολοιο διὰ σωμαχοιο πέριπεν — ἢ  
 πῶς, οὐδ' ἀπῆντο γάμων, ἀν ὕμεν ἔμενον χθιζὸς ἀπὸ σπείαμοιο πάλιν, ἢ ἄσπερος ἀγαυὸς ἰλίου ἀπ' ὡσαι, πῶς  
 οὐδ' οὐδὲ ἐξέτλεσσεν ἐλπιώλυ. SPONSÆ PRÆCEPTA FURENTIS] ἐν δέου. & Hom. II. δ. ἔχ' ὄγ' ἀνδρῶ  
 θεῶν τὰδε μαίνετω. Nimirum & Eurip. Cassandram βέλχην vocat, vatem diuino furore afflatam: vt  
 infra Sibyllam insanam vatem, quam & bacchari dicit Virgilius secutus Euripidem: infra item  
 Æn. II. Cassandræ furis impulsus: de qua & Epig. lib. 5. κασάνδρην δ' ἐπίσημα σπείαμοιο, ἀλλ' ἐν στή μιν  
 φορένη θυμῶσι σπῆς ἀνεπίμπατο λύσσι, οἷα τε θεασίχοιο πανύστα πῆματα πάσης. Catullus innuens σώ-  
 φρονα μανίαν. Ita de quiete molli rabida sine rabie. Socrates quoque in Phædro ita excurrit in laudes  
 sacri furoris: τὰ μέγιστα ἔστι ἀγαθῶν ἡμῖν γίνεσθαι διὰ μανίας, θεῶν μάντι δόσει διδραμέντι, ἢ τε γὰρ δὴ ἐν θεοῖσι  
 περὶ ἡμῶν, αἴτε ἐν θεοῖσι ἰέρειαι μανίαισι εἰ πολλὰ δὴ ἢ καὶ ἰδέα τε καὶ δημοσίᾳ τῶν ἐνθάδε εἰργάσαντο, σφαιροῦ-  
 σαι δὲ βραχέας, ἢ οὐδὲν, ἢ ἐάν δὴ λέγωμεν σβύλλαν τε καὶ ἄλλοις ὅσοι μαντικῆ χροῖμενοι ἐνδὲρ, πολλὰ δὴ ἢ πολλοῖς  
 περὶ ἡμῶν εἰς τὸ μέλλον ἔρδῶς μνησκώμεν ἀν δὴ ἅλα παντὶ λέγοντες: qui & pauld pōst μαντικῶ οἰονεὶ μαντικῶ  
 contendit dictam.

Quos vbi confertōs audere in prælia vidi:  
 Incipio super his. Iuuenes fortissima frustra  
 Pectora, si vobis audentem extrema cupido  
 350 Certa sequi: quæ sit rebus fortuna, videtis:  
 Excessere omnes adytis, arisque relictis  
 Dij, quibus imperium hoc steterat: succurritis vibi  
 Incensæ: moriamur, & in media arma tuamus.  
 Vna salus victis nullam sperare salutem.  
 355 Sic animis iuuenum furor additus. indè, lupi ceu  
 Raptores atra in nebula, quos improba ventris  
 Exegit cæcos rabies, catulique relictī  
 Faucibus expectant siccis: per tela, per hostes  
 Vadimus haud dubiam in mortem: mediæq̄ue tenemus  
 360 Vrbis iter. nox atra caua circumuolat vmbra.

EXCESSERE OMNES ADYTIS] Iisdem verbis Tacit. lib. 21. Ann. insistere videtur, vbi agit  
 de obfidione Hierosolymorum. Expaxæ repentè delubri fores, & audita maior humana vox, exce-  
 dere deos, simul ingens motus excedentium: quæ pauci in metum habebant. Caterùm hi versus  
 videntur sapere prisorum ritus & superstitionem, qui in vrbium obfidione, ne θεομαχῶν videren-  
 tur, antequam machinas vllas muris admouerent, conceptis carminibus deos tutelares, φυλακτῆρας,  
 & ἀπὸ χροῖας mitigare, placare, & euocare solebant: quam consuetudinem videntur hi versus quo-  
 que apud Eurip. in Iphig. in Taur. respicere, sub persona Iphigeniæ ad Dianam: ἀλλ' ἀμνηστῆς ἔμπεδη  
 βαρβαρῶν θεῶν εἰς τὰς ἀδύτας, ἢ γὰρ ἐνθάδ' ἔσπερεσι νεύειν, παρὸν σοι πάλιν ἔχρη δὲ δαίμονα. nimirum cum ini-  
 ret consilium cum fratre de tollenda, & è Scythia Deæ statua transferenda Athenas ex oraculo. Sic  
 etiam apud Xenophontem Cyrus magno studio & religione, in hostico, loci genios & venerari &  
 propitiare solet. Certè locus ille in fabula, ἐπὶ δὴ εἰβας, manifestè cum hoc Virgilij consentit.  
 Inducitur autem Eteocles hæc: πύργον εἴχεν ἐχέει πολέμοιο δόρυ. χρρ. ἐκαυτὸ τὰ δ' ἔσται πρὸς θεῶν. ἐτ' ἀλλ'  
 ἐ θεοῖς τοῖς τῆς ἀλούσης πύλαος ἐμπεπεν λόγος. Quem in locum scholiastes: λέγουσι γὰρ ὅτι ὅταν ἔμελλε περ-  
 θεῶν εἶναι ἢ βῆαι, ἐφάνησαν οἱ θεοὶ τοῖς βῆσαν, ἀνελώμενοι ἐν ἑστῆ νεῶν τὰ ἀγάλματα ἀνῆλθον. Et idem interpres: εἶρη  
 ἢ ἐν ἑοικτοῖσι σοφοῦσι, ὡς οἱ θεοὶ τῶν ἰλίου φέρουσι ἐπὶ ἑστῆ ὡμων τὰ ἐαυτῶν ἑσάρια: quibus & accinit  
 versus Eurip. in Troad. sub persona Neptuni: λείπει τὸ κλεινὸν ἰλιον, βωμοῦς τ' ἑμοῦς, ἐρημία δὲ πάλιν ὅταν  
 λάβῃ κελὴ, ποτὲ τὰ ἑστῆ θεῶν, οὐδὲ πῶς ἔλεει. Sic & obfessa Tyro Apollo per somnum Tyrios admo-  
 nuit se ad Alexandrum abire. Huius etiam ritum superstitionis exequitur Plutarch. ἐν ῥωμαίοις ἐο  
 loco,

A loco, vbi causam inquirat cur per sacrorum leges Romanis tutelaris numinis nomen euulgare non  
 liceret: πότερον ὡς ἦν ῥωμαίων πινὲς ἱερῶν ἐπιπέσεις ἐπὶ γρητεῖαι θεῶν, ὡς νομίζοντες ἢ ἀπὸ θεοῦ πνας  
 ἐκελευσθῆσαν ἢ ἄλλοις, ἢ μετὰ ἑαυτοῦς, ἐφοβούτο τὸ ἀπὸ πρὸς θεῶν ἢ ἑτέρων. ὡς περὶ τῶν  
 θεοῦ ἀγάλασσι λέγονται σπείαμοιο, ἔπειρο δὲ αἰτεῖν ἐγγυητῆς ἐπὶ λουβδὸν ἢ κἀδαρμῶν πνα φεσπέμποντες, οὕτως  
 φησὶ ῥωμαῖοι τὸ ἀφῆτον, ἢ τὸ ἀγνοῦν ἀσφαλεσάτω εἶναι θεῶν ἢ βεβαιωτάτω φρουράν. Vide autem de sacro-  
 rum euocatione, & qualiter olim fieri sit solita, Macrobl. lib. 3. Saturn. cap. 8. & Liniū lib. 5. ab vrbe  
 condita: cuius etiam vestigia quedam restant apud Vlpian. sub tit. de rerum diuif. l. Sacra loca; sub  
 his verbis: Illud notandum, aliud esse sacrum locum, aliud sacrarium. Sacer locus, est locus con-  
 secratus: Sacrarium, est locus, in quo sacra ponuntur: quod etiam in edificio priuato esse potest: &  
 solent, qui liberare eum locum religione volunt, sacra indè euocare. IMPERIVM HOC STE-  
 TERAT] Eodem modo Græci: & Plato leg. 5. φησὶ κνωσίας — σωπῶνας ὀσμην δὲ τὰς ἀφῆτας ἀρ-  
 χας εἰς δῶμα, ὅπως ἀν τῶν, ὡς ἀφῆτατα ἢ ἀεσα. VNA SALVS VICTIS] Eurip. μία μνηστῆ σαπι-  
 ρίας. INDE LVPI CEV] Ex Hom. II. λ. οἱ δὲ λυκοὶ ὡς — ὡμοσάροι, ποτὶ δὲ περὶ φρένας ἀσπετὸ ἀλλῆ, οἴτ'  
 ἔλαρον κερθὸν μέγαν οὐρεσι διώσαστες δαπῆουσι, πᾶσαν δὲ παρῆιον αἰματι φονδὸν, κατ' ἀχλιδὸν ἰάνον ἀπὸ κρηνης  
 μελανύδρου λάφοντες γλώσσῃσι ἀραῖσιν μέλαν ὕδωρ, ἀκρον ἐρδολόμενοι φόνον αἰματι, ἢ δὲ τε θυμὸς γήθησιν ἀβο-  
 μῶς ἔστ, σπείαμοιο δὲ τε γαστῆρ. Vbi animaduertendū Virgilium eisdem vocibus, & Homero respon-  
 dentibus versus terminasse, & sequentem instaurasse: οἱ δὲ λυκοὶ ὡς — ὡμοσάροι. LVPI CEV RA-  
 PTORES.] Vocantur autem à Poëtis cæbro ἀρπαγες, & ἀρπακταί. IMPROBA VENTRIS EXE-  
 GIT RABIES] Od. ἀλλὰ με γαστῆρ ὄνησι κἀκόρη, ἢ πῶν ἦσι δαίμοιο. & Od. δ. ἔπειθε δὲ γαστῆρ λιμός.  
 Et Od. ἀλλῆ ἢ γαστῆρ. CATVLIQUE RELICTI] λυκιδεῖς. NOX ATRA CAVA CIRCUM-  
 VOLAT VMBRA] Sic & lib. Æn. 6. Sed nox atra caput tristi circumuolat vmbra.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando  
 Explicet? aut possit lacrymis æquare labores?  
 Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.  
 365 Corpora, perque domos, & religiosa Deorum  
 Limina: nec soli pœnas dant sanguine Teucri:  
 Quondam etiam victis redit in præcordia virtus:  
 Victoresque cadunt Danaï. crudelis vbi que  
 Luctus, vbi que pauor, & plurima mortis imago.  
 370 Primus se Danaûm magna comitante caterua  
 Androgeos offert nobis, focia agmina credens,  
 Inscius: atque vltro verbis compellat amicis.  
 Festinate viri: nam quæ tam fera moratur  
 Segnities? alij rapiunt incensa, feruntque  
 375 Pergama: vos celsis nunc primùm à nauibus itis.

VICTIS REDIT IN PRÆC. VIRTUS] πάλιν ἢ θρασύτης ξυμπαίρη, Plato in Charm. ἀνε-  
 δάφησά τε καὶ μοι κατὰ σπαικρὸν πάλιν ἢ θρασύτης ξυμπαίρη, ἢ ἀνεξωπυρούμιου. VERBIS COMPELLAT  
 AMICIS] Sæpe apud Hom. μετὰ χροῖας ἐπέεσσι. RAPIVNTQUE INCENSA, FERVNTQUE] ἄρυσσι ἢ φέρουσι.

Dixit: & extemplo (neque enim responsa dabantur  
 Fida fati) sensit medios delapsus in hostes.  
 Obstupuit: retroque pedem cum voce repressit.  
 Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem  
 380 Pressit humi nitens: trepidusque repentè refugit,  
 Attollentem iras, & cœrula colla tumentem.  
 Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.  
 Irruimus: densis & circumfundimur armis:  
 Ignarosque loci passim, & formidine captos  
 385 Sternimus. aspirat primo fortuna labori.  
 Atque hîc exultans successu, animisque Corcebus,  
 O focij, quâ prima, inquit, fortuna salutis

Monstrat

Monstrat iter: quæque ostendit se dextra, sequamur. Mutemus clypeos: Danaumque insignia nobis Apertinus. dolus, an virtus, quis in hoste requirat? Arma dabunt ipsi.

SENSIT MEDIOS DELAPSVS IN HOSTES] Hellenismus. Apoll. i. τῆμ' ἄρ' ἔπειθε δαιμόνας κελύματα. & in Med. ἄρ' ἔπειθε δαίμονες κελύματα. & Sophocl. in Atac. οἱ δὲ κελύματα τ' ἀγαθὸν χερσὶν ἔχοντες ἔκ' ἴσασι. IMPROVISVM ASPRIS, &c.] Ex Hom. II. 7. οὐδ' ὅτε τις δαίμοντι βδών πολίνορα. ἀπέσει, οὐρε. ἐν βύσσιν, ὑπό δ' ἐστέμ. ἄλλωθε γῆα, ἀλλ' δ' ἀνελάθησεν, ὄρθος τε μὴ εἶλε παρείας. Et habent huic loco simile aliquid versus Apollonij lib. 4. de Mopso à serpente icō: τὸ δ' ἀγέλιον ἐπ' ἀκάνθων ἐνεστρεζάτο μὲν ἄρ', λαοὶν ἐπιπαυροφῆραν παρὸν παρ' ἄρ' αὐτὰρ ὁ μῆστρον κεραιδὲν καὶ μῶνα πρῆξ' ἐδώρησεν ἐλιχθεῖσά τε δακὼν ἐλάσσει. Et Orph. ἐν νύκτι παρ' ἡμιφ. δὲ βράχων παρ' ἄρ' ἀκάνθων εἶεν τις δαίμων ἀπ' ἐξ' ἀκάνθων ἀκούσσι σφαιτέρως. MVTENVS CLYPEOS] Nescio quid tale II. 8. εἰ δ' ἀπ' ἀνδρῶν μύθος πολυδικύτου, ἐν τῷ ἀμείβον. DOLVS, AN VIRTVS, QVIS IN HOSTE] Huic axiomati assentitur & illud Pind. 4. od. Isthm. χεῖρ' ἔπειθε ἔπειθε. ἀμύροσαι τὸν ἔχθρον. & Od. λ. κτείνης ἢ δολοῦ, ἢ ἀμύροσθ' ἐξ' ἡὲν χερσίν. Repugnat tamen gnome apud Eurip. in Rhelo: οὐδὲ τις εἶπε ἀλλ' ἄρ' αὖτις ἀπ' ἡμῶν κτείνου τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὸν χεῖρ' εἴομαι. Certè philosophus penè Christianus Plutarchus in lib. πῶς τις ἀρετῆς ἔχει. temperantissimis habent nos ab iis animi morbis, qui susceptas semel inimicitias omni nocendi machinatione persequuntur & exercent, reuocare videtur sub his sanctissimis præceptis: ἄρ' ἔπειθε τούτους καὶ περὶ τοῦ καὶ, καὶ ἐπ' αὐτῷ, καὶ εὐνοουμένη δουραδὶ καὶ ἀλάκτῳ. ἀλλ' ἄρ' αὖτις ἀπ' ἡμῶν κτείνου τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὸν χεῖρ' εἴομαι. ἀπὸ συμπεριαι, ἀπ' μὴ φυλάττειν] ἄρ' ἔπειθε τούτους ἐχθρούς. εἶπεν οὐδ' ὅρ' αὖτις ὁ περὶ τούτων ἐν ἀλόγοις ζῴοις ἐλάττει, ἀμύροσαι τούτους ἡμῶν ζῴου φύσιν ἀπὸ τούτων καὶ δὲ πρὸς συμπεριαι τούτους, ἐν διακοραῖς ἄρ' ἔπειθε τούτους ἐν ἀλόγοις ζῴοις ἐλάττει, καὶ σπῆλαι ἡμῶν ἐλάττει ἄρ' αὖτις ἀπ' ἡμῶν κτείνου τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὸν χεῖρ' εἴομαι. ἀπὸ τῶν περὶ τούτων ἐν ἀλόγοις ζῴοις ἐλάττει, καὶ σπῆλαι ἡμῶν ἐλάττει ἄρ' αὖτις ἀπ' ἡμῶν κτείνου τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὸν χεῖρ' εἴομαι. ἀπὸ τῶν περὶ τούτων ἐν ἀλόγοις ζῴοις ἐλάττει, καὶ σπῆλαι ἡμῶν ἐλάττει ἄρ' αὖτις ἀπ' ἡμῶν κτείνου τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὸν χεῖρ' εἴομαι. ἀπὸ τῶν περὶ τούτων ἐν ἀλόγοις ζῴοις ἐλάττει, καὶ σπῆλαι ἡμῶν ἐλάττει ἄρ' αὖτις ἀπ' ἡμῶν κτείνου τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὸν χεῖρ' εἴομαι. ἀπὸ τῶν περὶ τούτων ἐν ἀλόγοις ζῴοις ἐλάττει, καὶ σπῆλαι ἡμῶν ἐλάττει ἄρ' αὖτις ἀπ' ἡμῶν κτείνου τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὸν χεῖρ' εἴομαι.

Sic fatus: deinde comantem Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur: laterique Argium accommodat enses. Hoc Ripheus, hoc ipse Dymas, omnisque iuuentus 395 Lata facit: spoliis se quisque recentibus armat. Vadimus immixti Danais haud numine nostro: Multaque per caecam congressi prælia noctem Conferimus: multos Danaum dimittimus Orco. Diffugiunt alij ad naues: & littora cursu 400 Fida petunt.pars ingentem formidine turpi Scandunt rursus equum: & nota conduntur in aluo. Heu nihil inuitis fas quenquam fidere Diuis.

COMANTEM ANDROGEI GALEAM] Sic Epigr. lib. 4. ἀπὸ δ' ἐνυαλίῳ καὶ κέρυ δούρατον. IMMIXTI DANAI HAUD NUMINE NOSTRO.] Brodæus desumptam hanc periodum vult ex Eurip. Hicetid. ἐγὼ δ' ἐδ' ἄρ' αὖτις ἀπ' ἡμῶν κτείνου τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὸν χεῖρ' εἴομαι. NOTA CONDUNTUR IN ALVO] Calab. λαρε, κατὰ βήσαν ἐξ' ἡμῶν κτείνου τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὸν χεῖρ' εἴομαι. INVITIS DIVIS] Sæpe Hom. δεῶν ἀέκοντα.

Ecce trahebatur passis Priameia virgo Crinibus à templo Cassandra, adytisque Mineræ,

405 Ad cælum tendens ardentia lumina frustra: Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas. Non tulit hanc speciem furiosa mente Corcebus: Et sese medium iniecit moriturus in agmen. Consequimur cuncti: & densis incurrimus armis. 410 Hic primum ex alto delubri culmine telis Nostrorum obruimur: oriturque miserima cædes Armorum facie, & Graiarum errore iubarum. Tum Danaï gemitu, atque creptæ virginis ira Vndique collecti inuadunt: acerrimus Ajax, 415 Et gemini Attidæ, Dolopumque exercitus omnis Aduersi rupto ceu quondam tui bine ventu Confликт Ζεφυρὺς, Νόυς, & Ιάτυσ Εοῖς Euris equis: stridunt sylvæ: sæuίque tridenti Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo.

AD CÆLVM TENDENS, &c. NAM TENERAS ARCEBANT] Arcebant, hoc est, constringebant, vinciebant: Suprà, Arcta leuari vincla iubet Priamus: ea enim arcendi vis est. Sunt & qui carcerem ab hoc verbo deducant, ut eiracti apud Græcos ἀρχὰ τὸ εἶρηναι. Quòd autè hīc Poëta oculus in cælum sustulisse Cassandram, non item manus vinculis impedias, dicit, elegans hīc later Euripidis imitatio inducentis Andromacham à Menelao damnatam, & cædi destinatam, eandemque manibus reuinctam Peleum inclamare obsecrantem his verbis: ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῶν κακῶν πηροῦσα γυνάκων, χεῖρ' δ' ἐν ἔξοτῆ μοι τῆς σῆς λαβέσθαι φίλας γυναικῶν, εἶσαί με πρὸς δεῶν. NON TULIT HANC SPECIEM] Species sæpe ἁπόσφις dicitur Euripidi: ut in Oreste, πικρὸν θεῶν, καὶ ἁπόσφις ἀλλὰ, de Oreste damnato & Pylade. Ut autem furiosa mente, Pind. Pyth. od. 2. de Ixione, μανιωμέναι φρεσίν. GEMINI ATRIDÆ] Ex Euripide: πέμπουσι δ' ἐμὲ Διῶντ' ἀπείδει, καὶ κείνους ἀχαιῶν. Sophocl. quoque nunc Διῶντ, nunc διαπάρχους, nunc διπλοὺς vocat Atridas. ADVERSI RUPTO] Hom. II. 1. οὐδ' ἄρ' αὖτις ἀπ' ἡμῶν κτείνου τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὸν χεῖρ' εἴομαι. τῷ τε εἰρηκῶν ἀπὸν ἐλάττει ἔξαπὼς ἄμυροσαι. δ' ἐτε κέρυ δούρατον, καὶ δὲ δ' ἐπ' ἄρ' αὖτις ἀπ' ἡμῶν κτείνου τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὸν χεῖρ' εἴομαι. IMO FVNDQ] νεῖδον, βυασῶν.

420 Illi etiam, si quos obscura nocte per vmbra Fudimus infidiis, totaque agitauimus vi be, Apparent. primi clypeos, mentitaque tela Agnoscunt: atque ora sono discordia signant. Illicet obruimur numero: primusque Corcebus 425 Penelei dextra Diuæ arripotentis ad aram Procumbit. cadit & Ripheus, iustissimus vnus Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui. Diis aliter visum. pereunt Hypanisque, Dymasque, Confixi à sociis. nec te tua plurima Panthu 430 Labentem pietas, nec Apollinis infula textit.

QVI EVIT IN TEVCRIIS] Sic Hom. Od. 8. παντοῖαι ἀρετῆσι κεκεπιέν. ἐν Δαναοῖσιν. DIVS ALITER VISVM] Horat. sic visum Veneri. NEC APOLLINIS INFVLA TEXTIT] Hom. II. 2. de Chryse: καὶ νῦν τοῖ αὐχέσασθαι σὺ πύρον, καὶ ἐμέμια θεοῖο. & Eurip. in Orest. ἀχθῆσα δ' ἐδ' ἐν σ' ἔπιπελένησεν, οὐδ' ὁ πύρον κατὰ λαν φείδ. ἀλλ' ἀπ' ἄλλων. & Æschyl. in Agamemn. sub persona Cassandrae de se ipsa: τί δ' ἄρ' ἐμμυτις καταγέλωτ' ἔχω τὰ δέ, καὶ σπύρον, καὶ μαντία σπείδον ἐμῆ εἴση. Infulas autem Varro dictas dicit apparere, quòd velamenta, hostiis è lana que addantur, dicantur infulæ, &c. vnde & lanifici.

Iliaci cineres, & flamma extrema meorum, Testor, in occasu vestro, nec tela, nec vllas Vitauisse vices Danaum: &, si fata fuissent, Ut caderem, meruisse manu. diuellimur indè



- 435 Iphitus, & Pelias mecum: quorum Iphitus æuo  
Iam grauior: Pelias & vulnere tardus Vlyffi:  
Protinus ad fedes Priami clamore vocati.  
Hic verò ingentem pugnam, ceu cætera nusquam  
Bella forent, nulli tota morerentur in vrbe:
- 440 Sic Martem indomitum, Danaosque ad tecta ruentes  
Cernimus, obsessumque acta testudine limen.

MARTEM INDOMITVM] Hom. ἄρτω ἀμυμάκτερον. OBSESSVM QVE ACTA TESTV-  
DINE LIMEN] συνασπισμὸν significare videtur, vel quam χερσίνω etiam Græci dicunt. Plutarch,  
in Anton. διὰ τὴν χερσίνω ἐξ ἀπηναιῶν συνασπισμὸν ἐπίησαν, ἢ τὰ ρωμάτια σφῶν ἀεισερὰ παρὸς τὴν γῆν  
ἤρυσαν. Huius autem conferendi συνασπισμὸν modum & rationem elegantissimis verbis descri-  
bit Calab. lib. 11. in oppugnatione Troia. ἢ πῶτ' ἀφ' αὐμῶν ὀδυσσῆα διαίφρονα κύνειος ἀνδρες κένου τεχνήτη  
νόω πῶτ' ἰὸν ἀπὸ ἀσπίδος ἐν τῶν αὐτῶν, βάλον δ' ἐφ' ἑσφῶν κέρλευα, ζέντες ἐπ' ἀλλήλοισι, μὴ δ' ἄπαν ἡμῶν  
ὄρημ', φαίης κεν μετ' ἀροιο κωπηρεφές ἔμμεναι ἔρημ' πικρὸν, ὅσ' ἀνέμοιο δέρεχε' ὕψρον ἀέντ' ἔπι πῆ ἀπειρεσίη, οὐτ'  
ἐν διδὸς ἀσπῆτ' ὄμβρ' ἔπει ἀργείων πεπυχημέναι αὐμῶν βουίαις καρτῶν αὐτῶν φάλαγγες, ἔχρον δ' ἐνα θυμὸν ἐν  
ἐλλῶν εἰς ἐν ἀηρέμεναι.

- Hærent parietibus scalæ: postesque sub ipsos  
Nituntur gradibus: clypeosque ad tela sinistris  
Protecti obiiciunt: prensant fastigia dextris.
- 445 Dardanidæ contrà turres ac tecta domorum  
Culmina conuellunt. his se, quando vltima cernunt,  
Extrema iam in morte parant defendere telis:  
Aurasque trabes, veterum decora alta parentum,  
Deuoluunt. alij strictis mucronibus imas  
450 Obsedère fores: has feruant agmine denso.  
Instaurati animi Regis succurrere tectis:  
Auxilioque leuare viros, vimque addere victis.  
Limen erat cæcæque fores, & peruius vsus  
Tectorum inter se Priami, postesque relictī
- 455 A tergo: infelix qua se, dum regna manebant,  
Sæpius Andromache ferre incomitata solebat  
Ad foceros, & auo puerum Astyanacta trahebat.

LIMEN ERAT, CÆCÆ QVE FORES] ἡ δὲ δόρυον describit, & ἀποδόρυον. POSTES QVE  
RELICTI] Postes quidem primitus ἀφ' ἀσπίδος, latera ostiorum in ædificiis, quorum fores alter car-  
dinibus sustinet, alter feram & repagula recipit: hic tamen pro ostio sumitur, & foribus: vt apud  
Lucret. lib. 3. Iam magis exemptis oculis debere videtur Cernere res animus, sublati postibus ip-  
sis: & 4. Primus enim est citra postes qui cernitur aer. AD SOCEROS] Vno vocabulo comple-  
xum vult Poëtam Seruius focerum & focrum: an ita sit tu videris. Certè Euripides in Androm. ea-  
dem forma hoc extulisse videtur, sub persona Menelai de Neoptolemo loquentis: παρὸν δὲ ἀπὸ  
παρόντας ἐμπαρὸς γαμβροῦς διδάξω, ἢ διδάξομαι λόγους. vnicum autem generum voce multitudinis hic  
significari non dubium est: γαμβρὸν autē notum est tam focerum quam generum significare, quam-  
uis & focerum πανδερὸν dicant Græci, si hac ratione paratior & expeditior Virgilio Euripidis imita-  
tio videri posset. Sed & eodem dramate sub numero multitudinis Neoptolemum intelligit eo lo-  
co: δὴ δὴν ὄφρα εἴμεν ἐν σῆσι γαμβροῖς, οἷον ἐν ἐλέωνα βλάβῃ δροίλω, παρὸς δὲ σ' ἀπαυδῆαν.

- Euado ad summi fastigia culminis: vnde  
Tela manu miseri iactabant irrita Teucri.
- 460 Turrim in præcipiti stantem, summisque sub astra  
Eductam tectis, vnde omnis Troia videri,  
Et Danaûm solitæ naues, & Achaica castra,  
Aggressi ferro circum, quâ summa labantes  
Iuncturas tabulata dabant, conuelligimus altis  
465 Sedibus, impulimusque. ca lapsa repentè ruinam

Cum

- A Cum sonitu trahit, & Danaûm super agmina latè  
Incidit. ast alij subeunt. nec saxa, nec vllum  
Telorum intereà cessat genus.  
Vestibulum ante ipsum, primoque in limine Pyrrhus  
470 Exultat telis, & luce coruscus athena.

IN LIMINE PYRRHVS] Neoptolemi mentionem facit Homerus II. 7. sub persona Achil-  
lis patris affirmantis se æquius mortem patris, filii que laturum fuisse, quam socij Patrocli: ἢ τὸν δὲ  
σὺν μοι εὐτρεφέει φησὶ ἴδης, εἶπου ἔπι ζῶει γὰρ νεοπτόλεμος. Deinde hunc Poëta Epigr. vocat σὺν μοι  
πῶλον σφῆρον αἰακιδέαν πύρρον ἀχρῆδέδλω. LVCE CORVSCVS AHENA] Respicit forsitan Heroica  
tempora, quibus Hesioidus ferrum insolens & inusitatum fuisse his verbis testatur: τοῖς δ' ἰὸν χάλ-  
κω μὲν τὸ χεῖρ, χάλκω δ' ἐργάζοντο, μέλας δ' ἐν ἔσκει σείθησεν. De eodem Neoptolemo  
Eurip. in Androm. διδία δ' ὅπως ἐστὶ φαινοῖς δεασότης σίλῶν σπῆρος.

- Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pastus,  
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat:  
Nunc positis nouus exuuiis, nitidusque iuuenta,  
Lubrica conuoluit sublato pectore terga
- 475 Arduus ad solem, & linguis micat ore trifulcis.  
Vnà ingens Periphās, & equorum agitator Achillis  
Armiger Automedon: vnà omnis Scyria pubes  
Succedunt tecto: & flammās ad culmina iactant.  
Ipse inter primos correpta dura bipenni  
480 Limina perumpit: postesque à cardine vellit  
Æratos. iamque excisa trabe firma cauauit  
Robora: & ingentem lato dedit ore fenestram.

C QUALIS VBI IN LVC. COLVB. MAL. GRAMINA] Ex Hom. II. 7. ὅς δὲ δράκων ἐπὶ χεῖρ  
δρέσει ἀνδρα μένησι θεσφωκῶς καλὰ φάρμακ', ἐδὸν δὲ τὸ μιν χόλος αἰνός, σμυρδύλεον ἢ δέδρακεν ἐλισσόμενον. παρὸ  
χεῖρ. Ioannes Brodæus in Miscellaneis suis ad hunc Virgilij locum citat Pausania in Pæot. stipu-  
lationem sub his verbis: ἐστὶ γὰρ δὴ ὁ ἴος τοῖς ἀρχαιωτάτοις ἦν ὄρεον, ἢ ἀλλῶς ἀλέτριον ἢ τὸ ἀδρόπη καὶ ζῶα  
ἀμῖως τὰ πάντα, σιωπελῆσι δὲ ἔχ' ἡμισυ εἰς ἰχθυὸν σφιστὸν ἰὸν καὶ νομῆα. ἐπέτοισι καὶ ἀνδρῶν ἀμῖται σῆδη φοίνικος,  
ὡς ἐν τῇ ὄρει τῆς φοίνικος ἀρχαιωτέρας τις ἔχεις πῆσον αἰ βίξαι. addit & Aristotel. lib. 10. de hist. anim. hoc  
pronuntiatum, πάντων ἢ χαλεπώτερά ἐστι τὰ δόρυματα φησὶ ἰσθῶν, ἐὰν τύχη ἀλλήλων ἐσθῆδῶν, οἷον σφοπῆτον  
ἔχει. Sed & Plin. lib. 11. Vespræ serpente auide vescantur, quolimento mortiferos ictus faciunt.  
Vt autem mala gramina, Tibul. Sola tenere malas Medæa dicitur herbas. Nicander mentham κακῶν  
βροτῶν vocat, quod muliebrem conceptionem olfacta corrumpat aut interpellet, quæ & Græcis  
μῦθος, nympha prius, & Cerere in herbam sui nominis deformata. EQVORVM AGITATOR]  
ἐπιπλάτης, ἐλάσπιος, ἀρμηλάτης, ἐθρηλάτης. Simpliciter & Iurisconsulti agitatores dixerunt: vt in I. Ath-  
letas. π de iis qui not. infam. his verbis. Et generaliter omnes opinantur, & vile videtur, vt ne-  
que thymelici, nec agitatores, nec qui aquam equis spargunt, cætera que eorū ministeria, qui cer-  
taminibus sacris deferunt, ignominiosi habeantur. FLAMMAS AD CVLMINA IACTANT]  
Vnde ἤσειδ' ἂν δροφισθῶρον πὸς Epigr. dicitur. POSTES QVE A CARDINE VELLIT] ἀμωχάδεις.  
D Calab. lib. 3. de Achille: πύλας δ' εἰς οὐδὺς ἔρεισε θαυρῶν ἐξέουσαι, ἢ καὶ σωρία ἐν ὄρησιν Ἀργύμοις ἐγχεσθῶσιν.  
LATO DEDIT ORE FENESTRAM] Omnino ad Græcorum λαυροσμίην alludit.

- Apparet domus intus: & atria longa patefcunt:  
Apparent Priami, & veterum penetralia regum:
  - 485 Armatosque vident stantes in limine primo.  
At domus interior gemitu, miseroque tumultu  
Miscetur: penitusque caux plangoribus ædes  
Fœmineis vlulant. ferit aurea sidera clamor.  
Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant,  
490 Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt.
- AT DOMVS INTERIOR] Tale quid apud Eurip. in Med. ἀπασα ἢ εὐνη πικρῶσιν ἐκτύπει δρομῶ-  
μασιν. CAUX PLANGORIBVS ÆDES] Cauædium innuit. AMPLEXÆ QVE TENENT  
POSTES, ATQVE OSCVLA FIGVNT] Romanis religioni fuisse videtur limina postesque:  
Fabius

Fabius siquidem Pictor auctor est Ianum primum aras, pomeria sacra docuisse, & ad pudorem & sanctimoniam domorum, primum item valuas, & sacras clausas excogitasse, & ianuis ipsius nomen dedisse.

Instat vi patria Pyrrhus: nec claustra, nec ipsi Custodes fufferre valent. labat ariete crebro Ianua: & emoti procumbunt cardine postes. Fit via vi: rumpunt aditus: primosque trucidant

- 495 Immissi Danaï: & late loca milite complent. Non sic, aggeribus ruptis cum spumeus amnis Exiit, oppositasque euicit gurgite moles, Fertur in arua furens cumulo: camposque per omnes Cum stabulis armenta trahit. vidi ipse furentem
- 500 Cæde Neoptolemum, geminosque in limine Attidas. Vidi Hecubam, centumque nurus, Priamumque per aras Sanguine fœdantem, quos ipse sacrauerat, ignes.

NON SIC AGGERIBVS RVTIS] Hom. Il. v. 685. ἀπὸ πάσης — καὶ σεφάνης ποταμὸς χερμαίρον ἀσπὴ & Il. δ. 685. ὅτε χερμαίρον ποταμὸς κατ' ἄρσφι βέοντες & Il. λ. 685. ὅτε πύργον ποταμὸς πεδίονδε κότεσσιν, &c. SANGVINE FÆDANTEM] Conuenit huic loco Bassi illud Epig. ἄρρηκτοι μοιρῶν πύργων ἐσφρηγισαί ὄροι τῶν φρυγῶν παρ' ἑωμῶν τῶν ποταμῶν Δουλίω.

Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum, Barbarico postes auro, spoliisque superbi Procubuere: tenent Danaï, quæ deficit ignis. Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras: Urbis ubi captæ casum, conuulsaque vidit Limina rectorum, & medium in penetralibus hostem: Arma diu senior defueta trementibus æuo

- 510 Circundat nequicquam humeris: & inutile ferrum Cingitur: ac densos fertur moriturus in hostes.

QUINQUAGINTA ILLI THALAMI] De his Hom. Il. 9. ἀλλ' ὅτε δὴ ποταμῶν Δουλίων ἀσπὴν ἔχοντες ἀδούσησιν τετυμένον, αὐτὰς ἐν αὐτῶν πεντήκοντ' ἔνεσαν θάλαμοι ξυνοί λείον, πῶσιν ἀλλήλων διδμμένοι, ἔνθα δὲ πᾶσι κοιμῶντο ποταμῶν ἀσπὴν ἀλόχοισι, κούρασαν δ' ἐτέρωθεν ἐναντίοι, ἐπὶ δὲ δὴ ἀλλήλων δάδακ' ἔσαν τέροις θάλαμοι ξυνοί λείον, πῶσιν ἀλλήλων δὲ δμμένοι, ἔνθα δὲ γυναικῶν κοιμῶντο ποταμῶν ἀσπὴν ἀλόχοισι. Eurip. item Priamum vocat πεντήκοντα ἀσπὴν τέκων. BARBARICO POSTES A VRO] Auro barbarico Phrygio Turnebus interpretatur ex illo Horatii: Græcia Barbaræ lento collifa duello: & alio eiusdem: Sonante mixtum tibiis carmen lyra, Hac Dorium, illis Barbaram. cuius sententiam adiuvat & Eustathij suffragium qui θρηῖας καὶ φρυγίας antiquis βαρβαρίων dictos docet. Sed mirum videtur aliquibus, quomodo conuenire personæ Aeneæ possit, ut patrium aurum barbarum dixerit, non attendentibus in Eurip. Iphig. Thoantem de sua quoque gente hæc pronuntiasse ad Iphigenian. ἀλλ' ἢ πῶ' ἔκεινον βαρβαρῶν ἀκτῆς ἐπὶ; & Hectorem ipsam ad Rhefum apud Eurip. σὺ δ' ἔργου δὴν βαρβαρῶν τε βαρβαρῶν ἔλλωσαν ἡμῶν περὶ τῶν πόσιν μέρῳ. Poëtam quoque lib. 11. Æn. de Chloreo sacerdote hæc: Fortè sacer Cybelæ Chlorens olimque sacerdos, Insignis longè Phrygiis fulgebat in armis, — Pictus acu chlamydem (al. tunicas,) & barbara tegmina crurū: scilicet postquam eum Maro Phrygia armatura ornauit: ut & Eurip. in Orest. inducit feruum Phrygem ad pedes Orestæ prouolutum, mortem his verbis deprecātem, περὶ στυγῶν ἀναξ, νόμοισι βαρβαρίων περὶ στυγῶν, Phrygiam respicientem: quamuis idem quoque inducat Medeam Colchidem Barbaram nominantē in Med. ὑβρίσσομαι πόδες ἀνδρῶν, ἐκ γῆς βαρβαρῶν κελμημένῃ. Nec item illud 8. Æn. Hinc ope Barbarica, variisque Antonius armis, Phrygibus conuenire videatur, cum & Troianas matres à Barbaris Eurip. quoque distinxerit sub Hecubæ personā: οὐ γὰρ ἔλλωσαν, βαρβαρῶν appellabant. Desierat etiam apud Barbaros ipsos vox βαρβαρῶν inuidiosa haberi: nimirum in Perf. Æschyli passim Perfæ, Perfærumque reginæ de sua gente loquentes βαρβαροί, & βαρβαρῶν στυγῶν, & βαρβαρῶν ἡγῆας νύσαν. Græcos autem ea Barbariæ nota & discrimine cæteras à se gentes seiunxisse; vel ex illo Platonis in Politico constare potest: οὐκ εἶπε τ' ἀνθρώπων ἐπιχειρήσας δὴα διελέσθαι γῆν, διαίρειν κατὰ μέρος οἱ πολλοὶ τῆν ἐνθάδε διαίευσσιν μὲν ἑλλωμένην ὡς ἐν ἀπὸ πάντων ἀφαιρούμεντες χροίς, σύμπασιν ὅ τῶν ἀλλοίς γῆσιν ἀπείροις οὐκ εἰ ἀνθρώποις, καὶ ἀσπὴν

ἐφ' ὧν ἄρ' ἀλλοῖα βαρβαρῶν μὲν κλίσειν περὶ στυγῶν αὐτῶν, διὰ ταύτην τῶν μίαν κλίσειν, καὶ γῆν ἐν ἀπὸ εἶναι περὶ στυγῶν. VT MEDIIS IN PENETRALIBVS HOSTEM. ] vt particula eam vim habere videtur quam apud Homerum ἦ ἦνα, vt Od. v. ubi cum Pallade expostulat Vlysses, quod Telemachū consilium suū dea celasset, his verbis: τίθηται ἄρ' οὐ οἱ ἔπειτα ἐνὶ φρεσὶ πάντ' εἰδῆα; ἦ ἦνα ποὺ καίνοσ ἀλώμεν; ἀλλὰ πάρα ἦ πάντων ἐπ' ἀφύργον; βίοντον δ' εἰ ἄλλοι εἰδυσ; CIRCVDAT NEQVICQVAM HYMERIS] Eurip. quoque πάντοπα ἀμυθελήματα τὰ τέρα φωνάτ: & Hom. ἀμυθελήματα ἕπτα, δ' ἔσιν ἐπὶ τῶν ἐσθῶν & ἀμυθελήματα ξίφῳ. INVTILE FERRVM] ἄλιον βέλῳ, & ξίφῳ sæpe apud Hom. μαλ' ἴδιον.

Ædibus in mediis, nudoque sub ætheris axe Ingens ara fuit: iuxtaque veterrima laurus Incumbens aræ, atque vmbra complexa penates. Hic Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum, Præcipites atra ceu tempestate columbæ, Condensæ, & Diuūm amplexæ simulacra tenebant. Ipsum autem sumptis Priamum iuuenilibus armis Vt vidit: quæ mens tam dira miserime coniunx Impulit his cingi telis? aut quod ruis? inquit. Non tali auxilio, nec defensoribus istis Tempus eget: non, si ipse meus nunc afforet Hector. Huc tandem concede: hæc ara tuebitur omnes: Aut moriere simul.

ÆDIBVS IN MEDIIS] Turnebus docet describi hîc à Poëta Iouis Heccei aram, quæ in mediis ædibus in pluuiuo erat sub dio, Græcorum more, vt Athenæus scribit: ὅμοιον δ' εἶναι τῶν τῶν ἀλλήλων ἐπὶ τῆν ἀσπὴν τῶν ποταμῶν, ἔνθα δὲ τῶν ἐκείνου ζυγῶν βαρβαροί. Coniicit idem Turnebus in ea ara, ad quam Priamus occisus est, sacratum fuisse æternum & peruigilem ignem, ex eo versu: Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes. Obseruauit autem Paffleratus ἀσπὴν hîc designari Ioui sacrum: de quo Vitruuius lib. 1. Ioui, Fulguri, Cælo, Soli, Lunæ ædificia hypæthra constituuntur. Horum enim deorum species & effectus in aperto mundo est atque lucenti. Ego quoque obseruaui talem aram in medio positam à Græcis poëtis ἐσῆαν, & ἐσῆαν dicit. Sanè Calab. lib. v. narrat Pyrrhum cæso Polite, cæterisque Priami liberis sublati, ipsum deniq; Priamum ad aram non ἐκείνου, sed ἐκείνου oppressisse, his verbis: ἔνθα καὶ αὐτῶν δυσμενῶν βασιλῆν καὶ φρονεῖαν ἐνεύρασε ἐκείνου ποτὶ βαρβαρῶν vt ara fuisse Mercurij videatur, non Iouis: facilis tamen vnus elementi in aliud commutatio: vt ἐκείνου ex sententia Turnebi legere etiam apud Calabrum non sit nefas: nisi & iterum idem Calaber ἐκείνου repetisset: νῦν τε ζάδων τριτανίδῳ ἀσπὴν τῶν βαρβαρῶν ἐκείνου, δάλαμοι δὲ κατεφθίδοντ' ἐσπτενολήσαντων ποταμῶν. Videtur autem sententia illius loci apud Plutarch. ἀσπὴν δεσπῆα. respondere illi, quod sequitur, hæc ara tuebitur, ἐστὶ δὲ ἄλλω φεζῆμῳ βαρβαροί, ἐστὶ καὶ λησῆας ἀβέβηκα πολλὰ τῆν ἰσθμῶν, καὶ πολλοὺς σφύροντες ἀν' ἀγάλματῶν κλέωντ' ἢ κατὰ δάδου. CONDENSÆ, ET DIVVM AMPLEXÆ] Il. e. de ouibus: αἰετὶ τ' ἀγχιτῆσαι ἐπὶ ἀλλήλων κέχλω. Æsch. quoque in obfisione Thebarum in ἐσπῆα, βαρβαρῶν δ' ἐχέσθαι τί μέλλομεν ἀγασσοί. Idem: πότμος δὴ τ' ἐγὼ ποτὶ στυγῶν δαμάσων. Item: ἀμμάζεν βαρβαρῶν ἐχέσθαι. HÆC ARA TVEBITVR OMNES] Æschylus quoque in eundem sensum: κρείσσον ἢ πύργων βαρβαρῶν ἀρρηκτικῶν σάμῳ. Solent autem Poëta rebus bello aut vrbis captiuitate desperatis perfugium miseris dare in sacra & templa: vt & Eurip. in Suppl. fuso Thebano exercitu ab Atheniensibus: ὡς δὲ κακωτῶσιν καὶ ἀνὰ πύργων νέων, γερύοντων, ἰεράτ' ἐξέπρημασσαν φέβῳ.

sic ore effata recepit

- 525 Ad sese: & sacra longæuum in sede locauit. Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites, Vnus natorum Priami, per tela, per hostes Porticibus longis fugit: & vacua atria lustrat Saucius. illum ardens infesto vulnere Pyrrhus
- 530 Insequitur: iam iamque manu tenet: & premit hasta. Vt tandem ante oculos euasit & ora parentum; Concidit: ac multo vitam cum sanguine fudit. Hic Priamus, quanquam in media iam morte tenetur, Non tamen abstinuit; nec voci, iræque pepercit.





contra Criticos docuit nuper Campanus non esse subiectos. ILLA SIBI INFESTOS EVERTIS, OBPERG.] Eodem consilio & causificatione vicem suam dolet, & lamentatur Helena apud Calabrum interfecto à Philoctete Paride, his verbis: οὐδὲ πρὸ οἴδω ὀμυρῶν, εἰ γὰρ κε φῶρος δεινὰν ἐς ἔμμοι, αὐτὴν ἀνεπίστυον ἐμὸν δέμας. εἰ δὲ κε μίμνω, βραχὺ γὰρ βίβης με περικεῖδον ἀλλοθεν ἄλλοι αἴψα διαφρασσαί, νέκω δὲ γαῖα κελεύει. EXARSERE IGNES ANIMO] Hic totus locus videtur desumptus ex Oreste Euripidis, ea fabulæ parte, qua Pylades cum Oreste eadem Helena molitur, vbi talis est consilij scruis: ἀκούσον δ' αἰς κελεύεις βουλοδομοῖς, εἰ γὰρ εἰς γυναικὶ σαρφρονέεσσαν ἕξωμαι μέδεται, δυσταλέης ἀνὴρ ἔφην· νῦν δ' ἄσπερ ἀπάσσι ἐλλὰ δαδῶ δώσει δὴ λῆλυ, ἀνὴρ πατέρας ἔκτεινε, ἀντ' ἀπάσσοι τέκνα, ἰμύσας τ' ἔδινεν ὄφθαλμοῖς ξυμάρων, δολογυμῶν ἔσται, πρὸς τ' ἀνάλουσι θεοῖς, σοὶ πολλὰ κήρυα κέδ' ἀρόμενοι πρῶτον, κελκὶς γυναικὶς οὐνεκ' αἶμα ἐπαράξωμεν — οὐ ἐλένης λεγόμενον πολυκτόνου φονεὶς. Ut autem hic, nullum memorabile nomen sati. nea in rapna, sic & Epigram. Lycambæ filia in Archilocho: πολλὰ δ' ἔπερος, ἀερεὰ κελ' ἠμετέρης ἐφρονσ παρδενῆς ἀρχιλοχῶ, ἐπέων δ' κελεύει φάπην οὐκ ἐπὶ κελεύει γυναικείων δ' ἔπραπεν ἐς πτόλεμον. HÆC SPAR-TAM] Eurip. sub persona Clytemnestræ ad Agamemnonem: ἡ δ' ἔξαμύρτοισα ἑσπέρωρον νεάνιδι σάφρη κομίζουσα ἐπιχρῆν γήθησε. PHTYGIIS COMITATA MINISTRIS] Eurip. ἐχουσα βαρβαρίως ἐπείων. alludit ad Romanorum morem quibus familiari in vfu erat feruitium operaque Phrygiorum mancipiorum, vt inter ceterarum gentium delicatissimorum & peritissimorum, vnde & Phrygiones, & in parcemiam abiit, Phryx flagris emendatur. NON ITA: NAMQVE EISTI] Non ita, est similitum vocum par penè vsurpatio & phrasif frequens apud Græcos. Eurip. in Hec. vbi negat Polyxena se Vlyssi supplicaturam, quòd dicat, seruæ, captiuæ, & Regiæ virgini mortem via optabiliorum, tum ob multas causas, tum quòd λέγεα τ' αἶμα θούλος ἀντιπρὸς πύθην χεραί, πρῶτον ἀντιπρὸς ἠελίου μένω, & consequenter, οὐδ' ἔστ' ἀντί, ἀντί, ὀμμάτων ἐλθόντων ἐγγῶ τὸ δ' ἀδῆρ ὀμοσπιδεῖο ἐμὸν δέμας. Cubile meum Seruus alicunde emptus polluet regibus antè dignum iudicatum? Non ita, quin dimitto oculis liberis lucem hanc. Idem in Med. τί δέ μὲ πατέρας ἔξω δὲ τοῖς πούτων κελκὶς λυπότερον, αὐτῶν δὲ πόσα κτεῖται κεκῶ, οὐδ' ἔστ' ἐγὼ γὰρ, χαίρετα βουλοδομοῦ. & in Heracl. sub persona Macaria: τί φησιν γὰρ, εἰ πόλις μὲ ἀξίη κινδύων ἡ μὲν δὲ ὄμωχ' αἰρεῖται μέγαν, αὐτοὶ δὲ προσπιδέντες ἀλλοισιν πόνους, παρὸν σσῶδ' ἐξομοδοῦ, κὴν δεινὴν; εἰ δ' ἔστ' ἐπεί τοι γέλωτα ἄξια, ἐνείν γὰρ ἰκέτας δαμνίων κελκῆμενος, πύθης δ' ἐκείνη ἐώτας οὐ πρῶτον κελκὶς ὀρᾶται. Eadem quoque serie Sophoc. in Tyr. εἰ δ' ἔστ' τοῖς τ' ἡλοῖσιν ἐφ' ὄμοσπιδεῖο, εἰ δ' ἄσπ' ἡ δὲ πύργῳ, οὐδὲ δαμνίων ἀγαλμαδ' ἱερά. EX TINXISSE NEFAS] Nefas hic pronomine positum.

Talia iactabam, & furiata mente ferebar:  
 Cum mihi se, non antè oculis tam clara, videndam  
 590 Obrulit, & pura per noctem in luce refulsit  
 Alma parens, confessa deam, qualisque videri  
 Cælicolis, & quanta solet: dextraque prehensum  
 Continuit: rofoque hæc insuper addidit ore.  
 Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?  
 595 Quid furis? aut quonam nostri tibi cura recessit?  
 Non prius aspicias, vbi fessum ætate parentem  
 Liqueris Anchisen? superet coniuxne Creusa,  
 Afcaniufque puer? quos omnes vndique Graiæ  
 Circum errant acies: & ni mea cura resistat,  
 600 Iam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis.  
 Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænx,  
 Culpatusue Paris, verùm inclementia Diuum  
 Has euertit opes, sternitque à culmine Troiam.

PHINEIA POSTQVAM CLAUSA DOMVS] Inde Naso lib. Fast. 6. de Strigibus: Sunt auide volucres, non quæ Phineia mensis Gutturæ fraudabant, sed genus indè trahunt. Phineum Agenoridem, & eius excacationem memorat Apoll. lib. 2. vbi interpret: δ ή σφόδρα τοδ φινειου ουτις οσα τωδ άρηνος... Quoniam verò & Phinei & Harpyiarum fabulam coniunctim exequiuntur Eustathius, in eum Od. μ. locum, παρκαταει δή ται τάσρα θεοί μάκρας κελύουσι, iuuat eius quoque verba ipsa referre. οί σπει τλω άρρωδ, τλω βιδιωων, φασίν, αναπήνοντες χόρσεν, άρρον τον φινέα πρην όντι δια αλίαν τω αυτλω, έχων εκένον... MENSAS LIQVERE] Ad eandem fabulam alludens Plutarch. εν ύμνη. μεταφέρων έπι ταύτα τλω θάνοισιν, από τής τεραπέυεις, τας άρέζεις διασπαθίσει τας μεύσας. FOEDISSIMA VENTRIS PROLVVIES] Sic Epig. Gr. cum Poeta δυσάδην maximam exprimit, negat conferri posse άρρωδ τά σφεισά. De Harpyiarum autem natiuitate, (ne quid, quod ad μυθολογίαν spectet, praetermittamus) Hesiod. hac in Theog. θυμίας δ' άκμανός βαθυφρέπιου θυγάτηρ ήσρα τ' ήλέβλυ, ή δ' άκμαν τέκνη τέων, ήνύμους δ' άρρωδς, άελλώ τ' άκνωτέλω τε, αί β' άνέμων πνοιήσι, ή εϊανός έμ' έπεν. Vt autē Harpyias Seruius canes Iouis, vt pote furias, nominat: sic & passim Poeta tam Graeci quam Latini promiscuè Harpyiis pro furiis vtuntur, furiasque & Iouis & Plutonis canes nuncupant. Apoll. lib. 4. de Medea: έρδα δ' αιδήσση μελίσσαστο, μέλπε ή κήρας θυμοόρους άκμανόσας κύναις, αί σπει πάσαν ήερα θνέβουσαι έπι ζωοίση άρρον. Sic & idem sub Iridis admonitione Harpyias canes Iouis vocauit: & θέμεις δ' ήεις βορέου ζιφείσσην έλάσσαι άρρωδς μεγάλου θιδος κύναις, ήρικα δ' αυτή δάσση έγών, ας ού οί έπ χριμύσουση ιδόσαι. Sophocl. quoque in Electra: βεβάσ δ' άρπ δουράτων άρρωδοι κύναις, de furiis, quamuis ad Orestem & Pyladen interpret referat. Æschyl. quoque in Prom. Aquilam κλωδών θιδος κύνια διαφρονών vocat. Vt autem vncæque manus, Hesiod. γαμψώνυχες, άγκυλοχέλαια.

- 220 Læta bouum passum campis armenta videmus, Caprigenumque pecus nullo custode per herbam. Irruimus ferro: & Diuos, ipsumque vocamus In prædam, partemque Iouem. tunc litore curuo Extruimusque toros: dapibusque epulamur opimis. 225 At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas, Diripiuntque dapes, contactuque omnia fœdant Immundo. tum vox tetrum dira inter odorem. Rursum in secessu longo sub rupe cauata, 230 Arboribus clausi circum, atque horrentibus vmbriis,

Instruimus

Instruimus mensas, arisque reponimus ignem: Rursum ex diuerso cæli, cæcisque latebris Turba sonans prædam pedibus circumuolat vncis: Polluit ore dapes.

IN PRÆDAM PARTEMQUE IOVEM] Hom. Od. ξ. κησιν ζέας λήθη δών vnde & λήθησιν Jupiter dictus, & λαρόσος, qui & Latinis prædator: sicut & λήθησιν Minerva (que prædationibus precescit) & άρηνος Homero serpe & Hesiodo. Vnde & primitias & decimas prædæ vocas diis memorat Plutarch. εν τω σπει τωδ μη χεάν his verbis: φόνων ή ή πολέμων, ή λεηλασιών άπαρχάς ή δεκάτους κύναισ περζήμεσων τον θεον όρρον. Tacit. lib. 1. Solam diui Augusti mentem, tantæ molis capace, in partem curarum ab illo vocatam. Est autem vocabulum iuris, vocare in partem. Neque enim veteres tantum deos in prædæ votis vocabant, sed inter se de prædæ portionibus pactis conuentis cauebant, quæ etiã rata esse Iurifconsultus, Solonis legem & auctoritatem secutus, sanxit in l. sodalis II. de colleg. & corp. ill. quæ quoniam Solonis legem complectitur hoc verborum tenore [έάν δέ ό δήμω, ή φράταρες, ή έρεεις όρρών, ή ναυή, ή σύστατοι, ή όμύταροι διασώθ, όπλ λείων ούχόμνοισ, έίς έμπορίων, ή όπομύ τούτων διασώθ] σπός άλλήλοισ, κύνειον ένοις, έάν μη άταρροδουσι τά δημόσια γράμματα ] nec satis patienter tolero, ούχόμνοισ όπλ λείων, reddidisse virum, huius memoriæ alioqui doctissimum, in societatem cœmundorum pecorum cœmutes: admonebo lectorem, hic me λείων accipere άντλ τής λεηλασίας, hoc est, pro excursionem militari ad prædam agendam, siue mari in piratica coitione, siue terra pro belli licentiam, tum quod & prædones iusticia simulacra, & fidei reuerentiam, præ se ferre & imitari ad stabilendam societatem cogantur, tum quod belli iura rapinam prædationemque non solum non prohibeant, sed milites ipsos ex disciplina ad vim illam & iniuriam faciendam prouocare videantur. Non ignoro tamen λείων etiam βοσκήματα ή τά ποιμήνια dici, & pro eodem λήθησιν, από τωδ τή τεραπόδα τά λήθη κητενέμεις vnde λησής, ληστήρ, λήσων, veruntamen mihi prior sententia literè magis amica (pace tanti viri) videtur. AT SVBITÆ HORRIFICO LAPSV] Sic & Apollon. de ipis: άλλά δια νεφέων άρρωδ πείσας άίσουσαι άρρωδς σόματ, ή χειρών τ' από γαμψώνυχ σωμαχέας ήρπαζον, έλείπετο δ' άλλοτε φορέης έδ' όσον, άλλοτε τωθδν, ήνα ζών άιάχρητο, ή δ' όπλ μυθολόγω δ' ήμω χέρον, έδέπ έπλημύ ή λήθησιν δε φοροδμεν, άλλ' από πλοδ έσθας, τούθν οί άπέπνεε λείψανα δ' αειτός. Vide Od. μ. vbi boues Solis à focis Vlyssis direpti sunt: Apollonius quoque 4. Argonautas in boues Solis incidisse memorat, nulla de direptione aut abactione mentione facta. QVATIVNT CLANGORIBVS ALAS] Apoll. 2. κλαγγή μαμώουσαι.

- 235 Edico: & dira bellum cum gente gerendum. Haud secus, ac iussi, faciunt: testosque per herbam Disponunt enses, & scuta latentia condunt. Ergo vbi delapsæ sonitum per curua dedere Littora: dat signum specula Misenus ab alta Ære cauo. inuadunt focij, & noua prælia, tentant Obscenas pelagi ferro fœdare volucres. Sed neque vim plumis vllam, nec vulnera tergo Accipiunt: celerique fuga sub sidera lapsæ Semesam prædam, & vestigia fœda relinquunt. 245 Vna in præcelsa confedit rupe Celæno Infelix vates: rupitque hanc pectore vocem. Bellum etiam pro cæde bouum, stratisque iuuenicis Laomedontiadæ, bellumne inferre paratis? Et patrio in fontes Harpyias pellere regno? 250 Accipite ergo, animis atque hæc mea figite dicta: Quæ Phæbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædixit: vobis Furiarum ego maxima pando.

SOCIIS TVNC ARMA CAPESSANT EDICO] Hom. Od. β. τηλέμαχ, δ' έταροισιν έπιβιώσας όνέλεδσσην όπλων άπέδξ, τούδ' όβυώντ, άκουσσην & Plutarch. in lib. πόττερον άδλωαίν, άδίδεως όπλη έδξ σρεσθ- έπνεε θεβαίσις. VBI DELAPSA SONITVM] άίψα θύεσαι ποτέονται & idem: νεφέων έξάλλωμαι. VNA IN PRÆCELSE CONSEDIT] Hesiod. in scuto: πέρση έφ' ύψηλή μεγάλη κλαζόντε μαχέδλω. RVPIIT VOCEM] Suprà φωνή έρήξες. ANIMIS ATQVE HÆC MEA FIG. DICTA] φρεσλ βόλλοε σήσι, Theocr. HARPYIAS] A Sophoclis interprete πικράδεις. QVÆ PHOEBO PAT. ΟΜΝ. X



τοδ' οὐρανὸν ἰδὼν ἰδὲ ἐνεχθῆναι σωῆσαι, πούτις κἀγὼν ἔστ' ἡμῖν, ἔξ' ὧν ἔσται τὸν τῶν θάλασσαν. οἱ δὲ ποδῶν γυναικας. ANTE VRBEM IN LYCO] Poëta Græcorum morem secutus in nouis sedibus quaerendis, coloniis deducendis, fingit Helenum hoc loco, & post paulò, in eo, Πρωτοῖο, ἢ πρωταίαν Troiam, &c. in restituendis patriæ natalibus, nomina ipsa locorum, situs, fluminiq̄ue reddidisse: vt ex Liuiò & Polybio doctè obseruauit Victorius. Talis est autem Polybij contextus: κατεστρατηγέθησαν ἀπὸ τῆς ἡλικίας ἀπορῶν τῆς πόλεως ἄρχοντες τὸν ποταμὸν, ἄρχοντες μὲν πρὸ γάλασσο, ἄρχοντες δὲ τῆς πόλεως πρὸς ἀρκεσίμωνον ἄρῶταν, ὅς ἔχει τὴν ἐπινομίαν αὐτῶν ἀπὸ τῆς τοῦ ἄρχοντος λακεδαιμονοφῶντος ἀρῶτα, περὶ δὲ τοῦ αὐτοῦ κατὰ τὴν χάριν, ἢ κατὰ τὴν σφόδρα ἀρχαίαν τοῖς παρρηίοις, διὰ τὸ ἢ τὴν ἀποικίαν, ἢ τὴν ἀποικίαν ἀποικίαν αὐτοῖς εἶναι πρὸς λακεδαιμονίους. Idem & his verbis describens Agrigenti sicum contentit cum superioribus: ἐπὶ δὲ τῆς καρυφῆς ἀδελφῶν ἔπεισαι, ἢ διὰ ἀταβύριον, κατὰ τὸν ἄρχοντα ῥοδῆναι. τοδ' ἢ ἀμύχαν- τῶν ῥοδῆναι ἀπὸ φριμῆνον, εἰκότως ὁ θεὸς ἔδωκε τὴν αὐτῶν ἔξ' ἀποικίαν, ἢ τὴν ἄρχοντα ῥοδῆναι. TVMVLVM, VIRIDI QVEM CESPITE IN ANEM] πούτις κἀγὼν. Hunc autem locum significat Martianus Iurifconsultus l. 6. §. 4. ff. de Rer. diu. Suetonius tumultum honorarium vocat. CAVSAM LACRYMIS] Videtur eadem significatione vsurpasse sub Hecubæ persona illud Eurip. ἐπὶ τοῖς ἀπὸ μακρῶν ἐλέγχου.

Vt me conspexit venientem, & Troia circum  
 Arma amens vidit: magnis exterrita monstis  
 Dirigit visu in medio: calor ossa reliquit:  
 Labitur, & longo vix tandem tempore fatur.  
 310 Verane te facies, verus mihi nuntius affers  
 Nate Dea? viuísne? aut, si lux alma recessit,  
 Hector vbi est? dixit: lacrymasq̄ue effudit: & omnem  
 Impleuit clamore locum. vix pauca furenti  
 Subiicio: & raris turbatus vocibus hisco.

LABITVR] Hoc verbo frequenter Poëta λειπόμενος significat: alibi idem, deficit, συγκόπησθαι & Eurip. ἄρα λείπει. LVX ALMA] φέρειον φῶς, & οὐσίζον Græcis poëtis. IMPLEUIT CLAMORE LOCVM] Hom. Il. π. οἱ δ' ἰαχῇ τε φέρον τε πάσας πῆσαν ὀδύς: suprà: Impleui clamorem.

315 Viuo equidem: vitamq̄ue extrema per omnia duco.  
 Ne dubita: nam vera vides.  
 Heu quis te casus deiectam coniuge tanto  
 Excipit? aut quæ digna satis fortuna reuísit?  
 Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia seruas?  
 320 Deiecit vultum, & demissa voce loquuta est.  
 O felix vna ante alias Priameia virgo,  
 Hostilem ad tumultum Troiæ sub mœnibus altis  
 Iussa mori: quæ fortitus non pertulit vllos:  
 Nec victoris heri tetigit captiua cubile!

DEIECTAM CONIUGE TANTO] Sic & Sophocl. in Aiace de Tecmessâ: τοιοῦτο δ' ἀπελευθερώσασθαι φησὶ. EXCIPIT] Vt suprà: cæli indulgentia terras Exciperet: quod est ἀδελφῶν, οἰονεῖ ἐν ἀδελφῆς ἀποκαταστάσει. HECTORIS ANDROMACHE] Ne quis temerè Virgiliū inducere putet Andromachen desiderii, & anniuersariis sacris viri memoriam recolentem & renouantem: illa à Poëtis omnibus & castissima matrona, & viri amantissima celebratur, vt proximis spatiis ad Alcestin accedere videatur. Sunt enim apud Hom. Il. 7. versus elegantissimi coniugalis amoris mutiq̄ue Hectoris & Andromaches testes, seruitutisq̄ue Andromachæ impendētis prælagi: quales sunt & sub persona Andromaches ad Hecubam nil nisi pudorem fidemq̄ue spirantes in Troad. Euripidis: quos in hunc locum reuocare & repræsentare iuuabit forsân studiosos adolescentes secutos indicationem nostram. HOSTILEM AD TVMVLVM TROIÆ SVB MOEN. ALTIS] Eurip. ἀπὸ καδμείας τῆς χερσὶ. Sed hic videtur Virgilius ab Euripide dissentire, qui Polyxenam ad cenotaphiū Achillis in Cherroneso immolatam cecinit: quam & vltro Philostratus ad Achillis tumultum voluntaria morte procubuisse est auctor. Certè & Statyllius Flaccus Epigr. Græc. in sententiam Maronis Seruiiq̄ue discessit, hoc versu: πῆσθησαν ἡνίκα, πῆσθησαν πολυξένης ὑμέτερον ἦνυσεν ὀγκωτοῦ πύρρος ἀπὸ τῆς τάφου, &c. Quod autem fortitus non pertulit dixit, hoc ex Euripide manasse videtur in Hecuba: τὰς ἀποστομίας σκηνῶν ἀποκαταστάσει, ἢ ἐκκηρῶσθαι, ἢ ἀποκαταστάσει δούλη. Tales autem fortitus κληροῖς, & κληροῖς vocant. Huc etiam vocandi sunt illi ex Catullo de Polyxena versus: Alta Polyxenia madefient cæde sepulchra, Quæ velut ancipiti succumbens victima ferro Proiciet truncum summisso poplite corpus.

Nos

A 325 Nos patria incensa diuersa per æquora vectæ  
 Stirpis Achilleæ fastus, iuuenemq̄ue superbum  
 Seruitio enixæ tulimus: qui deinde secutus  
 Ledæam Hermionen, Lacedæmoniosq̄ue Hymenæos;  
 Me famulam, famuloq̄ue Heleno transmisit habendam:  
 330 At illum, ereptæ magno inflammatus amore  
 Coniugis, & scelera furis agitatus Orestes  
 Excipit incautum: patriasq̄ue obruncat ad aras.  
 Morte Neoptolemi, regnorum reddita cessit  
 Pars Heleno: qui Chaonios cognomine campos,  
 335 Chaoniamq̄ue omnem Troiano à Chaone dixit:  
 Pergamæq̄ue, Iliacamq̄ue iugis hanc addidit arcem.

B IUVENEMQ̄VE SVPERB. SERUIT. ENIX. TVL. QVI DEIN. SEC. LED. HERMIONEN] Eurip. in Androm. ἐπὶ δὲ τὴν ἀρχαίαν ἐπινομίαν γαίης, τὸν μὲν πρῶτος δὲ σὺν τῇ δούλῳ λέγει. Susceperat autem ex Neoptolemo Andromache Molottum. FVRIS AGITATVS ORESTES] Duo præcipuè cæde materna à poëtis infamantur, Orestes, & Alceon: hic condemnationem paternam, ille mortem vindex in matrem executus, & idem iudicio sapientissimæ deæ, conuentusq̄ue Græciæ (vt ex Euripide patet) parricidij absolutus. Quis autem modus pœnæ in parricidas more Romano constitutus fuerit, constat ex l. Pœna, ff. ad leg. Pompeiam de parricid. quæ quamvis iustissimam præ se ferat (seueritatem, vult tamen impune illi esse, qui per furorem parentem occiderit, vt Diui fratres rescripserunt super eo, qui per furorem matrem necauerat: nam sufficere furore ipso eum puniri, diligentiusq̄ue custodiendum esse, aut etiam vinculis coërendum. PATRIA S OBTRVNCAT AD ARAS] Turnebus hic accipit publicam & patriâ Delphicam aram Apollini consecratam ex Euripide in Androm. Admonet quoque non deesse qui intelligat aram Achillis à Neoptolemo Apollini insultante consecratam. Alij patrias Apollineas interpretantur: non à Patriis vrbe Achaïæ, vt Seruius exponit: sed à cognomine Apollinis, qui πατρίων ἀπὸ Paulania refertur in Atticis: qui & à Valerio Flacco genitor, & in Delo Genitiuus colebatur.

C Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere?  
 Aut quis te ignarum nostris deus appulit oris?  
 Quid puer Alcanius? superatne, & vescitur aura?  
 340 Quem tibi iam Troia.  
 Ecquæ iam puero est amissæ cura parentis?  
 Ecquid in antiquam virtutem, animosq̄ue viriles  
 Et pater Æneas, & auunculus excitat Hector?  
 Talia fundebat lacrymans: longosq̄ue ciebat  
 345 Incastrum fletus: cum sese à mœnibus heros  
 Priamides multis Helenus comitantibus affert:  
 Agnoscitq̄ue suos: lætusq̄ue ad mœnia ducit:  
 Et multum lacrymas verba inter singula fundit.

D NOSTRIS DEVS APPVLIT ORIS] Hom. Od. 7. νῦν δ' ἐνθάδε κἀθάραι δαίμων. QVID SVPER. ASCANIVS? SVPERATNE] Eurip. in Elect. de Oreste: τί θνητὸν ἀνὴρ ἔστι, ἢ κἀδασι γένεθ; ECQVÆ IAM PVERO EST AM. CVR. PAR.] Ex Eurip. Hecuba Polymnestorem percontante num sui filius Polydorus meminisset: εἰ τῆς τελευτῆς τῆςδε μέμνηται πῶν. Idem in Elect. ἢ καὶ τί πῶν, οὐκ ἔστιν ἡ μὲν καλῶν.

350 Procedo: & paruiam Troiam, simulataq̄ue magnis  
 Pergama, & arenam Xanthi cognomine riuum  
 Agnosco: Scææq̄ue amplector limina portæ.  
 Nec non & Teucrici socia simul vrbe fruuntur.  
 Illos porticibus rex accipiebat in amplis.  
 Aulai in medio libabant pocula Bacchi,  
 355 Impositis auro dapibus, paterasq̄ue tenebant.

X 3 iamque



Iamque dies, alterque dies processit: & auræ  
Vela vocant: tumidoque inflatur carbasus Austro:  
His vatem aggredior dictis: ac talia quaeso.

SIMVLATA QVE MAGNIS ] Infrà 4. Aen. Sparferat & larices simulatos fontis Auerni:  
ARENTEM XANTHI COGNOM. VIVVM ] Xanthum eundem cum Scamandro multi aucto-  
res, & ipse Aristoteles, prodiderunt. *Arentem* autem hic vocat, non quòd simulatione Andromacha brevis Xanthus, supposita imagine ibi loci, vbi facta fiebant Hectoris manibus, esset, quem admodum, *Simulata magnis Pergamini*, sed quòd Xanthus, & Scamander, magis aquationi & oblectationi, quàm navigationi, accommodati essent: vt ex illo superiore, *Xanthumq; bibissent*; & ex illo Horatij Epod. cognoscere est: Te manet Assaraci tellus, quam frigida parui findunt Scamandri flumina, lubricus & Simois. SCÆQVE AMPECTOR ] Flaccus: patriæque amplector limina portæ. HIS VATEM AGGREDIOR ] Hom. II. ζ. *αρισμίδης ἔλεν ὁ οἰωνοπλόων ὄχ' ἄριστος*. & Sophocl. in Philoct. *ἔλεον αἰεσίμαντιν* vocat. Vt autem interpretem hic Diuum Maro, Plato in Politico: *εἰσι δ' εἴτε ἀεὶ μαντικῶν ἔχοντες πνέουσι τῆς ἑσθίας διακόνου μέσων. ἐριμύδεται δὲ πονορίζον*. & *ἄριστος* ἀνθρώπων. Et Plutarch. in Iside: *ὅτι πλείων ἐριμύδων τὸ τοιοῦτον ἀνομάζει γῆρας, ἢ διακονικὸν ἐν μέσῳ θεῶν ἢ ἀνθρώπων, διότι δὲ ἀεὶ ἢ θεήσεως ἀνθρώπων ἀναπέμποντας, ἀεὶ δὲ ἢ μαντικῶν θεῶν, ἢ δόσεως ἀγαθῶν φέρουτας.*

Troiugena interpres Diuum: qui numina Phœbi,  
360 Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis,  
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ,  
Fare agè (namque omnem cursum mihi prospera dixit  
Relligio: & cuncti suaferunt numine Diui  
Italiam petere, & terras tentare repostas:  
365 Sola nouum, dictuque nefas Harpyia Celæno  
Prodigium canit, & tristes denuntiat iras,  
Obscœnamque famem) quæ prima pericula vito:  
Quidue sequens tantos possim superare labores.

CLARII LAVROS ] *Æsch.* in Suppl. *δία* quoque *κλάειον* vocat his verbis: *ἰδοίτο δ' ἦτα τὰν ἀνα-  
τον φουγῶν ἱερέα θεῖος διδὸς κλαρίου* vbi interpres *διδὸς κλαρίου, παντ' ἀπασι κληροῦντο*, ἢ *κράϊνοντος*. Alij ta-  
men ad Apollinem *φουγάδα* referri malunt; qui exulibus præesset: quod & ipse aliquando diuinitate  
spolians ad Admeti armenta relegatus fuisset à Ioue: quam fabulâ antea paucis his versibus *Æschy-  
lus* perfrinxisse videri potest: *καλοῦμαι ἀργαῖς ἡλίου σωτηρίαις, ἀργόντ' ἀπόλλω φουγάδ' ἐπ' οὐρανῷ θεῶν* vt ita  
*δία κλάειον* Apollinem intellexerit: vt per Iouem Stygium *δία χερμῶντων, πόντων, Ditem & Neptunū*  
passim Poëtæ accipiunt: namque eo *Æschyli* loco Suppl. *σεβίζου δ' ἰκέτας σέθεν γαίης παγκρατὸς ζεῦ*  
pro Neptuno accipio, quòd personæ introductæ classẽ *Ægypti* regis littori aduertentem prospexissent, opportuniusque Neptuno quàm Ioui vota facta videantur: nisi fortasse huic sententiæ se-  
quens versus relucere tur, interiectis aliis aliquot, *σὺ δ' ἐπίπαν ζυγὸν ταλάντων* qui *ζυγὸς ἀτρυ* *δία* re-  
spicere videtur doctioribus. PRÆPETIS OMINA PENNÆ ] *Penna* pro aue, vt *Sophocl.* in  
*Col.* *ἐκ ἐσ' ὕπνος, ἔπεσον ἐξ ἐμῶν πτερόν, ἐξήγαγ' εἰς τὸ δ' ἄλσος*. Item *Callim.* in *Baln. de Auguriis*: *ἢ πτερόν  
ἐκ ἀγαθῶν πτέρυγας*. Sic & *Proper.* lib. 3. de natali amicæ: *Tuque ô cara mihi felicibus edita pennis  
Surge, &c.* hoc est, bonis & fortunatis auibus. OBSCŒNAM QVE FAMEM ] *Od.* μ. *πάρτις μὲν  
συγροῖ δάραται δειλοῖσι βροτοῖσι, λιμῶ δ' οἰκτιστον θάψεν, ἢ πόντων δῆσαιεν.*

Hic Helenus, cæsis primùm de more iuuenis,  
370 Exorat pacem Diuum: vittasque resoluit  
Sacra capitis: meque ad tua limina Phœbe  
Ipse manu multo suspensum numine ducit:  
Atque hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos.  
Nate Dea (nam te maioribus ire per altum  
375 Auspiciis manifesta fides: sic fata Deum rex  
Sortitur: voluitque vices: is vertitur ordo)  
Pauca tibi è multis, quòd tutior hospita lustres  
Æquora, & Aufonio possis confidere portu,  
Expediam dictis: prohibent nam cætera Parcæ  
380 Scire Helenum: farique vetat Saturnia Iuno.

IPSE MANV MVL. SVSP. NVM. DVGIT ] *χειρῶν γὰρ*: vnde *χειρῶν γὰρ*, & *χειρῶν γὰρ*, ὅς ἐστιν ἡ  
ἡ χεὶρ

Α ἢ *καὶ φουγῶν*. PAUCA TIBI È MVLTIS ] Narratio Heleni proximè accedit ad Phinei prædictio-  
nem, quæ est apud *Apoll.* lib. 2. vbi simili penè vitur exordio: *κλῶτε νῆω, ἔ μὲν πάντα πέλει θεῖος ὄμιος  
δελῶναι ἀπρηέως, ὅσα δ' ὄραρα θεοῖς φίλον ἐκ ὀπιπύσω*. Et *Plato* in *Alcib.* 2. *ἄλλο μὲν οὐδ' ἐν ἀποκλειῶναι τὸν  
αὐτοφύτλω, τὸν δὲ θεὸν ἐκ ἐπὶ δολοῦππ*. PROHIBENT NAM CÆTERA PARCÆ. SCIRE HEL-  
FARI QVE VET. SAT. IVNO. ] Non absumile illud *Protei* apud *Hom.* *Od.* δ. *ἐδὲ π' ἔχ' ἰδύμ-  
ναι οὐδ' ἀλιῶναι ἐμὸν νόον*.

Principiò Italiam, quam tu iam rere propinquam,  
Vicinosque ignare paras inuadere portus,  
Longa procul longis via diuidit inuia terris.  
Antè & Trinacria lentandus remus in vnda:  
385 Et salus Aufonij lustrandum nauibus æquor:  
Inferni que lacus: Ææaque insula Circes:  
Quàm tuta possis urbem componere terra.  
Signa tibi dicam: tu condita mente teneto.  
B CUM tibi sollicito secreti ad fluminis vndam,  
390 Littoreis ingens inuenta sub ilicibus fus,  
Triginta capitum fœtus enixa iacebit,  
Alba, solo recubans, albi circum vbera nati:  
Is locus vrbis erit: requies ea certa laborum.

LONGA PROCVL LONGIS ] *Od.* λ. *νῆσον τόνδε τοι ἀργαλέον θίσει θεός. ANTE ET TRINA-  
CRIA LENTANDVS ]* *Lentandus* *Turnebus* legit ex illo *Catulli*: *Quine fugit lentos incurans  
gurgite remos. INFERNI QVE LACVS, ÆÆQVE INS. CIRCES ]* Imitatione illius *Od.*  
κ. sub persona *Circes* ad *Vlysem* missionem ab ea petentem. *ἀλλ' ἄλλω γῆρ' ὅσον ὄδον τελέσαι, ἢ ἰκέει  
εἰς ἀΐδω δούοις, ἢ ἐπαυθῆς ἀστραρονέης*. Item *Od.* λ. *νήσον ἐς αἰάλω γῆρας ἀεργῆα νῆα. Ææam* verò *Circes*  
gentilitia deriuatione ab *Æa* vrbe *Colchidis*, vt à *Circe* ipsa eius insulam dictam docet *Eustathius*,  
non autem contra *Circes* ab insula *Ææa*, cum, si ita esset, *Circes Ææam* triplicata & diphthongo  
dici debuisset *Eustathius* contendat. Totus autem hic locus petitus est ab *Hom.* eodem libro:  
C vbi ab *Vlyse* *Tirefias* consultur: vel potius ab *Od.* μ. vbi *Circe* dat cõsiliũ *Vlysi* de vitandis *Si-  
renibus*, *Scylla*, & *Charybdi*. SIGNA TIBI DICAM ] *Hom.* σῆμα δ' ἐπι ἐρέω. TV CONDITA  
MENTE TENETO ] *κεῖθε νόος*. HOM. LITTOREIS INGENS ] *Hom.* eodem: *βοσκομένους δ' ἀρνῆ  
βους, ἢ τοιαῦτα μῆλα ἡελίου*. IS LOCVS VRBIS ERIT ] *Nimirum* *Alba* hinc dicta: *Proper.* 4. Et ste-  
tit *Alba* potens *albæ* suis omine dicta. REQUIES EA CERTA LABORVM ] *Æsch.* in *Prom.*  
*αὐτὴ δὲ νῆ' ἀν' ἠμεῶντων ἀπαλλογῆν*. & in *Eum.* *ὄσ' ἐς τὸ πᾶν στήθ' ἀπὸ ἀλλοῦ σῶντων* *ἔπε* *requies labo-  
rum* *ἀπὸ τῆς ἀνὰ πᾶντων πύλων* & *μύθων ἀμπερῶν*, *Pind.*

Nec tti mensarum morsus horresce futuros.  
395 Fata viam inuenient: aderitque vocatus Apollo.  
Has autem terras, Itali que hanc littoris oram,  
Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu,  
Effuge: cuncta malis habitantur mœnia Graiis:  
D Hic & Naricij posuerunt mœnia Locri:  
400 Et Salentinos obsedit milite campos  
Lyctius Idomeneus: hic illa ducis Melibœi  
Parua Philoctetæ subnixâ Petilia muro.  
Quin, vbi transmiffæ steterint trans æquora classes:  
Et positis aris iam vota in littore solues:  
405 Purpureo velare comas adopertus amictu:  
Ne quâ inter sanctos ignes in honore Deorum  
Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.  
Hunc focij morem sacrorum: huic ipse teneto:  
Hac casti mancant in relligionē nepotes.

PVRPUREO VELARE COMAS ] Huius ritus retinentissimum fuisse *Numam* certum est:  
vnde etiam posteri in re diuina caput velabant, præterquam Saturno, cui inter sacrificadum caput  
aperiebant.



Med. πείθει δῶκε δὲ θεοῦ λόγῳ. Vt autem dominam Iunonem, ita & Sophocl. in Electra δειπνῶν ἀρτεμιν.

Huc ubi delatus Cumæam accesseris urbem:  
 Diuinosque lacus, & Auerna sonantia syluis:  
 Insanam vatem aspicias: quæ rupe sub ima  
 Fata canit: foliisque notas, & nomina mandat.

445 Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo,  
 Digerit in numerum: atque antro seclusa relinquit.  
 Illa manent immota locis: neque ab ordine cedunt.  
 Verum eadem verso tenuis cum cardine ventus  
 Impulit: & teneras turbauit ianua frondes:

450 Nunquam deinde cauo volitantia prendere saxo:  
 Nec reuocare situs, aut iungere carmina curat.  
 Inconsulti abeunt: sedemque odere Sibyllæ.  
 Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti:  
 Quamuis increpitent socij: & vi cursus in altum

455 Vela vocet: possisque sinus implere secundos:  
 Quin adeas vatem, precibusque oracula poscas:  
 Ipsa canat, vocemque volens, atque ora resoluat.  
 Illa tibi Italiæ populos, venturaque bella,  
 Et, quo quemque modo fugiasque, ferasque laborem,

460 Expediet, cursusque dabit venerata secundos.

NEC REVOcare SIT. AVT IVNG. CARM.] σχίζῃ Græci, in ordinē versus disponere, dicunt. Vide Plutarch. πῶς τὸ μὴ χεῖρ ἔμμετρα νῶν πυθίαν. INCONSULTI ABEVNI] ἀρτιστοι ἀποβρ-  
 χενθ, sic interpretante Eustathio, in eum Od. d. locum, ἀλεύτορ θ' ἦγατο κούρην. ποιοῦτον δ' ἐ, inquit, χὲρ  
 ἐν δελφῶν ἐπιπέτρῃν ἀρτισθῶ, ἡρώων μὴ λαβῶν χερσῶν. VENERATA SECUNDOS] Sic & passiue Ho-  
 rat. Et venerata Ceres vt culmo surgeret alto. Nimirum veteres venero, & aduenero actiue dice-  
 bant, quasi veniam oro, vt in Apuleium obseruauit Memmius.

Hæc sunt, quæ nostra liceat te voce moneri.  
 Vade agè, & ingentem factis fer ad æthera Troiam.  
 Quæ postquam Vates sic ore effatus amico est:  
 Dona dehinc auro grauia, sceltoque elephanto

465 Imperat ad naues ferri: stipatque carinis  
 Ingens argentum, Dodonæosque lebetas,  
 Loricam consertam hamis, auroque trilicem,  
 Et conum insignis galeæ, cristasque comantes,  
 Arma Neoptolemi. sunt & sua dona parenti.

470 Addit equos: additque duces:  
 Remigium supplet, socios simul instruit armis.  
 Interea classem velis aptare iubebat  
 Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti.

VADe AGe] Respondere videtur illi Homericò, βάλει δ' ἐνδ' vnde & Proper. 3. Ite agite expertæ  
 bello date lintea proæ. STIPATQVE CARINIS] Homer. Od. v. ubi de donis agit, quibus Phæ-  
 ces viritum Vlysem abeuntem persecuti sunt, narrat donâ omnia metalla, & alterius materiæ, ab  
 Alcinoο rege recepta, ab eodem in nauî imposita & composita ea solertia, vt nulli sociorum remi-  
 gandi officium impedire aut corrumpere possent, his versibus: φέρον δ' ἀθύρα χαλκῶν, χὲ τὰ μὲν δὲ κα-  
 τέπηχ' ἱερὸν μὲν θ' ἀλκινόοιο, αὐτοῖς ἰὼν νηὶς ὑπὸ ζυγῶ, μὴ πν' ἐταίρων βλάπῃσι ἐλασσόντων ὁπότε σπερχίαιτ' ἱερῶ-  
 μοις. Verum conciliis eam prouidentiam expressisse videtur Maro, & semel vno verbo, stipatque  
 carinis. SECTOQVE ELEPHANTO] Od. σ. λακότηριον δ' ἀεξ' ἔμιν ἔθηκεν ἀριστὸν ἐλέφαντῶ. LORI-  
 CAM CONSERTAM HAMIS] δ' ἄεξ' ἀλυσιδάτων, κρικατῶν, & πολυάγκυρον.

Quem

475 Quem Phœbi interpres multo compellat honore  
 Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo,  
 Cura Deum, bis Pergameis erepte ruinis,  
 Ecce tibi Ausoniæ tellus; hanc arripe velis:  
 Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est.  
 Ausoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo:  
 480 Vade, ait, ô felix nati pietate. quid vltra  
 Prouehor? & fando surgentes demoror Austros?  
 Nec minùs Andromache digressu mœsta supremo  
 Fert picturatas auri subtegmine vestes,  
 Et Phrygiam Ascanio chlamydem: nec cedit honori,

485 Textilibusque onerat donis: ac talia fatur.

B CONIUGIO ANCHISA VENER. DIG. SVPERBO] Sic & Peleus fuit cum Thetide con-  
 iugium Ἥρον ἄϊα συγκοιμήματα vocat apud Eurip. in Androm. Vt autem hic dignate passiuè exultit, ita  
 & Manil. lib. 1. An fortes animæ dignataque nomina cælo. Vt autem felix nati pietate: Aristoph. in  
 Vesp. ὁ μανδράει διαβιάς. FERT PICTURATAS] χρυσῶς ὄπλων, & ἐσθίων λαπὲ Græci Poætæ vsur-  
 pant. Textilia autem dona videtur dixisse, vt Hom. Od. v. χρυσὸν τε ἀλλ' ἐσθία δ' ὑφαντῶν. Sed & Ca-  
 tullus linum catagraphon dixit, quasi picturatum: & Lucret. Textilibus picturis ostroque rubenti.  
 Tales & variegatas vestes ἐθία Græci Poætæ: vt Hom. Il. γ. διαπασα μὲρ μὲδελω ἐν δὲ ἐθία ποικίλ' ἔπασσ.  
 AVRI SVBTEGMINE] subtegmine alij, item alij substemine legunt, quod posterius mihi probatur,  
 quia stemen & substemine sapere Græcam derivationem videntur, ἐπὶ δὲ ἐθίων θ' ὑφαντῶν; nam  
 ἐθίων & ἐσθίων dicitur, in substemine n in e lōgum. verso: quod substemine ἱουφῆ Plat. leg. e. & ὑφαντῶν  
 κρήνη, trama Seruio. Catullus autem eo loco, Currite ducentes substemina, currite fusi, fusi res-  
 picit, quibus inuoluitur substemine, qui ποικίλ' dicitur. NEC CEDIT HONORI] Videtur hic  
 ἀππημὲν accepisse, non autem in ea significatione qua Sophocles in Aiace: χὲρ τὸ δεινὰ χὲρ τὰ κάθ-  
 ἑράτα τιμῶς ὑπέμει.

Accipe & hæc, manuum tibi quæ monumenta mearum  
 Sint puer, & longum Andromaches testentur amorem  
 Coniugis Hecτοrea. cape dona extrema tuorum  
 O mihi sola mei super Astyanactis imago.

490 Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat:  
 Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.  
 Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis.  
 Viuite felices, quibus est fortuna peracta  
 Iam sua: nos alia ex aliis in fara vocamur.

495 Vobis parta quies: nullum maris æquor arandum:  
 Arua neque Ausoniæ semper cedentia retro  
 Querenda: effigiem Xanthi, Troiamque videtis,  
 Quam vestræ fecere manus: melioribus opto  
 Auspiciis, & quæ fuerit minùs obuia Graiis.

500 Si quando Tybrim, vicinaque Tybridis arua  
 Intraro, gentique meæ data mœnia cernam:  
 Cognatas vrbes olim, populosque propinquos  
 Epiro Hesperia, quibus idem Dardanus auctor,  
 Atque idem casus, vnam faciemus vtramque

505 Troiam animis: maneat nostros ea cura nepotes.

ACCIPe ET HÆC. MANVVM, &c.] Omnino ex Od. sub persona Helenæ: ἐλένη δ' ἐπαίσατο  
 χαλκὴ πᾶρθη θ' ἑσπῶν ἔχουσ' ἐν χερσὶ — δῶρον τοι ἐγὼ τέκνον φῆλα τοῦτο δίδωμι μνημὲν ἐλένης χερσῶν πολυμήτα  
 ἐς γάμου ὄρεον σὴ ἀλόχῳ φορέειν. Item & Od. d. δῶσα δέ τοι ἀγλαὰ δῶρα — ἵνα σπένδῃσαι τοῖσιν ἀθανάτοισ ἐμῶ-  
 δον μεμνημένῳ ἡ μάται πάντα. DONA EXTREMA] Theocr. in Eraste: δῶρα τοι Ἰλίου λώδρια τίδ' ἔτα φέ-  
 ρον & Epig. lib. 6. ἀμυμῆρος ὑστάτ' ἔδωκα δῆμα. O MIHI SOLA MEI SVF. ASTYAN. IMA GO] Videtur



Videtur hinc latere Hellenismus aliquis: nam quamuis *σπέρ*, & *ὕπερ*, & *σπερ* aliquando *σπέρ* significent, vt subodoratus est Seruius: tamen hinc *super* pro participio *superans*, *σπερνομένη*, reliquas *σπερμαίω*, *σπερτες*, videtur accipi: vt Græcis sæpe *μέτα προ μέτεσι*, & *πάρ* pro *πάρ* vsurpantur: vt & Linacer videtur hac in parte mihi assentiri: vt nec omnino est ab hoc loco remotum illud Eurip. in Medea: *μόλθων δ' οὐκ ἀλλ' ὕπερθεν ἢ γαίης παβίλας σπέρει*. Nonius tamen hinc, *super*, pro valde & vehementer accipit. **SIC OCYLOS, SIC ILLE MANVS**] Hom. de Telema- cho: *κείνη γδ τοιῆδε πόντος, πριάδε τε χεῖρες, σφραδα μὲν δ' ἐβόλαι, κεφαλῆς δ' ἐρύσσειεν χαλκῷ*. Et **ΝΥΝ Ἐ QVALI**] Hic versus videtur esse ex Eurip. in Ione sub persona Creusæ ad filium: *οὐκ οὐδὲν ἦεν, εἰς ἃν μέτρον. ΝΟΣ ΑΛΙΑ ΕΧ ΑΛΙΣ ΙΝ ΑΤΑ VOCAMΥR] Hesiod. in Theog. *ἀλλ' ὅδ' ἐξ ἄλλου δέχεται γαλατῶτατ' ἀδλ' ὅδ' & Hom. Il. τ. ὡς μοι δέχεται κελὸν ἐν κελῶδ' αἰεὶ*. Eurip. in Hecub. *καλῆ δ' ἐμείθεν αὐτὸν ἄλλοι πρὸς ἀλλήν διὰ δόχους κελῶν κελῶν κελῶν* & post pauld, *πόντος γδ ἐν πόντον, ἀνάγκη κρείσσονες κελῶν* & *ἔπειτα δ' ἀφ' ἑτέρων κελῶν κελῶν κελῶν*. **COGNATAS VRBES OLIM**] Solent Poëtae, quò sibi diuinandi peritiam vendicent, conditorum vota in vtramque partem rata eueniri facere: vt ex diris & imprecationibus Didūs liquet, quæ moritura videtur posteros ad exercendas & gerendas cum Romanis *ἀσπινδεις* inimicitias obligasse: & quæ nunquam fuerint nisi suæ gentis internectione compressæ. Verum quæ fuerit tanta inter Molossos & Romanos amicitia, ad quam allusit Maro, Nannius opportunissimè ex D. Halicarnassei lib. i. aperuisse videtur: cuius hæc sunt. **Ex Ambracia Anchises cum nauibus terram legens Buthrotum portum Epiri deuehitur: Aeneas & florentissimi quique ætate ex toto exercitu iter bidui ementi Dodonam perueniunt, oraculū numinis consulturi: ibique Helenum cum Troianis reperunt: acceptis autem responsis de condenda vrbe, donariisque Troicis, ac inter alios duobus crateribus æreis numini consecratis, quorū nonnulli etiamnum supersunt, titulis admodum vetustis suos consecratores præ se ferentibus, ad classem redeunt, quatridui ad summum itinere confecto. Ex Buthroto verò secundum litus vestrū vsque ad portum, tum quidem Anchisen nomine nunc propemodum obsoleto, ac ibidem Veneris templo excitato, Ionium transmittunt, ducibus illis istius nauigationis, qui vtrò se comites huic profectioi addiderant, allectis quoque illis qui cum Patrone Thurio aduenerant. Horum plerique, cum exercitus in Italiam saluus traicisset, ad suos redierunt. Patron autem persuasus ab Aenea, vt socius esse vellet istius nouæ coloniae, vnà cum quibusdam amicis in castris mansit: quos tamen nonnulli aiunt in Aluntio Siciliae sedes cepisse. Recordatione istius beneficii Acarnanibus Romani Leucadem & Anactorium adempta Corynthiis progressū tēporis largiti sunt. Concessum quoque vt Æniades recuperarent, & Echinadum communia vestrīgalia cum Ætolis haberent.***

Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta:  
Vnde iter Italiam, cursusque breuissimus vndis.  
Sol ruit interea; & montes vmbantur opaci.  
Sternimur optatæ gremio telluris ad vndam  
510 Sortiti remos: passimque in littore sicco  
Corpora curamus: fessos sopor irrigat artus.  
Nec dum orbem medium nox horis acta subibat:  
Haud segnis strato surgit Palinurus: & omnes  
Explorat ventos: atque auribus aëra captat.  
515 Sidera cuncta notat tacito labentia cælo:  
Arcturum, pluuiasque Hyadas, geminosque Triones,  
Armatumque auro circumspicit Oriona.

**SORTITI REMOS**] Propert. Nunc agite o socij, propellite in æquora nauem --- Remo- num ducite sorte vices. **SOPOR IRRIGAT ARTVS**] ὕπνον χέειν. Homero familiate. Alludit autem Poëta ad rationem physicam, & effectricem somni causam frigidam, vt ex doctrina medicorum constat, & Aristot. lib. de somno & vig. **AVRIB. AERA CAPTAT**] Suprà Georg. 2. patulis captauit naribus auras. Græci *ἀτακουσείν*, & *ἀτακουσής*. **SIDERA CUNCTA NOTAT**] Ex Il. *ἄντα δ' ὁ πηδάλιον ἰδύαστο τεχνήντων ἡμῶν*, ἔδ' ἐοὶ ὕπνον ἔπι βλεφάρων ἐπιπλε παυιάδεις τ' ἐσορῶντι κ' ἐπὶ δαύοντα βοώτων, ἀριτον δ' ἡδ' ἀμαξάν ἐπικλῆσαν κελῶσιν, ἢ τ' αὐτῆ σφραγμα κ' τ' ὀρίωνα δινάδει. **LABENTIA SIDERA**] Imitatione illius Lucret. lib. i. viuant labentes ætheris ignes. **PLVVIAS QVE HYADAS**] Eurip. in Ione *δ' ἀδ' ας κλυτῶν σφάραγτων σημεῖον* dicit. **ARMATVM QVE AVRO ORIONA**] Sic & Ouid. Accinctumque Oriona ferro: & Eurip. in Ione *ὀρίωνα* Ἐπίρη vocat. Eius autem δύστην κ' ἀνεπαλῶ παρεχόμεν docet Aristot. lib. Meteor. 2.

Postquam cuncta videt cælo constare sereno:  
Dat clarum è puppi signum: nos castra mouemus,  
520 Tentamusque viam, & velorum pandimus alas.

Iamque

Iamque rubescebat stellis aurora fugatis:  
Cum procul obscuros colles, humilemque videmus  
Italiam. Italiam primus conclamat Achates:  
Italiam læto socij clamore salutant.  
525 Tum pater Anchises magnum cratera corona  
Induit, impleuitque mero: Diuosque vocauit  
Stans celsa in puppi.  
Dij maris & terræ, tempestatumque potentes,  
Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.

**CÆLO CONSTARE SERENO**] Lucret. 4. Serena silentia noctis Vndique cum consent. **VELORVM PANDIMVS ALAS**] Sic & Græcis *μαζάλη* accipitur aliquando pro ea parte nauis ὅπου κ' ἀρτέμων. **ITALIAM LÆTO SOCII CLAMORE SALVTANT**] Lætum ac faustum clamorem vna voce Græci *ἀγμὸν* dicunt, & *φανῶν μετὰ τοῦ εὐβοηθῆσαι, κ' χειροτονίας*.

530 Crebrescunt optatæ auræ, portusque patescit  
Iam propior: templumque apparet in arce Mineruæ.  
Vela legunt socij, & proras ad littora torquent.  
Portus ab Eoo fluctu curuatur in arcum:  
Obiectæ salsa spumant aspergine cautes:  
535 Ipse latet, gemino demittunt brachia muro  
Turriti scopuli: refugitque à littore templum.  
Quattuor hinc, primum omen, equos in gramine vidi  
Tondentes campum latè, candore nivali.

**CREBRESCVNT OPTATÆ AVRÆ**] Sic & Cæsar lib. 3. bel. ciu. Cum iam nostris tem- siore vento appropinquasset, ideam Auster increbruit, nostrisque praesidio fuit. **SALSA SPVM.** **ASPERGINE**] ἀγμὸν Homero dicitur Il. *δ. ἄπο πύει δ' ἀλδὲ ἀγμὸν*. Sophocles pro rore vsurpauit: pro lanugine pomi Epigr. **GEM. DEM. BRACHIA MVRO**] Propert. 3. Indè vbi Pirei capient me littora portus, Scandam ego Thesææ brachia longa via. **REFVGIT QVE A LITTORE TEM- PLYM**] Ea forma qua supra lib. 2. Æn. Anchisæ domus, arboribusque obiecta recessit. Pauld aliter Propert. 4. Est Phæbi fugiens Athamania ad littora portus, Quæ sinus Ionæ murmura condit aquæ. **TONDENTES CAMPVM LATÈ**] Hom. Il. *δ. κείρει τ' εἰσελθῶν βαδὺ λίθον*. Suprà: nocte arida prata Tondentur. Lucret. lib. 2. Sæpe itaque ex vno tondentes gramina campo. Vt autem hinc, *Bello armantur equi*, idem Lucret. equorum duellica proles: & Plutarc. *ἐν Ῥώμῃ*. in eandem sententiam, cur equus idib. Decemb. Marti immolare tur: *ἔπι θυμοειδέε, κ' πολυκικόν, κ' ἀρήϊον δ' ἴππῳ* ἔτι τὰ δ' ἀποσφιλῆ μάλα κ' ἀποσφραγῆ θυνοσι τοῖς θυοῖς.

Et pater Anchises, bellum o terra hospita portas:  
540 Bello armantur equi: bellum hæc armenta minantur.  
Sed tamen iidem olim curru succedere sueti  
Quadrupedes: & frena iugo concordia ferre.  
Spes est pacis, ait. tum numina sancta precamur  
Palladis armifonæ, quæ prima accepit ouantes:  
545 Et capita ante aras Phrygio velamur amictu:  
Præceptisque Heleni, dederat quæ maxima, ritè  
Iunoni Argiuæ iussos adolemus honores.  
Haud mora, continuo perfectis ordine votis  
Cornua velatarum obuertimus antennarum:  
550 Graiugenūmque domos, suspectaque linquimus arua.

**CVRRV SVCCEDERE SVETI QVADR.** &c. ] ἀρηυτέροντες παδροί in Epigr. quorum colla iugo mansuefacta sunt: quod & ad equos transfertur. **ET CAPITA ANTE ARAS PHRYGIO VELAMVR AMICTV**] Ex Fulgentio hunc locum enucleat Turnebus his verbis, Tutulum ait significari, quod pallium erat, quo sacerdotes ad sacra accessuri caput tegebant tutabanturque, vnde & vocabulū. **IVNONI ARGIVÆ**] Népe & Pind. Nem. od. 10. vocat ἀργῶν ἡρας δ' ὄμα θεοσφραγῆς.

Y CORNYA



per sidera testor,  
 600 Per superos, atque hoc cæli spirabile lumen:  
 Tollite me Teucris: quasunque abducite terras:  
 Hoc fat erit. scio me Danais è classibus vnum:  
 Et bello Iliacos fateor petiisse Penates.  
 Pro quo; si sceleris tanta est iniuria nostri,  
 605 Spargite me in fluctus, vastoq;ue immergite ponto.  
 Si pereo manibus hominum, periisse iuuabit.  
 Dixerat: & genua amplexus, genibusq;ue volutans  
 Hærebat. qui sit, fari, quo sanguine cretus,  
 Hortamur: quæ deinde agitet fortuna, fateri.  
 610 Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus,  
 Dat iuueni: atque animum præsentem pignore firmat.

GENVA AMPL. GEN. VOLVTANS ] γυναικόμενος Eurip. in Suppl. ἀμνηστιστοῦ τοῦ ὄντος γένου, καὶ χεῖρα δευλαίαν. Credo Maronem circūiti extulisse Græcorū τὸ περιπύουσε Od. γ. in persona Telemachi ad Mentorem: πῶς τῶν ἰα, πῶς τ' ἀρ περιπύουσαι ἀντὶν: & passim apud Hom. & Poetas. DEXTRAM DAT IUVENI, ATQVE ANIM. PRÆS. FIG. FIRMAT] Hom. II. φ. χεῖρ δὲ χεῖρα λαβόντες ὀπίσσωσαν ἑπέσασσι & II. ω. δὴ χεῖρ ἄρ χεῖρα γέροντ' ἐλάβε δεξιτερῶν, μὴ πως δέισσ' ἐνὶ θυμῷ & Pind. od. 4. Pyth. χεῖρ οἱ χεῖρ ἀντρεΐσας.

Ille hæc deposita tandem formidine fatur.  
 Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Vlyssi,  
 Nomine Achæmenides, Troiam genitore Adamaſto  
 615 Paupere (mansissetq;ue vtinam fortuna) profectus.  
 Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,  
 Immemores focij vasto Cyclopi in antro  
 Deseruere. domus sanie dapibusq;ue cruentis,  
 Intus opaca, ingens. ipse arduus: altaq;ue pulsat  
 620 Sidera (Dij talem terris auertite pestem)  
 Nec visu facilis, nec dictu affabilis vlli,  
 Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro.

NEC VISV, &c.] Soph. in Tyr. ἐς δεινὸν οὐδ' ἀκουσθῆν, οὐδ' ἐπιβλεῖν. NEC DICTV AFFABILIS VLLI] ἀπόρησι τ' ἡμέρας ἀπόρησι τ', dies qua à salutationibus abstinetur. VISCERIBVS MISERORVM] Vnde & Euripidi ἀμειβοσσορευβείτης Cyclops dicitur.

Vidi egomet; duo de numero cum corpora nostro  
 Prensa manu magna medio resupinus in antro  
 625 Frangeret ad saxum: sanieq;ue asperfa natarent  
 Limina: vidi, atro cum membra fluentia tabo  
 Manderet, & tepidi tremarent sub dentibus artus.  
 Haud impune quidem: nec talia passus Vlyſſes:  
 Oblitusue fui est Ithacus discrimine tanto:  
 630 Nam simul expletus dapibus, vinoq;ue sepultus  
 Cervicem inflexam posuit, iacuitq;ue per antrum  
 Immenſum, saniem eructans, ac frustra cruento  
 Per somnum commista mero: nos magna precati  
 Numina, fortitiq;ue vices, vnà vndique circum  
 635 Fundimur: & telo lumen terebramus acuto  
 Ingens: quod torua solum sub fronte latebat  
 Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar:  
 Et tandem læti sociorum vlciscimur vmbas.

VIDI

VIDI EGOMET] Homer. de Cyclope: τῶ δὲ δὴ μάλα ὡς σάλακας ποτὶ γαῖαν κέπῃ, καὶ δ' ἐγκέφα-  
 λῶν χαμάλις ῥέει, δεξιῆ δ' ἡ γαῖαν, τοῦ δὲ δεξιῆς τῶν ὀπίσσω τοῦ δέσπον, ἡ δὲ δ' ὡς λέων ὄρεσι τῶ φῶ, οὐδ'  
 ἀπέλειπεν, ἐγκάτῃ τε σάρκας τε καὶ ὄσῃα ἀνέλεοντα. Sequentes autē Virg. versus videntur conuincere hunc  
 locum ab illo Eurip. in Cyclope desumptū: vbi sub persona Vlyſſis hæc: φῶτε συμμάχας δὴ ὡς ἑσραζ'  
 ἐταίρων ἄρ' ἐμῶν ῥυθμῶν πιν, τὸν μὲν λέων τῶ εἰς κέπῃ χαμάλιατον, τὸν δ' αὖ τένοντ' ἀρπάρας ἀρου ποδῶς,  
 πάλιν πρὸς ὄσῃ γ' ὄνυχα παρὰ τοῦ λίθου, ἐγκέφαλον ἐξέρρανα, καὶ κατὰ πλάσας λαβῶν κατὰ γὰρ σάρκας ἐξώπῃα πινῆ  
 nam frangeret ad saxum videtur respondere illi, πάλιν πρὸς ὄσῃ ὄνυχα, &c. Hom. quoque II. 3. dixit, καὶ  
 πινῆ ἰὼν βαλλέειν & Sophoc. in Tarchide Licha ab Hercule comminuto, μάλα ποδῶς νιν ἀρῶρον ἡλυ-  
 γῆσθ' ῥιπῆσθ' ἀμείλικτον ἐν πόντῳ πέτρων. Videtur autem hęc Maro describere feritatē illam, cuius  
 in lib. de morib. meminit Aristot. cuique heroicam virtutem opponit, & qua deformatos homines  
 δεσιώδεις vult dici & infamari. OBLITVS VBI SVI EST ITACHVS] Hom. Od. δ. οὐδ' ὁ γέρον ἑ-  
 λῆς ἐπαλέθετο γέρον. NAM SIMVL EXPLETVS DAPIBVS] Et hoc ex eodem Cyclopi Eurip.  
 loco: ἐπεὶ δ' ἐταίρων ἄρ' ἐμῶν ἀμειβῆ: Κορῆς ἀνέπατε φέρων τῶ αὐθῆρ' ἐξείης βρωῶν, εἰσπῆδον μοὶ πειθῆν. CER-  
 VICEM INFL. PŌSVIT] Infra: captum leto posuit caput. TELO LVMEN TEREBRAMVS]  
 Scilicet in eandem sententiam sub Vlyſſis persona Eurip. in Cyclope: κατὰ γὰρ δ' ὡς εἰ πο ἀμείλικτον ἀνῆρ  
 διπλοῖν χαλκῶν ῥυθμῶν κατὰ λατῆ, οὐ τῶ κικλῶσθαι ἐλεῖν ἐν φασεσφόρῳ κίκαλον τῶ ὄφει, καὶ σωματικῶ κῆρας. TOR-  
 VĀ SOLVM SVB FRONTE LATEBAT] Vel sequemur Seruij sententiam: vel oculum latuisse  
 accipimus, vt physiognomones oculos fronti infossos, immerfosq;ue, & abditos, maleficos no-  
 xiosq;ue suspicantur: qua commentatio possit fortasse Polyphemo conuenire, qui immanitate, &  
 feritate à Poëta infamatur. ARGOLICI CLYPEI] Hęc Argolicum clypeum vsurpauit hyper-  
 bolicè: quippe totum corpus clypeus Argolicus tegebatur: de quo Halicarnassensis: τούτους δὲ σμῆνας  
 εἰς ἀγροῖκῶν τῶ λόχους, ὅπῃα φέρειν ἐπέταξεν ἀσπίδας ἀργολικῆς, καὶ δόρυκα, καὶ κράνη χαλκῆα.

Sed fugite o miseri, fugite: atque ab litore funem  
 640 Rumpite.  
 Nam qualis, quantusq;ue cauo Polyphemus in antro  
 Lanigeras claudit pecudes: atque vbera preſtat:  
 Centum alij curua hæc habitant ad littora vulgò  
 Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.  
 645 Tertia iam lunæ se cornua lumine complent:  
 Cum vitam in syluis, inter deserta ferarum  
 C Lustra, domosq;ue traho: vastosque ab rupe Cyclopas  
 Prospicio, sonitumq;ue pedum, vocemq;ue tremisco.  
 Victum infelicem baccas, lapidosaq;ue corna  
 650 Dant rami: & vulſis pascunt radicibus herbæ.  
 Omnia collustrans hanc primùm ad littora classem  
 Conſpexi venientem: huic me, quæcunque fuisset,  
 Addixi. satis est gentem effugisse nefandam.  
 Vos animam hanc potius quocunq;ue absumite leto.

CAVO POLYPHEMVS IN ANTRO] Reddidit illud sæpe positum Od. 1. ἐν σπητὶ γλαφυρῶν  
 TERTIA IAM LVNÆ SE CORNVA COMPLENT] Sic & Eurip. in Alceſt. σελήνης δ' ὠδὲν  
 ἐν θυρομένῃσ' eadem redditione Propert. Septima iam plenæ deductur orbita lunæ, Cùm de me,  
 & de te compita nulla tacent. VITAM IN S. INT. DES. FER. LVST. TRAHO] Vitam tra-  
 here & Eurip. in Orest. βίωτον ἀ μάλα τῶ εἰς τὸν αἰὲν ἔλκω χέρον & Epig. 2. ἐσπόμεον βίον ἔλκω. VICTVM  
 INFELICEM, BACCAS, &c.] Ita D. Ioannem victitasse ἀμφοῖν ἀρου Nicophorus est auctor, vt  
 Diogenem Ælianum ἀμφοῖν οὐκ ἔλκω. Et Nicephoro assentitur Pantaleon Diaconus, his verbis, à Cuias-  
 cio doctiss. nostra ætate iurisconsulto suis Paratilis ascriptis: ὁ τῶν ἄρ' μελισσῶν καὶ τῶν ἄρ' ἡμιον πόνους, καὶ  
 τῶν ἄρ' βοτάνων συμπεφύμενοι ὄν βρέφους ἀνθρώπων, ἀνθρώπων αὐτῶν, quamuis proprie appellentur, quæ in  
 ambitu lignosum putamen habent, quod genus appellatione nucum apud Latinos continetur, ta-  
 men arborum baccas, omnesq;ue arboreos fructus significant, vt glandis appellatio apud Iuriscon-  
 sultos omnem fructum significat, & apud Græcos κάλαντ. ADDIXI] Signato verbo despe-  
 rationem exprimit, vt inquit Seruius, nimirum ad vocabulum iuris, & vnum ex tribus prætoris,  
 alludens, quod rem licitatione adiudicate sonat, ἀπόκρισθῆν, κατὰ δικάζειν: à qua forensi significatio-  
 ne translatis etiam de aliis dicitur, vt in disciplina augurandi aures dicuntur addicere, quando fir-  
 mant & ratum augurium faciunt. Linius: Fabio auspicanti aues semel atque iterum non addixere:  
 Et addicere opus aliquod, hoc est, redemptori locare faciendum: & addicta sententia, apud Cicer. ven-  
 dita: vnde & addictè aduerbium, & addictio, ἀποκρίσις. VOS ANIMAM ABSVMITE LETO] Vt  
 sæpe Eurip. ἰσορροπῶν in Herc: & alibi.

Y 3

655 VIX



- 655 Vix ea fatus erat, summo cum monte videmus  
Ipsum inter pecudes vasta se mole mouentem  
Pastorem Polyphemum, & littora nota petentem:  
Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.  
Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat.
- 660 Lanigeræ comitantur oues. ea sola voluptas:  
Solamenque mali de collo fistula pendet.  
Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit:  
Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem,  
Dentibus infrendens gemitu: graditurque per æquor
- 665 Iam medium: nec dum fluctus latera ardua tinxit.

PASTOREM POLYPHEMVM] De Cyclopihus & Polyphemo vide Od. Theocritus quoque εἰδὼν, scripsit κύκλωπα. TRVNCA MANVM PINVS REGIT] Paulò aliter Hom. de Cyclope: χερσὶ φίλαφρον. Ad quem locum & Aristot. alludere videtur Eth. lib. 2. οὐδὲ γὰρ πρῶτος ἢ δεύτερος ἀφροσύνην ἔχει, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ βλαβεροῦ φαίνομεν οὐδὲν, πλὴν τοσοῦτον ἔοικεν ὁρατῶς, ὅτι ὡς περὶ σώματα ἰσχυρὰ ἀπὸ ὀφθαλμοῦ κινουμένων, συμβαίνει σφαιροειδῶς ἰσχυρῶς, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὄψιν, οὐ τὰ ἐν τῷ ὄφθαλμῳ, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τοῦ ὄφθαλμοῦ διαφύει. Huic autem Leosthenes mortuo Alexandro orbis imperium comparabat, ut est apud Plutarch. de fort. Alexand. εἴτε ἐκλείποντο δίδυμοι, ὁ νεοθνήσκων ἔλεγε τῶν δίδυμων ἐμπροσθεν ἑαυτοῦ ἢ ἀπὸ τῆς ἰσοπέδου ἐκείνου τῶν κύκλωπα μὲν τὴν τύφλωσιν τείνοντι πάντα χεῖρας ἐπ' ἑδναὶ σὺν περὶ φρονέοντος, οὐτως ἐρέμετο νεμεσώτατος ἢ σφαιροειδῶς ἀναρχίας τὸ μέγεθος αὐτοῦ. Sed nec omnino dissimile illud in Moreto: Sollicitaque manu tenebras explorat inertes: Et Tibul. 2. Et pedibus prætentat iter suspensa timore, Explorat cæcas cui manus ante vias. VESTIGIA FIRMAT] Epigr. ἰχθυῶν ἐρείδει. FLVIDVM] πλάσσειν.

- Nos procul indè fugam trepidi celerare recepto  
Supplice, sic merito: tacitique incidere funem:  
Verrimus & proni certantibus æquora remis.  
Sensit, & ad sonitum vocis vestigia torsit.
- 670 Verùm vbi nulla datur dextram affectare potestas:  
Nec potis tonios fluctus æquare sequendo:  
Clamorem immensum tollit: quo pontus, & omnes  
Intremuere undæ: penitusque exterrita tellus  
Italix: curuisque immugiit Ætna cauernis.
- 675 At genus è fyluis Cyclopus, & montibus altis  
Excitum ruit ad portus, & littora complent.

NOS PROCVL INDE FUGAM] Imitatione Od. vbi inducitur Vlysses Lastrygonas fugiens: τόφρα δ' ἐγὼ ἔφρα δὲ ἐν ἐρυσσάμενον ὄφρα μύροδ, τὸ ἀπὸ πείσματι ἐκὼν ἐκείνου κατασφραγιστοῦ, αἶμα δ' ἐκείνου ἐτάροισιν ἐπεσφραγιστοῦ ἐκείνου ἐκείνου ἐκείνου, &c. Quod autem dextram affectare dixit, cogor, bona venia doctorum, suspicari esse gladiatorum, luctatorum, vel arena vocabulum: verisimile tamè mihi videtur Maronem illam locum Hom. Od. 4. representare voluisse: πτῖνας εἰς ἐμὰ χεῖρας ἀρέξασθε νεαίνων, quod & docti multi συμμφοῖς comprobant. Calab. 4. in certamine castus: ὅς ἢ αὐτὸς μὴ πάντοτε χεῖρας ἀρέξω, & idem μ. παρὶ φίλων ἀρέξω ἐκείνου χεῖρας, ἢ δ' ὅς ἀμύνειν ἔδενον. VERRIMVS ET PRONI CERT. EQV. REM.] Proni προσπρόντες Hom. Od. μ. οἱ ὅς προσπρόντες ἔρεσαν. & Od. v. εἰδ' οἱ ἀνακλιθέντες ἀνερέπιδω ἀλεπιδῶ. AD SONITVM VOCIS VESTIGIA TORSIT] Imitatione Apoll. lib. 2. inducentis Phineum excæcatum auditu ductum ad classem Argonautarum: ὡς τῆρα δ' εἰσάων ἐσοπλὴν ἢ δὲ δὸν ὀμίλου, τοὺς δ' αὐτοὺς παρόντας ἐσπίσεν. Et Hom. Od. μ. τὰς δ' ἐλάδων ἀκύαλα ἠὲ γῆρας ἀρρημένῃ. EXCITVM RVIT AD PORTVS] Græci βοηρομένῃ ad clamorem & conclamationem accurrere, nimirum αὐτοβοῶν.

- Cernimus astantes nequicquam lumine toruo  
Ætnæos fratres, cælo capita alta ferentes,  
Concilium horrendum: quales cum vertice celfo
- 680 Aëriæ quercus, aut coniferæ cypariffi  
Constiterant, fylua alta Iouis, lucusque Dianæ.

Præcipi-

- Præcipientes metus acer agit quocunque rudentes  
Excutere: & ventis intendere vela secundis.  
Contra iussa monent Heleni, Scyllam, atque Charybdim
- 685 Inter vtramque viam leti discrimine paruo  
Ni teneant cursus: certum est dare lintea retrò.

ÆTNEOS FRATRES] Allusisse videtur ad Græcam vocem αἰτναῖοι, quæ magnum & immanem significat: ut apud Soph. in Colon: πᾶσι δ' αἰτναῖα, & κῶντα δ' αἰτναῖοι. Hi autem versus Virgilij de immensa Cyclopus magnitudine videntur illos Callimachi in hymno Dianæ respicere: εἰ νύ μοι εἴδ' ἐδίδεσκον ὅπως ἴδον αἶνὰ πᾶσι δ' αἰτναῖα, ὅπως ἴδον αἶνὰ πᾶσι δ' ἐπ' ὄφρα φέρεα μοῦνον ἄνερα ἀνεῖσα τετρακοσίω, δ' ἐνὸν ἰσχυρῶς ἀνεῖσα. & Od. v. ὡς περὶ κύκλωπα τὴν ἄνερα φέρεα γιγάντων. CONIFERÆ CYPARISSI] ut à Græcis auctore Galenio σφαιρῆσι cupressus dicitur, quod σφαιρῆσι, orbiculos, siue pilulas ferat. VENTIS VELA SECUNDIS] Reddidit Homeri ἡμῶν οὐρον, & πῆσι στον. NI CVRS. TEN. CERT. EST DARE LINT. RETRO] Horat: Nunc retrorsum Vela dare, atque iterare cursus.

- Ecce autem Boreas angusta à sede Pelori  
Missus adest. viuo prateruehor ostia saxo  
Panthagiæ, Megarofque sinus, Tapsumque iacentem.
- 690 Talia monstrabat relegens errata retrorsum  
Littora Achæmenides, comes infelicis Vlyssi.  
Sicanio prætenta sinu iacet insula contra  
Plemmyrium undosum: nomen dixere priores  
Ortygiam. Alpheum fama est huc Elidis amnem
- 695 Occultas egisse vias subter mare, qui nunc  
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.  
Numina magna loci iussi veneramur: & indè  
Exupero præpingue solum stagnantis Elori:  
Hinc alas cautes, proiectaque saxa Pachyni
- 700 Radimus: & fatis nunquam concessa moueri  
Apparet Camerina procul, campi que Geloi,  
Immanisque Gela fluuij cognomine dicta.

VIVO PRATERUEHOR OSTIA SAXO] Suprà: viuoque sedilia saxo. Cæsar: præteruehor ostia Dyrhachium magna vis tempestatis sequebatur. RELEGENS ERRATA RETORSVM] Errata littora, ut Græci passim efferunt: Xenoph. apom. α. ἀ πολλὰ ἑλάνθησας βλαβῆς ἀμύχανουα ποῖα, ἢ δ' ἀπὸ τῶν ἀμύχανουα. & Plato leg. 3. ἐπειδὴ φησὶ ἀμαρτανόμενον βίαι εἶδη, δεδύλωται πτο ἀμαρτημάτων. PLEMMYRIVM VNDOSVM] ἀπὸ τῆς πλημμυρίδος, cui ἀμύχανος opponitur. PRIORES ORTYGIAM] Alij eandem cum Delo statuunt Ortygiam: alij illius auctoritate versus, qui in Orpheo & Homero reperitur, distinguunt: est autem talis: τῶν μὲν ἐν ὄρτυγι, τὴν ἢ κερναῖ ἐν δὴ λω. de partu Dianæ & Apollinis. ALPHEVM ELIDIS AMNEM] De Alpheo, præter illos, quos suprà dedimus in Gallo, sunt Epigr. elegantes versus: νυμφίον αὐτοκέλευθον ἐὼν ἐχρηγὸς ἐρώτων, ἐς σικελίαν ἀρέδουσαν ἐπέειλεται ὕψος ἀκοῖτης, ἢ δ' ἐς σε κακμῶτα ἢ ἀδμῶνιοντα λαβῶσαι, φθῆσθαι ἀσπυμῆσας, ἢ ἀνδρα πικρὰ δαλάσσης, χεῖλα ἢ σμαρτῆσι σωήροσεν, οἷα δὲ νύμφη νυμφῶν ἀμυχανοῦσσι ἀπείθοσαν ἢ ἀπὸ δειρῶ κείμενον ἐν κλάσεισι ὀλύμπιον ἑωσασεν ὕδωρ. Lusit etiam alibi Græcus Poëta in Alpheum fellatorem: ἀλφειοῦ σόμα φεῖρος, φιλῆϊ κῶλπος ἀρεδούσας σφωλῆς ἐμπύπῃον ἀλμυρὸν ἐς πέλασθον. Hic autem versus, Occultas egisse vias, &c. refertur posse videtur ad illos Lycoph. de Proteo: κῶλπος μὲν ἐν σήεργῃ πεδύλας μυχῶς, νέρθεν δαλάσσης ἀπυμῆσας δλώσων. PROJECTAQVE SAXA PACHYNI] Sic & Iunifconsulti proiecta, podia, meniana vocant: alibi Poëta procurrētia saxa dixit. FATIS NVNQVAM CONCESSA MOVERI CAMERINA] Vnde & ἀμύχανος Græcis dicta est ex oraculo: μὴ κίνει κερναῖων, ἀμύχανος πταεμυμῆτα, quod non prætermittit Seruius.

- Arduus indè Agragas ostentat maxima longè  
Mœnia, magnanimum quondam generator equorum:
- 705 Teque datis linquo ventis palmosa Selinis:  
Et vada dura lego saxi Lilybeia cæcis:  
Hinc Drèpani mē portus, & illætabilis ora

Y 4

Accipit.

Accipit. hinc pelagi tot tempestatibus actus,  
 Heu genitorem omnis curæ, casusque leuamen,  
 710 Amitto Anchisen. hic me pater optime festum  
 Deferis, heu tantis nequicquam erepte peticlis.  
 Nec vates Helenus, cum multa horrenda moneret  
 Hos mihi prædixit luctus: non dira Cæxno.  
 Hic labor extremus: longarum hæc meta viarum.  
 715 Hinc me digressum vestris Deus appulit oris.  
 Sic pater Æneas intentis omnibus vnus  
 Fata renarrabat Diuûm, cursusque docebat.  
 Conticuit tandem: factoque hinc sine quieuit.

HINC DREPANI ME PORTVS] Hic versus, de *Deprano* & *illætabili ora*, videtur illos Apoll.  
 lib. 4. respicere: ἐστὶ δὲ πρὸς περὶ τοῦ παροιτέρη ἰονίῳ ἀμφιταφῆς πείρα κερωνή ἐν εἰλί νῆσῳ, ἢ ἄσῳ δὴ καὶ δαί  
 δρέπανον φέρε, ἡλατὶ ἰωδῶσαι, ἐκ ἐθέλων ἐνέπω ἀσπέρων ἔπῳ, ὅ δὲ πατρὸς μίθρα ἡλεῖσθαι ἔταμι κρόνος, οἱ δὲ ἐ  
 δνοδὸς κλείουσι χροῆς κελαμνίτων ἔμμεναι ἀρπύι, ἀπὸ γὰρ κείνη ἐν δὴ πῶτε νάσαστο γάλη, πτῖνας δ' ἔδαον εἰς ἄνω  
 ἄμπιον ἀμύσαδρ μακρῆτα φιλαμένη, δρεπάνη τὸ δὲν ἐκλήσασαι οὐδὲμα φαίικων ἐρῆ τρεφῶν· vbi interpres, ἢ κέρυεα  
 ἀσπέρων γὰρ δρεπάνη ἀναλεῖτο, εἴτα γρηῖα, ἀποδίδουσι γὰρ τῶν αἰτίων ἀεὶστέλις ἐν τῇ κερουραίων πολιτείᾳ. φησὶ γὰρ  
 τῶν δὴ μύθῳ φοβουμένων μῦθῳ ἐκ τῆς ἡπείρου ἐρχόμενοι ποταμοὶ, ἢ περὶ αὐτῶν πηλῶσαι, δευδῶσαι ποσειδῶν  
 ἀσπέρῃται τὰ σὺ ποταμῶν ῥέματα, ἀπὸ τῶν ἐν τῶν οὐδ' ἀντὶ δρεπάνης γρηῖαν ὄνομα δὴ δῶσαι. δρεπάνη δὲ ἀνα  
 λεῖτο δὴ τὸ τῶν δὴ μύθῳ αἰτησάμεν δρέπανον παρ' ἡφαιστῶν τοὺς πτῖνας διδάξασθαι ἀρπύι, εἴτα μὲν αὐτὸ κέρυεα  
 εἰς τὸ ἀσπέρῳ μέρῳ τῆς νήσου. ἀσπέρῳ δὲ τῆς θαλάσσης, ἐξ ὁμοιοπαθῶν τῶν δῶσαι τῆς γῆς δρεπάνη.  
 τίμασθαι γὰρ ἐκ τῶν δρεπάνων, ἢ ἐξ ἑταίμων τῶν οὐρανῶν τὰ αἰδῶν ὁ κρόνος, ἢ ὁ δὲ τὰ τῶν κρόνου τὸ τὸ γὰρ αὐτῶν κέρυεα  
 φησὶ κέρυεα δὲ ἀπὸ τῆς κέρυεα τῆς ἀσπέρῳ ἀρπύι. Hanc autem illætabilem oram inuuit his verbis  
 Lycoph. νῆσον δ' εἰς κρόνον ἐντυμένῳ ἀρπύι ἀφάσας μεζῶν κρεανέων, &c. HEU GENITOREM  
 — AMITTO] Eustath. ῥα. μ. Anchisen Capys filium memorat in Ida monte sepulchrum, quam  
 uis etiam ab aliis in Sicilia obiisse creditum, his verbis: ὁ δὲ μεμνησθεὶς ἀγγίξας κάπυον ἑλθὼν, ὡς ἐν πῆ  
 ἐξ ἧς περὶ γεωλογίᾳ ὁ παμπίης, οὐ γὰρ ἀσπέρῳ αἰνέας, δὲ ἐπὶ ζῆσας ἀγδῶσαντα ἀποίχεται. ἐδ' ἐκκρυτο δὲ φασὶ τὰ  
 ἀγγίξας ἐν τῇ ἰδῆ, ἢ ἐπίμων αὐτῶν οἱ ἐκεῖ ποιμένες ἢ εὐκῆλοι χ' ἢ ἄν ὀδινάπαρον, τὸν τάρον αὐτῶν εἴφοντες. καὶ τῶ  
 ροὶ δὲ πῆες ἐν σικελίᾳ φασὶ πτελεσπικῆσαι αὐτῶν. CVR ÆCASVS QVE LEVAMEN] ἠδ' ἀμύσαδρ τῶν γῆς, ἢ  
 κούφισμα· Hesiod. λιμοσώλωτα κερῶν, ἀμπαμμάτε μερμεράων. MVLTÀ HORRENDÀ MONERET]  
 Soph. δὲν ἀδισκῶσαι. HINC ME DIG. VESTR. &c.] Od. μ. δεκάτη δὲ με νυκτὶ νῆσον ἐς ὠγυλίω πέ  
 λασον δρεῖ, ἐν δα κερυφῶ & Od. ζ. νῶν δ' ἐν δαδὲ κάρβαλε δαίμων & Apoll. 2. Argon. ἡμέας αὐτῶν πέντασθαι.  
 FATA RENARRABAT] Quid si contra Seruium accipiamus plures factas de excidio Troiano  
 narrationes ab Ænea interpellato ab amante Didone sapius, sed magis concisas, & minùs elabora  
 tas hac, quæ hoc toto 3. lib. continetur, vt ex præcedentibus liquere videtur: Nec non & vario no  
 ctem sermone trahebat Infelix Dido, longumque bibebat amorem, Multa super Priamo rogitas,  
 super Hectore multa: Nunc quibus Aurora venisset filius armis: & ex sequentibus: Iliacosq; ite  
 rum demens audire labores Exposcit, pendetque iterum narrantis ab ore. Seruius tamen *renarrabat*  
 pro simplici accipit. Videri tamen potest hic Maro imitatione Homerum, qui sub finem lib. Od. μ.  
 renarrantē Vlyssēm inducit his verbis: τί τοι τὰ δὲ μεθολογῶν ἦδ' ἠ γὰρ τοι γρηῖσθες ἡμυθῶν ἐν οἴκῳ, σῆ  
 ἢ ἰφθίμη ἀλόχο, ἢ γρηῖσθες δὲ μοι ὄντι, αὐτῆς ἀεὶ γῆρας εἰρημέναι μεθολογῶσιν.

P. V. MA-



Regina graui iamdudum faucibus cura  
 Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.  
 Multa viri virtus animo: multusque recurfat  
 Gentis honos. hærent infixi pectore vultus,  
 Verbaque: nec placidam mēbris dat cura quietem.  
 5 Postera Phœbea lustrabat lampade terras,  
 Humentemque auroa polo dimouerat vmbra:  
 Cùm sic vnanimem alloquitur malè sana sororem.

AT REGINA GRAVI] Hic totus liber non modò Apollonij tertium de Medæ amoribus  
 B imitatur, sed omnino repræsentat: atque ad hoc ipso initio respondet illis Apoll. ἀσπέρῳ δ' ἀφ'  
 ἠδ' ἀμύσαδρ ἐπὶ οἱ ἰνδῶσαντα πάντα, αὐτῶς δ' οἱ ἔλυ, οἰσί τε φάρεσι αἴτο, οἶα τ' ἐνφ', ἀεὶ ζέετ' ὄππ' ἀρῶν, ὡς τῆ  
 ἀσπέρῳ ἦσθ, οὐδ' ἐπὶ ἄλλον οἶατο παρ' ἑφύρουσα ἔμμεναι ἀνέρεα τοῖον, ἐν οὐασὶ δ' αἰὲν ἀράρει ἀυθὴ τε μῦθοι τε μελί  
 φρονες οὐς ἀγρόδου. C. ÆCO CARPITVR IGNI] Epigr. πρὸ ἐγκυρίων, & ἐν δ' ἀμύσαδρ. MVLTÀ VIRI  
 VIRTVS] Nam in amore virtutē aliquo esse numero, nec omnino obtusos habere aculeos, quic  
 quid hic interpres molitur, auθor Eurip. in Androm: φησὶ γὰρ ἢ γὰρ τῶν, ἢ τὸ κέρυεα, ἀλλ' αἰρε  
 τὰί τέρπονται τοὺς ζυμῶντας. PLACIDAM MEMB. DAT CVRA QVIETEM] πανάγυρτον μερμερῶν  
 Epig. 3. & αὐτῶν, vnde αὐτῶν. POSTERA PHOEBEA] Lucret. 6. Aut etiam nona reddebant lam  
 pade vitam: & Eurip. in Med. ἢ ποδο λαμπρῶς ὄψεθ' ἀσπέρ. MALE SANA] Hoc epitheton iis qui  
 amant dant Poætæ Latini, imitatione Græcorū, qui amantes καὶ φρονούσας sæpe dicunt: vt & Plato  
 in Phædro: γὰρ αὐτῶν ὁμοιογῶσθαι νοσῶν μᾶλλον ἢ σαρροεινῶν, ἢ εἰδέναι ὅτι κακῶς φρονούσιν, ἀλλ' ἢ δαίμων  
 αὐτῶν κερῶν.

Anna soror, quæ me suspensam infomnia terrent?  
 10 Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?  
 Quem fese ore ferens? quàm forti pectore, & armis?  
 Credo equidem (nec vana fides) genus esse Deorum.  
 Degeneres animos timor arguit. heu quibus ille  
 Iactatus fatis? quæ bella exhausta canebat?  
 15 Si mihi non animo fixum, immotumque federet,  
 Ne cui me vinclo vellem sociare iugali:  
 Postquam primus amor deceptam morte fefellit:  
 Si non pertæsum thalami, tedæque fuisset:  
 Huic vni forsan potui succumbere culpæ.  
 20 Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi  
 Coniugis, & sparfos fraterna cæde penates,  
 Solus hic inflexit sensus: animumque labantem  
 D Impulit. agnosco veteris vestigia flammæ.

ANNA SOROR] Apoll. δὲ δὴ ἐγὼν, οἰόντες βαρεῖς ἐφύβησαν οὐνεροί: δὲ εἰ δὲ μὴ μετὰ δὴ τῆ φέρη κερῶν ἦδ' ἐκ  
 κέρῳ ἡρώων. QVIS NOVS] Od. λ. Arete ad Phæaces de Vlyssē: φαίικας ποῶς ὄμμεν ἀνὴρ ὅδε φαίικε  
 εἶναι, εἰδῶν τε μέγροθ' τε ἴδε φρένας ἐνδον ἔϊτας, ζῆνθ' δ' αὐτῶν εἶναι. Catull. In nostris requiescit sedi  
 bus hospes. VANA FIDES] φροῦδῆ σῆσθαι Euripidi. SI MIHI NON ANIMO FIXVM] Hanc  
 metaphoram reddidit Æschyl. in Suppl. decretum populi & plebiscitū fixum, ratum, firmatumq;  
 declarans: ἦθ' ἐφύβηται τῶν γῆρας δαμπαξ, ὡς μένειν ἀσπέρῳ. BELLA EXHAUSTA] Eurip. non  
 modò ἐξαντλῶν πολέμοις, κινδύνοις, sed & γῆρας dixit. Plato in Epitaph. ἢ ἀπὸ πῆρας τῆ σῆσαι δὴλυτῶσθαι δ  
 πῆρας. HVIC VNI FOR. POT. SVCC. CVLVÆ] Hic Seruius, propter antiquum ritū, quo  
 repellebantur à sacerdotio bis nuptæ. Certè & nunc quoque iure Pontificio qui secundò nupsit, aut  
 viduæ se matrimonio addixit, omnibus exiuit clericorū priuilegiis, nec ad sacerdotij dignitatem  
 admittitur. Valerius lib. 2. Olim quæ vno matrimonio contentæ fuerant, corona pudicitia: hono  
 rabantur: multorum matrimoniōrum experientiam legitimæ cuiusdam intemperantiæ signum cre  
 dentes: vbi Val. legitimam intemperantiām vocat secundas nuptias: cui & Martial. accinuit: Quæ  
 nubit toties, non nubit, adultera lege est: Offendor mœchæ simplicitate minùs. Tacitus item est au  
 ctor lege apud Germanos secundas nuptias mulieribus prohibitas fuisse. Quod autem festis diebus  
 viduarum

viduarum nuptiæ apud Romanos celebrari possent, Verrus Flaccus hanc iocularem causam red- dit: quod feris veteres fossas tergere, nouas facere non liceret. SPARSOS FRATERNA CÆ- DE PENATES ] Propert.2. Spargereque alterna communes cæde penates, Et ferre ad patrios præmia dira lares.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat: Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbas, Pallentes vmbas Erebi, noctemque profundam: Antè pudor quàm te violem, aut tua iura resoluam. Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores Abstulit: ille habeat secum, feruetque sepulcro.

30 SED MIHI VEL TELLVS ] Hom.II.β.ὡς ποτὲ τις ἔρπει, τότε και χάνοι δριεὶς χθον. Idem II.δ.ὡς ποτὲ ἀπειλήσει, τότε και χάνοι δριεὶς χθον. & II.ζ.ὡς κεν οἱ αὐθιγαῖα χάνοι & codc: ἐμοὶ δὲ τε κέρδιον εἶη χθόνα δύνεμαι &c, χυτὴ καὶ γαῖα καλύπτει. Quos locos imitatus videtur Xenoph. ἀναβ.κ. ἐγώ μιν πίνω δόξωμαι, B ἄρην ταύτην ἐπιδέν ὑπὸ ὑμῶν χυτῶμενα, μυρίας ἐμέ γε καὶ γῆς ἀργίας χυτῶμεν. Idem eodem: ἐγώ μιν δύνω καὶ χυτῶμεν χυτῶμεν ὑμῶν ἀργίας ἀκούων ταύτην. PRVS-- ANTE-- QVA ] Hic ante abudare videtur, imitatione credo illius Hom.Od.κ.ὡς κέρκι, τίς γάρ κεν ἀνδρ. δε ἐνάσιμι. ἔην ἄρην τλαῖν πάσσαυξ ἐδνύθη, ἠδὲ ποτὶτθ, ἄρην λύσαθ' ἐτάροις, καὶ ἐν ἀφθαλαμῶν ἰδέθη. Et Od.ν. ὄρα μιν αὐτῶν ἀνθρώπων τούτων -- μή μιν ἄρην ἀλοχθ γνοῖν, ἀσπί τε, φάροι τε, ἄρην πᾶσαν μνηστῆρον ἑσθρασίην ἑσπῶσαι. Quippe secundum ἄρην pro δ, quàm, accipiendum videtur. Differt tamen Homerici loci à Virgiliano in eo, quod secundo loco ante quàm Maro coniunxit, Homerus ἄρην simpliciter pro quàm enuntiasse videtur. ILLE MEOS PRIMVS ] In eundem ferè sensum est colloquium Penelopes cum Euryno- me Od.σ. ἐρωώμεν μὲν ταύτην παραύδα κηδόμενη ἄρ, χυτῶν ἀπὸν πῆδα, καὶ ἔπι χυτῶν ἀλοχθ ἀλαίην γδ ἐμοὶ γε δευτὸν τοὺν ἄλγεων ἐξουσιώσαν, ἐξ οὗ κενθ ἔση καλῆς ἐπὶ νηυσὶ, &c. Quod autem, meos amores abstulit, dixit Maro, sapere videtur illud Eurip. in Med. sub persona Medæ de Iafone lo- quentis: ἀλλ' ἐμοὶ τὰ ἐνθάδε πατήρ ἀπέλεστο & in Alcest. σὺ γδ μου τέρην ἐξείλον βίου. NOCTEMQUE PROFVNDAM ] Et Od.σ. νύξ δ' ἔστα ὅτε δὴν παρηρὸς γάμοθ ἀντιβολήσιν οὐλομένη ἐμέθεν, τῆς τε ζῶος ἄλγεων ἀπαύου. SINVM LACRYMIS IMPLEVIT ] Sinus hic pro concavitate oculorum Turnebus ac- cipit: alij pro vestibus: vt Hom.Od.η.εἴματα δ' αἰεὶ δάκρυσι δάκρυον· alij ἀπὸ τῆς κάλυπται· vt, δάκρυον δὲ δάκρυσι κάλυπται. Certè Græci quoque κάλυπται tam pro concavitate illa, quæ est inter brachiorum & C pectoris complexum, quàm pro vestibus ipsis accipiunt: in quem sensum si consentiemus, vberio- res amantis reginæ lacrymarum fluxus videbuntur, quàm si Turnebi sequemur sententiam: nam non temerè Epigr. 3. Ποῖτα γλυκὺ δακρυὸν ἔρωται vocat, & πολὺ δακρυὸν. Illud Eurip. vtrique, tam vestibus quàm κάλυπται conuenire potest. δάκρυσι νοτῆρον αἰεὶ ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἔρωται πῆδα τέρησα. in Suppl.

Anna refert. ô luce magis dilecta sorori, Solâne perpetua mœrens carpere iuuenta? Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris? Id cinerem, aut manes credis curare sepultos? Esto : ægram nulli quondam flexère mariti: Non Libyæ, non antè Tyro despectus Iarbas, Ductoresque alij, quos Africa terra triumphis Diues alit: placitône etiam pugnabis amori? Nec venit in mentem, quorum confederis aruis? Hinc Getulæ vrbes, genus insuperabile bello, Et Numidæ infreni cingunt, & inhospita Syrtis: Hinc deserta siti regio, lateque furentes Barcæi. quid bella Tyro surgentia dicam? Germanique minas?

MORRENS CARPERE IUVVENTA ] Carpi iuuenta videtur mihi habere affine aliquid, diffe- rente licet structura, cum illo Hom.Od.ε.κατ' ἐβόηθη γλυκὺς αἰών. Et illo pauld pòst: μὴ δὲ τει αἰὼν ἐπι- νέτω. NEC DVLCES. NATOS ] Suprà Georg.2. Et tota in dulces cõsument vbera natos: Eurip. in Med. ὡς γλυκῆα περὶ βολῆ, ὡς μαλθακὸς χυτῶς, πηδύμαθ' ἠδιστον τέκνον. VENERIS NEC PRÆMIA NORIS ] Tale quid in Epigr. Græco: αἰδ' ἔπι περὶ τῆς ἡμετέρας, αὐδ' ἔρα τῆς ἔργα τεκνοστροφίης. Respexit autem Maro, vt obseruauit Seruius, Homeri χυτῶν δ' ὄψ' ἀπρόδότης. Tusan. reddidit in Oeconom. Aristot. γαμικὸν γέρας, de defultore in lectos alienos viro: ἢ γαμικὸν γέρας ἀφαιρέται. HÆC MANES CREDIS CVRARE SEPVLTOS ] Aristot.lib.1.Eth. postquàm multis examinavit Solonis sen- tentiam,

tentiam, qui viuentibus quidem beatitudinem adimebat, mortuis autem tribuebat, tandem in eam definit sententiam, vt res casusque propinquorum & amicorum parum ad mortuos pertinere de- cernere videatur, nec ita vt felices reddere possint, qui alioqui non essent, neque item beatitudinem illis tollere, qui eius compotes antea fuissent: scilicet mortuos, si afficiantur, non eo affici medo, quo & viuentes, his verbis: μάλλον δ' ἵππος τὸ διαπορεύειν ἀπὸ τῶν κερμηλίταις, εἰ πνθ' ἀμαυθὸν κοινανόθην, ἢ ἄντικυμῆνον· οὐκ εἰς δὲ ἐν ταύτην εἰς δ' ἵππων εἰς τῶν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν, εἴτε ἀργυρῶν, εἴτε τῶν αὐτῶν, ἀφανῶν πρὸς μα- κρόν ἢ ἀπὸ τῶν, εἰ οὐκ ἔστιν εἶναι, εἰδὲ μὴ, ποσὸν τὸν γε καὶ ταύτην ὡς: τε μὴ ταύτην δὲ δάμνοιας τοῦ μὴ ὄντος, καὶ εἰ τῶν ὄντος μακροῦς ἀπὸ τῶν μακροῦς, συμβολῆς εἰς τὸ αὐτὸ πρὸς αὐτοῦ τῶν κερμηλίταις εἰ ἀπὸ τῶν φιλῶν, δυνάεις εἰς δὲ ἀπὸ τῶν φιλῶν, ταύτην καὶ πρὸς ταύτην, ὡς καὶ μὴ τε δὲ δάμνοιας μὴ δὲ δάμνοιας ταύτην, καὶ ἀπὸ τῶν ταύτην μὴ εἶναι. ESTO: ÆGRAM NVLLI QVONDAM FLEXERE MARITI ] Sic apud Hom.Od.ζ. nisi quod æρονείαν habet, ἢ γὰρ τοῦς δ' ἐγ' ἀπὸ μᾶζ' εἰ καὶ δάμνον φάμισας, τοὺν μὴ μὴ τῶν πάλαις τε καὶ ἐπὶ τοῖς. NON LIBYÆ, NON ANTE TYRO DESPECT. IARBAS ] Docuit Passerarius, hunc versum laborare inter- punctionis vitio. Neque enim verisimile est, Iarbam Didas ambussè matrimonium, cum illa adhuc esset in vrbe Tyro. Sicigitur interpungit.

Esto: ægram nulli quondam flexère mariti, Non Libyæ, non antè Tyro. despectus Iarbas, Ductoresque alij, &c.

PLACITONE ETIAM PVGNABIS AMORI ] vt Græci μάχης πρὸς, dicunt Od.δ. τίς αὖ φιλέωνι μάχετο. HINC DESERTA SITI REGIO ] διψίαν φάμιον Soph. de Africa, διψάσιον, δι- ψάσιον, διψάσιον, διψάσιον. INHOSPITA SYRTIS ] ἀξενθ. Eurip. συμπαγήσαν ἀξενωτάταιν ἐγβόλων. LATEQUE FVRENTES BARCÆI ] Barcæos & Cyrenæos plurimum in Africa po- tuisse notat Turnebus ex Ænea: κωλυμένους καὶ φαρμακίους λέγει, καὶ ἄλλας πνευσθῶνας τὰς ἀμαζιχῶν τὰ ὄντως καὶ μακρὰς ἐπὶ σωσθῶν καὶ ἐξ ἀργῶν βουδέν. Sed & eos ex Sophocle in Electra currus ad Græciæ certa- mina mississe: δὲ ὄνομα βίβλος ζυγῶν ἐπὶ ἀριμάτω ἀπὸ τῶν -- μὴ τῶν συμπαγήσαν φαρμακίους ὄρους. Putat tamen idem Turnebus conturbasse temporum fidem & historiam Poëtam, nec dum Troianis temporibus floruisse Barcæorum opes.

45 Diis equidem auspiciibus reor, & Iunone secunda Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas. Quam tu vrbem soror hanc cernes? quæ surgere regna Coniugio tali? Teucrûm comitantibus armis Punica se quantis attollet gloria rebus. 50 Tu modò posce Deos veniam, sacrisque litatis Indulge hospitio, causasque innecte morandi: Dum pelago defæuit hyems, & aquosus Orion: Quassatæque rates, & non tractabile cælum. His dictis incensum animum inflammavit amorè: 55 Spemque dedit dubiæ menti, soluitque pudorem.

TV MODO POSCE DEOS VENIAM ] Sic & cum gemino accusatiuo Sophocl. in Antig. ἐγὼ μὲν αὐτῶν τοῦς ἑσθ' ἄρην. Ἐγγυροῖαν. Simile autem consilium dat chorus Atofax in Pers. Æschyli, δευτὸς δὲ ἑσθ' ἄρην ἐκινουμένη εἰς πρᾶσον εἰς ἑσθ', αἰτῶν ἑσθ' ἀπὸ τῶν καλῶν, τὰ δ' ἀγαθὰ ἐκτελεθῶν ἑσθ' ὅτι τε καὶ τῶν τοῦς σέβει, καὶ τῶν, οὐκ εἰς τε πᾶσι. Eadem forma Cicero, ab Ioue pacem veniamque peto precorq;. SACRIS LITATIS ] ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν. Deos litare Seruius dicit: Maro autem sacris litatis, vt Suetonius hostiis litatis. Litare autem à dictione Græca nonnulli deducunt λίτῶμαι, καὶ ἀπὸ τῶν λιτῆς. Hom. Od.λ. τοῦς δ' ἐστὶ δὲ χυτῶν λιτῆσι τε ἔδναυ νευρῶν ἐκαστάμῶν. vbi ea forma dictum videtur; qua à Seruio Deos litare: quod ἀπὸ τῶν Græcis. Alij autem malunt Varronis auctoritati incumbere, qui litare quasi lutare intelligunt, id est, luere & soluere: tum si quidem Diis soluisse videmur, cum sacra ac- cepta gratæque reddidimus fecimusque. Varro: habes qui, & cuius rei causa fecerim Hecatomben, in quo ego, vt puto, quoniã luere est soluere, lutau. Prop. Pastor & ad calamos exta litabat ouis. DV M PELAGO DESÆVIT HYEMS ] Defæuire, & exæuire, est sæuire desinere: Linius: Con- sulum Claudium atrox tempestas adorta in metum ingentem adegit: Populoneos indè cum perue- nisset, stetit ibi, dum reliquum tempestatis exæuaret: Lucan. Nec, dum defæuiat ira, Expeçtat. Alias tamen pro ἀπὸ τῶν. Columel. lib.6. cap. 2. Patere vnum diem noctemque defæuiant: Tran- quil. in Nerone: Vitorumque ac fœminarum ad stipem delegatorum inguina ore inuaderet, & cum affatim defæuisset, conficeretur à Doryphoro liberto. A QVOSVS ORION. ] Orionis tempe- stusum esse sidus ex turbulentum testatur his verbis Aristot. Meteor. lib.2. ἀπὸ τῶν δὲ καὶ χυτῶν ὁ ὄριον εἶναι δοκεῖ, καὶ δυνάων καὶ ἐπιτέλλων, διὰ τὸ ἐν οὐραβολῆ ὄρας συμβαίνειν τῶν δύνων, καὶ τῶν ἀνατολῶν, φέροις ἢ χυτῶν, καὶ διὰ τὸ μέγας τῶν ἀπὸ τῶν ἡμεῶν γήνηται πρὸς τῶν, αἰ δὲ μεταβολαὶ πάντων παρὰ τῶν διὰ τῶν ἀπὸ τῶν. HIS DICT. INCENS. AN. INFL. AMORE ] Inflammavit, ἐφλόγησεν. Videtur autem eam Aristotelis distinctionem inter ἀπὸ τῶν, & φλόγα respexisse, quæ his verbis ab eo lib.1. Meteor. est con-



est concepta: δὲ δὲ νοῦσαι ὄν σαρκώματα, τὸ δὲ νῦν εἴπομεν πύρι, περὶ τῆς ἀδελφῆς τῆς ἀδελφῆς τῆς ἀδελφῆς... A-ton, ὡς ἐκ μὲν ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς τῆς ἀδελφῆς τῆς ἀδελφῆς... Vide eundem Meteor. lib. 4. sub finem... Solvit que pvdorem] Musæus: ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς τῆς ἀδελφῆς τῆς ἀδελφῆς...

Principio delubra adeunt: pacemque per aras Exquirunt: mactant lectas de more bidentes Legiferæ Cereri, Phœboque, patrique Lyæo: Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curæ.

60 Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido Candentis vaccæ media inter cornua fundit: Aut ante ora Deum pingues spatiatur ad aras, Instauratque diem donis: pecudumque reclusis Pectoribus inhians spirantia consulit exta.

PACEMQUE PER ARAS] Respicit βομῆς λιτὰς apud Eurip. Pacem autem hic accipio gratiam, non contrarium bello, ut infra 10. Sin sine pace tua, atque inuito numine Troës Italiam petiere, luant. Et Lucret. 5. Non diuum pacem votis adit. CUI VINCLIVG. CVRÆ] γαμήλια ἔργα, & δέμνια sæpe à Poëtis. Apud Quintil. Dij coniugales Iupiter Iunoque dicuntur: & ipsa Latinis pronuba: Græcis γαμοσύλη, & ἀδελφύνη. Alludit itaque ad ζῦγους θεῶν, περὶ τῆς γαμήλιας. LEGIFERÆ CERERI] Orph. γῆ μήτηρ πάντων δημιουργὸς πλουτοδότης: quæ & θεσμοδότης δημιουργὸς vnde θεσμοδότης. Vide eum locum Georg. Prima Ceres, &c. PINGVES ARAS] Credo ut πρόβατα νῦν sæpe apud Hom. Prop. Dulichias Pallas spatiat ad aras. INSTAURATQUE DIEM DONIS] Suprà, Munera lætitiæque diei. PECVDVMQUE RECLUSIS] Tale extispicium innui videtur apud Clementem per παλῶν περὶ τῆς ἀδελφῆς τῆς ἀδελφῆς τῆς ἀδελφῆς... quod aruspicium δυοσκοπία, & δυοσκοπία aruspices, qui ab extis futura prædicunt. vnde Epig. καλέων τῶν ἱερῶν ἐν δὲ ὄν. Dicuntur & ἀσπαραγγοκόποι, ἡπατοσκοπία, περὶ τῆς βομῆς, φοιηταί: vnde & ἡπατοσκοπία, & ἡπατοσκοπία.

65 Heu vatum ignaræ mentes. quid vota furentem Quid delubra iuuant? est mollis flamma medullas Interea, & tacitum vivit sub pectore vulnus. Vritur infelix Dido: totaque vagatur Urbe furens: qualis coniecta cerua sagitta: 70 Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit. Pastor agens telis, liquitque volatile ferrum Nescius. illa fuga sylvas, saltusque peragrat Dictæos: hæret lateri letalis arundo.

EST MOLLIS FLAMMA] Catull. Ex eo miscellæ Ignis interiorum edunt medullam. Admonuit me Passeratius, mollis videri hic additum ad nomen flamma, cum referri debeat ad medullas, sicque quartus casus numeri multitudinis. Mutuum enim sumpsit à Catullo Virgilius: Ignis mollibus ardet in medullis. NEMORA INTER CRESSIA] Vnde & Catullus ceruam syluicultricem vocat expresso Græco epitheto ἀλνῆμα. Hæc autem cōparatio profecta est ab illo Il. λ. ὅσ' εἴτε δρυοναὶ δῶες ὄρεσφιν, ἀμὲρ ἔλαφον κερσὸν βελλημένον, ὃν γ' ἔβαλ' ἀνὴρ ἰὼν ἀπὸ νδρήης. τὸν μὲν τ' ἦλυξ ἐπέδρασε ἐδῶρον, ὄφρ' αἶμα λιγρὸν, ἢ γούματ' ἔραβη. αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τὸν δαμάσσε' ὤκλ' ὄϊσος, ὄμοσάροι μιν δῶες ἐν οὐρεσι δαρδάρουσι, ἐν νέμει σκίερθ'. ἐπεὶ δὲ λην ἠγάρα δαίμων σίντλω, δῶες μὲν τε διέβρεσαν, αὐτὰρ δὲ δάπτει. VOLATILE FERVRVM] Lucret. iaciatque volatile telum. SALTVSQUE PERAGRAT] Lucret. 2. virides saltus orbata peragrans.

75 Nunc media Æneam secum per mœnia ducit: Sidoniasque ostentat opes, urbemque paratam. Incipit effari: mediaque in voce resistit. Nunc eadem labente die conuiuia querit, Iliacosque iterum demens audire labores Exposcit: pendetque iterum narrantis ab ore. 80 Pòst, vbi digressi: lumenque obscura vicissim Luna premit: suadentque cadentia sidera somnos:

Sola

A Sola domo mœret vacua: stratisque relictis Incubat: illum absens absentem auditque videtque: Aut gremio Afcanium genitoris imagine capta 85 Detinet: infandum si fallere posset amorem.

INCIP. EFF. MED. IN VO. RES.] Apoll. lib. 3. μὲν δ' ἄλλοτὲ μιν οἱ ἐπ' ἀροατίας ἀνέστηλα γλώσσι, ἀλλοτ' ἐνερθε κρετὰ σήδος περὶ πητο, πολέμου δ' ἰμπερὸν μιν ἀνὰ σῆμα δῶδον ἐνιπέων, φθονῆ δ' οὐ σφραεαυε παροίτρω. Hanc quoque amantium vacillationem & titubationem in cōfessione morbi repræsentat his verbis Valerius Ædituus apud Gell. cap. 9. lib. 19. Dicere cum conor curam tibi Pamphila cordis, Quid mi abs te queram, verba labris abeunt: Per pectus miserum manat subitò mihi stidor, Si tacitus, subidus, duplo ideò pereò: vbi legit, Sic tacitus, & pro subitò, subido, quidam amicus meus. ILIACOSQUE ITER. DEM. AVD. LAB.] Tale quid in amore commentatur Proper. lib. 2. Et rursum puerum querendo audita fatigat, Quam quæ scire timent querere plura iubet. PENDETQUE ITERVM NARRANTIS AB ORE] Græcis ἀπορομίζω. POST VBI DIGRESSI] In eam ferè sententiam Hom. Od. τ. αὐτὰρ ἐπεὶ νύξ' ἔλθῃ, ἔλθῃ τ' οἴτῳ ἀπαντας, καί μιν ἐνὶ λείτρῳ, πικρὰ δὲ μοὶ ἀμὲρ' ἐδιδόν' αἰετὸν ἄξείαι μαλ' ἐδῶμαι δρυονίῳ ἐρέδουσι. SVADENTQUE CADENTIA] Recurre ad eum locum Æn. 2. nox humida cælo Præcipitat. INCUBAT] Ea vis videtur mihi huius vocabuli, ut Didone significet more personarum, quæ animi ægritudine somnos ægrè capiunt, & lecto in hanc illamque partem inquieti iactantur, interdum assurgere quoque è stratis, & cubito, toro que, dum consistere mente, corporeque nequit, incumbere: quale est illud apud Proper. lib. 1. Sic ait in molli fixa toro cubitum: & infra, Incubuitque toro, &c. Stratis autem relictis, ut videatur Dido instabili mentis habitu & statu relictum lectum pòst paulò repetere, & in eum se reicere ac reuolucere. i. e. idem loco rursus incumbere. Vide illum locum, Pellibus incubuit stratis. ABSENTEM AVDITQUE VIDETQUE] videre absentem, Ciceroni oculis aliquem ferre. vnde & Aristot. lib. Rhét. α. ἀρχὴ τῆς ἐρωτῆς γίνεσθαι αὐτῆ πᾶσαν, ὅταν μὴ μόνον σφρόντῳ χάρων, ἀλλὰ καὶ ἀπόντῳ μεμνημένον ἐρεῶσι. διὸ καὶ ὅταν λυπηρὸς γῆνι τῆ μὴ παρῆναι. SI FALL. POSS. AMOREM] Huius particula, si, vis quædam obseruanda videtur ex imitatione Græca, ut apud Hom. Od. δ. πέμπε τ' μιν σφὸς δῶματ' ἐδουρήθῃ· δέοιο, εἴ ποτε πτελεθῶσιν ἐδρυονίῳ γούμασιν πᾶσι σεις κλαυδουδίο, γούδο τε δουκρόντῳ. Et Od. ζ. ἡ αὐτὸς ἐπέβρασαν ἀσπιδά μιν ἰοισι λίσσιτ', εἰ δέ εἴσεις πόλιν, καὶ εἴματα δόην. Item Od. ε. ἀλλὰ καὶ ἐνὶ γαυρῶ ἐπ' ὄφρ' ἄ τευτῆναι, εἴ τις τοι χλαῖνάν τε καὶ ἴβδα τε εἴματα δόην & Od. χ. εἴρῃτε τ' φάσγανον ὄξυ εἴποις εἰ εἴσεις δυοάνῳ & Il. λ. αἶμα δ' ἄλλῳ καδὲς ἐπέδω μιν μιδῶνον, αἶμα τ' ὄφρα δαρδάρουσι γῆναι. Pari forma & illud extulit lib. 6. Æn. Bacchatur magnum si pectore possit Excussisse Deum.

Non cœpta assurgunt turres: non arma iuventus Exercet: portusque, aut propugnacula bello Tuta parant: pendent opera interrupta, minaqueque Murorum ingentes, æquataque machina cælo. 90 Quam simul ac tali perfensit peste teneri Cara Iouis coniux, nec famam obstare furori: Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis Tuque, puerque tuus: magnum & memorabile numen, 95 Vna dolo Diuum si fœmina victa duorum est. Nec me adè fallit, veritam te mœnia nostra, Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ. Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto? Quin potiùs pacem æternam, pactosque Hymenæos 100 Exercemus? habes tota quod mente petisti.

NON COEPTÆ ASSVR. TYRRES] Socordia & Xenophon, quæ ab amore proficiscitur nos admonuit Σομμ. α. ἀρῶ τ' ἢ καὶ τὸν εἰς φιλοποσίαν κερσῶ θέντας, καὶ τοὺς εἰς ἐρωτας ἐγκυλιθέντας, ἢ πῶν δωμαμένους ὄφρ' τε δρόντων ὀπμηλῆϊδης, καὶ τ' ἐν δρόντων ἀπέχουσαι & Theoc. ἠεργῶ δ' ἢ τε βόδοις, ἢ μάλοισι, ἢ δὲ κινύοις, ἀλλ' ὀλοαῖς μανίαις, ἀγῆτο δὲ πάντα, σφάραγμα. & supra in Coryd. Semiputata tibi frondosa vitis in vltimo est. MINÆQUE MVRRORVM] Minæ Græcis θρήνοι, σφάραγμα, σφραγίσματα, σφραγισμάματα, πύργων σφραγίσματα Sophocli. Minas hic ἐπέαλεξεν Turnebus interpretatur, adferens hunc Rufini locum in Iosepho: Desuper eam minæ quidem binis, propugnacula verò ternis cubitis ambibat. Propugnaculū quoque Græci σφραβλιῶ, φιλανθήων, σφραβλορ, & σφραβλημα. EGREGIAM VERO LAUDEM] Tale quid in Epig. τὶ πλεόν εἰ θεὸς ἀνδρα κρηνα φλέγει, ἢ πὶ τὸ στανδὸν δνῶσας ἀπ' ἐμῆς ἀδελφῆς κρηναίης. Sed & Epig. 4. σκυλοχρεῖς ἐρωτῆς vocat.

Z Ardet

Ardet amans Dido : traxitque per ossa furorem.
Communem hunc ergo populum , paribusque regamus
Auspiciis : liceat Phrygio seruire marito,

105 Olli ( sensit enim simulata mente locutam,
Quo regnum Italiæ Libycas auerteret oras)
Sic contrâ est ingressa Venus. quis talia demens

Abnuat: aut tecum malit contendere bello?
Si modò, quod memoras, factum fortuna sequatur.
110 Sed fatis incerta feror: si Iupiter vnâ
Esse velit Tyriis urbem , Troiaque profectis,
Misceriue probet populos, aut fœdera iungi:
Tu coniux, tibi fas animum tentare precando.

PERGE: SEQVAR] Apoll. 3. δτ αν εγω ει ποικιλω, ου δε κεν φαινε ετ ανθρωπον. EXCEPIT REGIA IVNO] Pari forma Theocr. ετν δ' αμοιβαιτω παρελθων δαριος κοιδαν.

115 Mecum erit iste labor. nunc qua ratione, quod instat,
Conferi possit, paucis, aduerte, docebo.
Venatum Æneas, vnaque miserima Dido
In nemus ire parant : vbi primos castinus ortus

120 His ego nigrantem commista grandine nimbium,
Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt,
Desuper infundam, & tonitru cælum omne ciebo.
Diffugient comites, & nocte tegentur opaca.

125 Deuenient. adero: &, tua si mihi certa voluntas,
Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.
Hic Hymenæus erit. non aduersata petenti
Annuit : atque dolis risit Cytherea repertis.

MECVM ERIT ISTE LABOR ] Hoc συμπονην dicit Eurip. NUNC QVA RATIONE QVOD INSTAT] Hom. Od. 9. αλλ' αν δλ' φερεόμεθ' οποις εσαι τάνδ' εργον. CONFIERI POSSIT] Rectè ita legere videtur Seruius. Lucret. geni debent nimirum & confieri res. Non videtur autem cum particula παρονάζων, vt Seruio videtur: Iuno siquidem communicato consilio συμφορῶν sibi Venere adiuugit. Sic & rursus Lucret. 5. Ne fortè ex homine & veterino semine equorum Confieri credas Centauros posse, neque esse. Græci συμφορῶν εστι, vnde συμφορῶν. HIS EGO NIGRANTEM] Lucret. Aut ea quæ nigrant nigro de semine nata. lib. 2. INDAGINE CINGUNT] Seruius ferarum inquisitione interpretatur. Aliis indago accipitur series plagarum, quibus saltus, stabula, & latibula ferarum à venatoribus cinguntur: qui & ποιχοι dicuntur, & αρκοι, αρκουα, vnde & αρκοσακίαι, & αρκοσάκων.

Oceanum intereà surgens aurora reliquit.
130 It portis iubare exorto delecta iuuentus:
Retia rara, plagæ, lato venabula ferro,
Massylique ruunt equites, & odora canum vis.
Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum expectant : ostroque insignis & auro
135 Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit.
Tandem progreditur magna stipante caterua,
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo:

Cui

A Cui pharetra ex auro : crines nodantur in aurum:
Aurea purpuream subnectit fibula vestem.
140 Nec non & Phrygij comites, & lætus Iulus
Incedunt : ipse ante alios pulcerimus omnes
Infert se socium Æneas: atque agmina iungit.

OCEANVM INTEREA] Grammatici, qui ωκεανον denominant tanquam ωκεος κηρω ανω κηρωμενον, videntur non longè discedere à sententiâ Aristot. lib. Meteor. 1. qui innuit veteres, cum Oceanum fluuium dixerunt, terram continuo fluxu obeuntem, eo ænigmate fluuium intellexisse, qui vicissim, pro propinquatione aut remotione solis, nunc aqua factus ad terram deuoluitur, nunc aer stultum furigitur: hisille quidem verbis. Αει δὲ νηίσσει, τοδτον ὄσπερ ποταμὸν ῥέοντα κύματα ἀνω κῆρω κῆρω καὶ ὑποὶ τῷ οὐρανῷ ῥέοντα ἐδέλει γήνησθε κατὰ γὰρ τὴν τῆς ἠΐψης εἰσφῆνῆσθον τοῖν ὠκεανὸν οἰοῦντο, τὰ γὰρ ἀνω τοδτον ποταμὸν κέροντες, τὸν κύμα ῥέοντα καὶ τὴν γῆν. Idem tamen lib. de mundo: τὸ δὲ πέλαγος τὸ ἐξ ὧ τῆς οἰκουμένης ἀτλαντικὸν καλεῖται, & ὠκεανὸς καλεῖται ἡμῶν. RETIA RARA, PLAGÆ] Plagæ, αρκοι. Plagas proprie dici vult Seruius funes illos, quibus retia circa summam & imam partem tenduntur, quas ὄπιθρονίδαι Pollux vocat. quibus retia panduntur cōtracta, & retrahuntur expansa. Iurisconf. de fund. instr. l. questum: Ancupes & plagæ huiusmodi instrumento cōtinebuntur. ET ODORACANVM VIS] Opp. ἠσὶτ' ἐς ἔργον κνωσὸς ἀρκοιο κωλὸς κηρω, ὅτι τ' ἐν ὄρεσσι θηρὸς ἀνηχθεὶ σκολιὸν θέσαν ἐξέραιον ἡνὸς ἀσπυγελίη νηυσὶται, καὶ τε μιν ὄσπερ κωλῶν ἑν ἑκάστησιν, ἐπὶ δ' ἐπέλασων ἀνακται. Vocat ite Sophocli. in Aiace, κωλὸν λακωνίω δδεναι, δὴ σθητόν. vnde & ῥινιόπης κων, & ῥινιόπης. PRIMI PŒNORVM] Theocr. in Hel. χροδὸν ἐσάκνωτο δ' ὠδεναι, τοῖ αρω τοῖ πόδι. cuius imitatione Horat. primos vbis dixit: & Eurip. ἀνδρὶ τὸ φρότω σερατὸ σίλω παλιου δουμου σφόνιον ἐξαπομένον, de Achille. Sæpe autem idem Eurip. φησὶν αὐτὸν & ἀκροισ ἀρκοίων. STAT SONIPES, ET FR. FE. SP. MANDIT] De equo Apoll. lib. 4. ἀρκοιότα δ' ὅτι σολάπτοι χαλινὰ ἀμρὸς ἐδωκαζόντι καὶ ἀλὶν κροτέοντω & Callim. in bala. Pall. πρὸ τῶ πάντων χαλινὸφάρον ἀρκοδὸν σμειλῶν & Nicand. Alex. ἀρκοί εἰ ἡ χαλινῶν & Calab. 4. χαλινὰ ῥυκίαν ἀρκοζόντες δαίηον. Hoc generosi equi specimen poetæ & phisilogi testantur, quod pidores arte & fortuna imitari & representare solitos docet Plutarch. in lib. καὶ τὴν. hoc loco: ἐνα μὲν τῶ αρω ἵπ τῶ ζωραροῦ αὐτὸς μὲν ἀλλοις κροζοῦντι εἶναι ἡ χροίμασι, τὸ δὲ ἀρκοδὸν τὴν καὶ τῶ χαλινῶν κοπῶν μὲν χαλινῶν τῶ συνεικητῶσαν τὸ ἀδματῶν μὴ ἀρκοδὸν ἐτ' ἀπὸ ζερότων, πολλὰς γοῦν ἐξαλείφειν, τὸ δὲ ἀρκοδὸν ἀρκοζόντων τὸ πῆμα τὸν ἀρωδὸν ὄσπερ εἰγε φησὶ σμειλῶν ἀνάλησων, τὸν δὲ ἀρκοζόντων δαυμασὸς ἐνα ποικιλῶν ἡ ποικιλῶν τὸ δέον ποδὸν ἔντεχον τῶν μόνων ἰσοκίται. SIDONIAM CHLAMYDEM] Chlamydem non solum mulieribus conuenire, sed & deliciis ex Polluce liquet: αρωτῆ δὲ σατῶν, χαλινῶν δὲ ἀρωματῶν σατῶν δὲ τὸ ἔρω τὸ εἰ ποδὸν, ἐλδὸντ' ἐξ ὄρεσσι ἀρωματῶν ἔχοντα ἀρκοζόντων χαλινῶν. Quod autem Sidoniam dixit, ab arte commendauit: vt Hom. Il. ζ. ἐργα γυμνακῶν σιδονίαν.

Qualis, vbi hybernâ Lyciam, Xanthique fluenta
Deserit: ac Delum maternam innisit Apollo:
145 Instauratque choros: mistique altaria circum
Cretesque, Dryopesque fremunt, pictique Agathyrsi.
Ipse iugis Cynthi graditur: mollique fluentem
Fronde premit crinem fuggens, atque implicat auro.
Tela sonant humeris. haud illo segnior ibat

150 Æneas: tantum egregio decus enitet ore.
D Postquam altos ventum in montes, atque inuia lustra:
Ecce feræ saxi deiectæ vertice capræ
Decurrere iugis: alia de parte patentes
Transmittunt cursu campos, atque agmina cerui
155 Puluerulenta fuga glomerant: montesque relinquunt.

QVALIS VBI HYBERNAM] Ex Apollonio, cuius hæc sunt: ἀρω δ' ἐν νηοῖσὶ δυοδινῶν εἶπον ἐπὶ τῶν δῆλον ἀν' ἡραθέλω, πὲ κλάρον, ἢ ὄρε πρὸ τῶ ἡ λυκίω ἀρκοδὸν ἐπὶ ἀνωδοιο ῥόησι. Dicitur autem ab Hom. Il. δ. Apollo λυκωγυλιε. Apollon. item 2. τοῖσι ἡ λιποδὸς ἡδὲ ἀνω γυλιε ἀρω κωλὸν τὴν ἐπ' ἀπείρονα δῆμον ἀρκοζόντων ἀρκοδὸν, ἐξέραιον, χροίμασι δὲ παρκοίων ἐκάτερον παρκοιο βωρευόντες ἐπὶ ἀρωδὸν κινόντι, λαμῆ δ' ἀρωγυρον νῶμα φῆσιν, ἀρωδὸ δὲ νῶμοι ἐπὶ ἀρω κωλὸν κωλὸν, ἡδ' ἀρω κωλὸν σάειτο νῆσθ ὄλοι, κωλὸν δ' ὅτι κωλὸν χροίμασι τὸν δ' ἐλε θάμω ἡδὸντα ἀρω κωλὸν, ὅδ' ἐπὶ τῶ ἀρωδὸν ἀρω κωλὸν ἐπὶ ὄλοι κωλὸν, εὐάν δὲ κῆρω νῶσαντες ὅπ κωλὸν. Vt autem Delum maternam, sic & Epig. ἡ δὲ ἀρωδὸν ἀρω κωλὸν τὸν δὲ ἀρω κωλὸν ἀρω κωλὸν ἀρω κωλὸν δὲ ἀρω κωλὸν. Quam autem hybernâ dicit, Aristot. ἀρω κωλὸν Pol. 7. Cui opponitur ἀρω κωλὸν vt Hom. Il. τ. Dodonâ ἀρω κωλὸν, & ἀρω κωλὸν Euripidi. DRYOPES FREMUNT] Nimirum & Delphis

Delphis propinqui, & Parnasi aliquandiu incolæ. PICTIQVE AGATHYRSI] Docet ex Marcellino Turnebus, quare picti dicantur: cuius hæc sunt lib. 3. 1. Gelonis Agathyrsi collimitant, in- A terfincti colore caruleo corpora simul & crines: & humiles quidem minutis ac raris; nobiles verò latis, fucatis, & denfioribus notis: vnde & Mela: Agathyrsi ora artusque pingunt, vt quoque maioribus præstant, ita magis vel minus. TRANSMIT. CVR. CAMPOS] Ex Lucret. 2.

At puer Ascanius mediis in vallibus acri  
Gaudet equo: iamque hos cursu, iam præterit illos:  
Spumantemque dari pecora inter inertia votis  
Optat aprum, aut fuluum descendere monte leonem.  
160 Interea magno misceri mutmure cælum  
Incipit: insequitur commissa grandine nimbus.  
Et Tyrij comites passim, & Troiana iuuentus,  
Dardaniusque nepos Veneris, diuersa per agros  
Tecta metu petiere: ruunt de montibus amnes.  
165 Speluncam Dido, dux & Troianus eandem  
Deueniunt. prima & Tellus, & pronuba Iuno  
Dant signum: fulsere ignes, & conscius æther  
Connubij: summoque vularunt vertice Nymphæ.

FVLVVM LEONEM] Vt πρῶτον λέοντα Eurip. SPELVNCAM DIDO] Hom. Od. v. ὡς εἶπ' ὅσα  
δὲ δ' αὖτε ἀπὸ ἠεροειδέος. Sic & antrum à Medea denominatū memorat lib. 4. Apoll. in signe nuptiis  
Iasonis & Medæ. SPELVNCAM DIDO, &c.] Item Hom. Od. 4. ἴσον δὲ ἀπὸ γλαφυρὸν δὲ δὲ  
ἐξ ἀπὸ. Et paulò post de eadem Calypso & Vlyssæ: ἐλθόντες δ' ἄρα τὸν μυχὸν ἀπὸ γλαφυροῦ περιέδωκε  
φιλότητι. PRIMA ET TELLVS] Turnebus ex Hesiodo primam intelligit, quæ ex Chao ante ele-  
menta omnia, & cælum ipsum exiit: quam interpretationem & superiorem loco in Georg. Tuque  
ὁ cui prima frementem, &c. conferuat: & in illo Horatij quoque, Tellus me prima tulisset. Nescio  
autem an huic loco conuenire possit, quòd ἀρσώμαντι Æschyl. in Eum. γαίαν vocat, his verbis:  
ἀρσῶντι μὲ δὲ τῆδε ἀρσώμαντι δὲ δὲ τῶν ἀρσῶμαντι γαίαν, ἐν τῆδε δέμν. Pind. quoque Nem. od. 1. 1. ἐστὶν  
ἀρσῶμαντι γαίαν, quæ & pro Tellure passim accipitur. Certè & Aristoteles lib. Meteor. 2. An-  
quos Theologos Poëtas tam tragicè & venerandè de Terra pronuntiasse admonet, vt à Cælo eam  
tanquam famulante ambiri crederent: vt quæ medio & honoratissimo loco consisteret: nec parua  
quædam portio, sed potissima vniuersi pars esset. Sunt autem hæc eius verba: οἱ μὲν οὐδ' ἀρχαῖοι, καὶ δια-  
βίοντες ἀπὸ τῆς θεολογίας, πισιοῦσι αὐτῆς πηγῆς, ἵνα αὐτῆς ὡσαν ἀρχαῖοι καὶ ῥίζα καὶ δαλάπῆς. τῆς ἀρχαιότερον δὲ  
αὐτῆς καὶ σημαντικόν ὑπελάβον ἵστας εἶναι τὸ λεγόμενον, ὡς μέγα τι τοῦ πάντος τῆς κτίσεως ὄν, καὶ τὸν λοιπὸν ἕρπονδ' ἔχον  
ἀπὸ τοῦτον συλλύει τὸν τόπον, καὶ τοῦτον χεῖρον, ὡς ὄντα πρῶτα, καὶ ἀρχαῖα. Locus autem Hesiodi de Terræ  
antiquitate, quem & citat Arist. lib. Metaph. 1. talis est: πάντων μὲν ἀρσῶμαντι γαίαν, αὐτὰρ ἔπειτα γῆ  
ἀρσῶμαντι. Idem quoque Arist. post paulò: καὶ τὴν διὰ τὸ πᾶσι οὐ καὶ τῶν γῆν λέγουσιν ἅπαντες οἱ πολλοὶ τ' ἀνθρώ-  
πων, πάντα δὲ τῆς γῆς φασὶ τῆς γῆς ἀρσῶμαντι γαίαν, ὡς ὄντα πρῶτα, καὶ ἀρχαῖα καὶ ἀρσῶμαντι  
συμβέβηκεν εἶναι τῶν ἀρσῶμαντι. Nescio autem an Nannio assentiendū sit, qui hic Iunonem pro Terra  
accipit: tum propter superiorem enarrationem, tum quòd & Tellurem Poëta præmiserit, & Iuno-  
nem subiunxerit, idque cum pronubæ epitheto, quod Terræ conuenire non videtur. Non possum  
autem non probare, quòd signum datum à Tellure, motum terræ accipiat: quodque fulsere ignes  
& ætherem, ad fulgetras & fulmen referat: quod quidem ex Claudiano ominosum solere esse nup-  
tias, easque indicare probat his versibus, de raptu Proserpinæ: ni Iupiter æthere summo Pacificas  
rubri torisset luminis auras, Confessus generum nimbis Hymenæus hiulcis Intonat, & testes fir-  
mant connubia flammæ. Scilicet fulmina nuptias ominari & ostendere dicunt Poëta promissæ,  
vel approbantibus, vel Diis reprobantibus. Sed & videri potest à Syrone institutus Poëta, ex De-  
mocriti & Epicuri decretis, Lucretium quoque hic secutus, qui lib. 5. vbi de natali mundi initio,  
& exitio disputat, vult ipse ex primis summam rerum corporibus constam, & primum ea terram  
plagis ponderibusque concita constituisse, atque postmodum ex ea læuia, rotunda, minoraque ele-  
menta manantia cælum ipsum sideraque effecisse, his verbis: Quippe etenim primum terræ cor-  
pora quæque, Propterea quòd erant grauia, & perplexa, coibant, In medioque imas capiebant  
omnia sedes, Quæ quantò magis inter se perplexa coibant, Tam magis expressere ea, quæ mare, si-  
dera, solem, Lunamque efficerent, & magni mœnia mundi, Omnia enim magis hæc à læuibis  
atque rotundis — multoque minoribus sunt elementa, Quàm tellus; idèd per rara foramina terræ  
Partibus erumpens primus se sustulit æther Signifer, & multos secum leuis abstulit ignes. CON-  
SCIVS ÆTHER CONNVBIJ] Ex veterum ritu: solus enim aër conscius erat (vt acutè Passera-  
tius) cum auspices adhiberentur, vt scribit Asconius in Cic. Orat. pro Cluentio. VLVLARVNT]  
Apoll. 3. αἱ δ' ἀλάουξαν νόμοι ἐλειονόμοι ποταμῶν. Vocat autem Æschylus in Agamem. respiciēs He-  
lenæ adulterium, νυμφόκλαυτον ἐργῶν.

Ille

A Ille dies primus leti, primusque malorum  
170 Causa fuit. neque enim specie, famæ mouetur:  
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem:  
Coniugium vocat: hoc prætexit nomine culpam.  
Extemplo Libyæ magnas it fama per vrbes:  
Fama malum, quo non aliud velocius vllum:  
175 Mobilitate viget, viresque acquirit eundo:  
Parua metu primo, mox sese attollit in auras:  
Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.  
Illam Terra parens ira irritata Deorum  
Extremam (vt perhibent) Cæo, Enceladoque forem  
180 Progenuit, pedibus celerem, & pernibus alis:  
B Monstrum horrendum, ingens: cui quot sunt corpore plumæ,  
Tot vigiles oculi subter (mirabile dictu)  
Tot linguæ: totidem ora sonant, tot subrigit aures.  
Nocte volat cæli medio, terræque per vmbra  
185 Stridens: nec dulci declinat lumina somno.  
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,  
Turribus aut altis: & magnas territat vrbes,  
Tani ficti, prauique tenax, quam nescia veri.

ILLE DIES PRIMVS LETI] Od. 3. τότε γὰρ καλὸν δὲτο ἀνικατὸ ἀρχῆ. Sophocl. in Aiæc. μέγα  
ἀεγ' ἀκείνῳ ἀρχῶν χεῖρον ἀνικατὸν. MEDITATVR AMOREM] Suprà: meditantur cetia ceruis.  
EXTEMPLE LIBYÆ] Od. 11. ὅσα δ' ἀρ' ἀρχῆ ὡς καὶ πῶλιν ὄχρητο πάντη. Sanè & hi versus sapiunt  
istos Homeri Il. 2. ἡ δ' ἄλγῃ μὲ πρῶτον κορύσσειται, αὐτὰρ ἔπειτα ἕρπονδ' ἐστειλε κάρη, καὶ δὲ γῆν βάλει. De fa-  
ma quoque Hesiod. εἴμην δ' ἔτι καὶ πῶλιν κούρη γαίαν, ῥέτα μάλ' ἀρχαῖα δὲ φέρειν, καὶ πῶλιν δ' ἀπὸ δαίος,  
φῆμιν δ' οὐ πρὸς ἀμύχαν ἀπὸ γῆ, καὶ πῶλιν πολλοὶ λαοὶ φημὶς οὐσι, θεὸς νύ περ ἐστὶ καὶ αὐτῆ. MOBILITATE VIGET,  
VIR. ACQVENDO] Lucret. lib. 6. Mobilitatem, etiam atque etiam quæ crescit eundo. Ceterum  
ita & Physici dicunt motum naturalem inualescere, quo magis ad finem propriumque locum ac-  
cedit: contra violentum remittere: vt Arist. 1. de calo: τῆς κίσεως δὲ τοῦ μὴ εἰς ἀπειρὰ φέρεσθαι, καὶ τὸ πῶλιν  
ἔσθαι ἀν' ἐγγυτέρω ἢ τοῦ μέσθαι ἀπὸ φέρεσθαι, τὸ δὲ πῶλιν ἔσθαι ἀν' ἀπὸ. INGREDITVR QVE SOLO] Callim.  
de Cerere: ἰδματα μὲ χεῖρον, κεφαλα δὲ οἱ ἀλάτ' ἀλύματ' . Hanc autem famæ descriptionem notatam à  
Macrobio defendit acerrimè Pontanus in Antonio. ILLAM TERRA, PAREN S] περιμύθησ' ἀλίας.  
Quòd autem Poëta famam forem Cæi Enceladique, & Terræ filiam facit: nimirum passim Poëte  
γῆνται γηγῆτες dicunt, & πολλοὶ οὐνοί. Cœum autem Terræ & Cæli filium, & Cæi Latonam filia He-  
siodus: cui λητὸ κοισθῆσ' & Apoll. 2. ἡ ἑσπὸ τῆ κτίσεως ἄνθρωποι.

Hæc tum multiplici populos sermone replebat  
190 Gaudens: & pariter facta, atque infecta canebat:  
Venisse Æneam Troiano à sanguine cretum:  
Cui se pulcra viro dignetur iungere Dido:  
D Nunc hyemem inter se luxu, quàm longa, fouere,  
Regnorum immemores, turpique cupidine captos.  
195 Hæc passim Dea fœda virum diffundit in ora.  
Protinus ad Regem cursus detorquet Iarbam,  
Incenditque animum dictis, atque aggerat iras.  
Hic Ammone fatus, rapta Garamantide nympa,  
Templa Iouï centum latis immania regnis,  
200 Centum aras posuit: vigilemque sacrauerat ignem,  
Excubias Diuum æternas, pecudumque cruore  
Pingue solum, & variis florentia limina fertis.  
Ique amens animi, & rumore accensus amaro

Z 3

Dicitur





Pallentes: alias sub tristitia tartara mittit:  
 Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat:  
 245 Illa fretus agit ventos, & turbida tranat  
 Nubila. iamque volans apicem, & latera ardua cernit  
 Atlantis duri, cælum qui vertice fulcit:  
 Atlantis, cinctum affidue cui nubibus atris  
 Piniferum caput & vento pulsatur, & imbri:  
 250 Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento  
 Præcipitant fenis: & glaciæ riget horrida barba.

PRIMUM PEDIBVS TALARIA] Vnde Mercurius, vt Perseus quoque, *ἠεροπίης ἀ ποίετις, & ἀρβύλοπῆρος*. Huius autem loci totius non solum sententia, sed & verba ipsa ab Od.lib.a. desumpta sunt: *ὄς ἔφατ' ἄδ' ἀπὸ τῆς διαίτης ἀργειφόντης, αὐτὴν ἔπειθ' ἑσὸ πλοσὴν ἐδήσειτο καλὰ πεδίλα, ἀμβρόσια, χρύσεια. τὰ μὲν φέρον ἢ μὲν ἐφ' ἕρξην, ἢ δ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἄμα ποίης ἀνέμοιο. ἔλετο δὲ ῥάβδον, τῆν' ἀνδρῶν ὄμματα δέλεγει. ὡν ἐδέλει, τοὺς δ' αὐτὲς καὶ ἑσπύοντας ἐγείρει. τὴν μὲν χερσὶν ἔχων πύτετο ἀργειφόντης, περὶ δ' ὀπίσθας ἐξ αἰθέρος ἐμπροσθέντων. σάβασ' ἔπειθ' ἐπὶ κέμα λάρω ὄρνιθι ἐοικώς, ὅς τε πύτῃ δεινούς κλόποις ἀλὲς ἀπρυγέτοιο ἱχθύος ἀργύροισιν πικρὰ πῆρα δόει.] ἀλλή. πρὸ ἱκελ. πολέεσσιν ὀρήσαστο κύμασιν ἑρμῆς' quorum versum bona pars repetitur Od.ω. Responder autem Horat. quoque his locis: Tu piæ lætis animas reponis Sedibus, virgaque leuem coërces Aurea turbam, superis Deorum Gratus, & imis. Mercurius autem Græcis *νεμεσγῶδες*, & νεροπυμπὸς dicitur. Vt autem hic Maro aui similem dixit, Homerus speciem expressit, & *λάρω ἐοικότες* dixit: qui *λάρω* quasi *λάλω* Mercurio sacer est: quem alij Fulicam, Gaueam alij, alij Herodion, alij Ciconiam, alij Ibin vertunt. HÆC ANIM. ILLE EVOC. ORCO] Hom.Od.ω. ἑρμῆς δὲ ψυχῆς κωλύει ἐξεκελεύειτο. LUMINA MORTE RESIGNAT] Notandum huius vocis varius & multiplex apud auctores vsus: nam & cōtraria vsurpatur significatione: aliquando pro aperire, claudere, abrogare, & reddere. Æs etiam militi resignatū dicitur, quando ob delictum tribuni iussu denegatur stipendium. Sanè contra Seruium Turnebus resignare hic aperire interpretatur: ex Romana consuetudine, qua mortuis in rogo oculi aperiabantur, qui domi antè clausi fuerant, Plinij testimonio tali: Morientibus illos operire, rursusque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu sacrum est, ita more condito, vt neque ab homine supremum eos spectari fas sit, & celo non ostendi nefas. Quam sententiam confirmat idem Turnebus Homeri quoque auctoritate: qui virga à Mercurio tantum somnos immitti, & adimi canit: *ἀνδρῶν ὄμματα δέλεγει, καὶ ἑσπύοντας ἐγείρει* qui etiam versus apud Orph.in Hym. Merc. vsurpatur: *αἰνομόροις ψυχῆς πομπὴς καὶ γαῖαν ἑσπύρων, ἃς κατὰ γαίης ὀπίσθας μοίρης χεῖρ' ἐξασπύειν], διέβρω ῥάβδω δέλεγων ἑσπύοντες ἄπαντα, καὶ πάλιν ἑσπύοντες ἐγείρεις.* Locus autem Plinij aliquam habere cognationem videtur cum illo Varronis: Lex nimis impia, ne filij patribus luce sigillent oculos. ATLANTIS DVRI, CÆLVM, &c.] Hesiodus in eandem sententiam in Theog. *ἀτλας δ' οὐρανὸν ἄνω ἔχει κρηστήρης ὑπ' ἀνάγκης πέεσσι ἐν γαίης ἑσπύων ἀσπύρων λιγυρῶνων, ἐστὼς κεφαλῆν τε καὶ ἀκρομαστοῖσι χεῖρες' item Æsch.in Prom. *ἀτλαντ' ὅς ποδὶ ἐσπύροις τοῖσι ἑσπύει κόν' οὐρανὸν καὶ χθονὸς ἀμοιβὴν ἐρεΐδων ἀργύρ' ἐν δίακαλον' idem & paulò post: ἀτλαντ' ὅς αἰὲν ἑσπύοντων ἐπὶ ἐν κρηστῶν ἐρεΐδων τε πόλον νότοισι ἑσπύει*. Hanc autem Hesiodi, Poëtarumque fabulam eludit Aristot.lib.2.de cæl. *διότι ἔτε καὶ τὸν ἑστῶ παλαιῶν μύθων ἑσπύοντων ἔχον, οἱ φασιν ἀτλαντὸς πν' ὑπὸ κρηστῶν δεικνύει τὴν σπηρίαν, ἐοικώς γὰρ καὶ τοῦτον οἱ συστήσαντες τὸν λόγον, τὴν αὐτὴν ἔχον τοῖς ὕστερον. ὡσπερ γὰρ ἀεὶ ἐσπύει ἑσπύοντων, καὶ γὰρ ὡν ἀπὸ τῶν ἑστῶ σωμάτων, ἑσπύοντων αὐτῶ μυστικῶς ἀναγνώσει ἐμψύχον.* NIX HYMEROS INF.] Vnde & *νιφοβόλ' ἀτλας* Poëtis Græcis. Sic & Homero *ἀγάννησ' ὄλυμπ' ὁ πᾶν κρηταιφόμενος, πολυμίση', χρονώδης* quamuis alij intelligant τὸν οὐτὲ ὄλως νιφόμενον. TVM FLVMINA MENTO] Soph.in Trach.de Ach. *ἐκ τῆς δαιμονίης ἡμετέρας κρηστῶν διέβρωσαντο κρηλαίου ποτοδ.***

Hic primum paribus nitens Cyllenius alis  
 Constitit: hinc toto præceps se corpore ad vndas  
 Misit, aui similis, quæ circum littora, circum  
 255 Piscosos scopulos humilis volat æquora iuxta.  
 Haud aliter terras inter, cælumque volabat.  
 Littus arenosum Libyæ, ventosque fecabat  
 Materno veniens ab auo Cyllenia proles.  
 Vt primum alatis tetigit magalia plantis:  
 260 Æneam fundantem arces, ac tecta nouantem  
 Conspicit. atque illi stellatus iaspide fulua  
 Ensis erat: Tyrioque ardebat murice læna

Demissa

Demissa ex humeris: diues quæ munera Dido  
 Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.

PARIBVS NITENS] Lucret.6. Claudicat extemplò pennarum nifus inanis, Et conamen utrinque alarum proditur omne, Hic vbi nifari nequeunt, insilire & alis. Porrò nequis miretur cur per Atlantem hoc est longiorem viam Mercurius ad Æneam descenderit, id eò factum creditur cur per Atlantem genus duceret, & ad auum officij causa diuerterit nuntius deorum, vnde & Sidonius Apoll. Iamque vt conueniant superi Tegeaticus Arcas, Nunc plantis, nunc fronde volat, vix contigit arua, Et toto descendit auo. HAVD ALITER TER. INT. CÆL. VOL.] Hom.II.ε. *μεσογῆς γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀπερὸν*. Vt autem *littus arenosum*, saepe Poëta *μαρῶν*. TETIGIT MAGALIA] Catul. Phrygium vt nemus citato cupidè pede tetigit. DIVES QUÆ MVNERA DIDO] Hic versus repetitur lib. II. Æn. ex Hom. Od. II. *αἰματ' ἐδέσσα καλὰ τὰ γ' αὐτὴν τεύξεσιν αὐμφορίλοισι γυνοῖσι* & Od. *ἐν δ' ἔσαν οἱ πένθοιο παμπόλοιο οὐς κάρην αὐτῆς*, de Helena: idem II. *ἐπέπων πεπύλοιο, ὅν ῥ' αὐτὴ πύπαστο καὶ κάρην χερσὶ*.

265 Continuò inuadit. tu nunc Carthaginis altæ  
 Fundamenta locas, pulcramque vxorius vrbem  
 Extruis, heu, regni rerumque oblite tuarum.  
 Ipse Deum tibi me claro demittit Olympo  
 Regnator, cælum, & terras qui numine torquet.  
 270 Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras.  
 Quid struis? aut qua spe Libycis teris otia terris?  
 Si te nulla mouet tantarum gloria rerum:  
 Nec super ipse tua moliris laude laborem:  
 Ascanium surgentem, & spes hæredis Iuli  
 275 Respice, cui regnum Italiæ, Romanaque tellus  
 Debentur. tali Cyllenius ore locutus,  
 Mortales visus medio sermone reliquit:  
 Et procul in tenuem ex oculis euauit auram.

IPSE DEVM TIBI ME CL. DEM. OLYMPO] Ex Hom. II. *οὐτοί ἐγὼ θεὸς ἀμβροτ' ἐλάλουντα ἑμέας, σὶ γὰρ με πάτηρ ἄμα πομπῶν ὄπασσον.*

At verò Æneas aspectu obmutuit amens:  
 280 Arrectaque horrore comæ, & vox faucibus hæsit.  
 Ardet abire fuga, dulcesque relinquere terras,  
 Attonitus tanto monitu, imperioque Deorum.  
 Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem  
 Audeat affatu? quæ prima exordia sumat?  
 285 Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc:  
 In partesque rapit varias, perque omnia versat.  
 Hæc alternanti potior sententia visa est.  
 Mnesthea, Sergestumque vocat, fortemque Cloanthum:  
 Classẽ apertent taciti, socios ad littora cogant:  
 290 Arma parent: & quæ sit rebus causa nouandis,  
 Dissimulent: sese interea, quando optima Dido  
 Nesciat, & tantos rumpi non speret amores,  
 Tentaturum aditus, & quæ mollissima fandi  
 Tempora, qui rebus dexter modus.

AT VERO ÆN. ASP. OBMVTVIT] II. p. *δὴ δὲ μὲν ἀμφασίη ἐπέον λάθε. AFFATV] Alloquius* Horatio: vt vtrumque respondeat Græcorū *παρηγορίας, & ἀπομυθίας, & παρηγορίας μύθοις*. Apollon. Argon. lib. I. *ATQVE AN. NVNC HVC CEL. N. DIVID. ILLVC, &c.*] Ex Od. ζ. *ὁ δὲ μερμηέξεν ἄδυσσας, ὡς ἄεθ οἱ φρονέοντι δὴ ἀκακίτη κέρδιον ἐστ'* & Od. II. *ἡ δὲ δέ μοι κατὰ θυμὸν ἀρίστη θάινετο βουλή* & Od. τ. *ὡς καὶ ἐμοὶ δὴ καὶ θυμὸς ἐράρετ' ἐν δαίτη ἐν δαίτη*. Sic & *Ἰσοκράτ. δέξην ἀλλοπαίουση*, pro varia & alternante sententia.

sententia. Sic & Catul. Nos aliud metes, aliud diuisimus aures. HÆC ALTERNANTI POTIOR SENTENTIA VISA FST] Hom. Od. ε. ας ας οι φρονέοντι δαλροτο κέρδιον είναι. CLASSEM AP- TENT TACITI] Od. ε. ης επάρτεας έμμαναι έταίροις & Apoll. I. ε. παρτέα πείωτ' έτέπικτο, δαυ έπταύω] έπαρτέες ένδεδι ήτες. TENGATVRVM ADITVS] Victorius, tentare aditus & tempora, vertit κωφόν λαμβάνων, ex illo Euripidis in Ione: χερών η κωφόν λαμβάνων προσάξομαι δ' άμύρτ' έρη σε σώνηρα τήμ' έχη χερώνς. Certè & Tacitus capere tempus, & alij historici.

Ocyus omnes

- 295 Imperio læti parent, ac iussa faciunt. At regina dolos (quis fallere possit amantem?) Præfensit, motusque except prima futuros, Omnia tuta timens. eadem impia fama furenti Detulit, armari classem, cursumque parari. 300 Sæuit inops animi, totamque incensa per urbem Bacchatur: qualis commotis excita sacris Thyas, vbi audito stimulant Trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cythæron. Tandem his Æneam compellat vocibus vltro.

MOTVS EXCEPT PRIMA FUTVROS] Sic apud Cæf. rumores excipere. ARMARI CLASSEM] στόλον όπλίξ' έδου: nam & όπλα armamenta, velaque dicuntur. Vide infra eum locum. Colligere arma iubet, validis que incumbere remis. INOPS ANIMI] άποροδου, άγνομονοδου, άμυχανοδου. QVALIS COMMOTIS EXCITA] Est & talis apud Nicand. Alex. comparatio de toxico venenatis: ή άτε καρποφόρος ζάκος βωμύσεια βέβης έννάδι λειοφόριον ενι χερμηττοουα κελδ' όνις, μακρην έπιμεδούα γλώση όρρον, οι δέ βέουση ιδάεις βρωγών έτ' είπείωση ύλαγμόν. BACCHATVR] βακχάει. TRIETERICA BACCHO ORGIA] Græcè enuntiauit Poëta. Sunt enim τριετηνιακά sacra Bacchi tertio quoque anno celebrata, quæ & τριετηρίδες vocantur: qua forma à Græcis πεντετηριών quinquennale & lultrale dicitur: quod quinto quoque anno instauratur: vnde & κωτορμάξ' έδχ' initiari, μνείδχ'. Interpres tamen Apollonij lib. 1. όρμα dicit αι μυσίαεια ποξ' το έργειν τοός άμυήτοις άμύρτ', ή τά έν όργείσι γινόμενα, όργάδαι δέ συμφορτοις πόπις ή έργουός. Alij δ' από τής όργής, ή όρών, vt nocturnus que vocat clamore Cythæron: nam & Nyctelia sacra illa dicebantur, quæ antiquata causa turpitudinis à populo Romano admonet Seruius. Sunt & apud Orpheum hymni Trieterici.

- 305 Dissimulare etiam sperasti perfide tantum Possit nefas? tacitusque mea decedere terra? Nec te noster amor, nec te data dextera quondam, Nec moritura tenet crudeli funere Dido? Quin etiam hyberno moliris sidere classem: 310 Et mediis properas aquilonibus ire per altum Crudelis. quid? si non arua aliena, domosque Ignotas peteres? & Troia antiqua maneret? Troia per vndosum peteretur classibus æquor? Mene fugis? per ego has lacrymas, dextramque tuam te, 315 Quando aliud mihi iam miseræ nihil ipsa reliqui: Per connubia nostra, per inceptos Hymenæos, Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam Dulce meum, miserere domus labentis, & istam Oro (si quis adhuc precibus locus) exue mentem.

DISSIMVLARE ETIAM] Vide querelam, & expostulationem Medæe cum Iafone de ipsa reddenda vel deponenda cum Absyrto pacifcente, Apoll. lib. 4. NEC TE NOSTER AM. NEC TE DATA DEXT.] Il. β. απονδ' αίτ' άκριτοι ή, δεξια ή: έτέπηδμεν. Aristot. autem Rhet. α. agens de exaggeratione & exacerbatione criminis: ή τά ή ήντοεινά ότι τοιαύτω, ότι πολλά άνήρικα δόματα, ή έσφελόμενοι οίον όρεοις, δεξιάς, πίστεις, έπιγαμίαις, πολλών γδ άδινηυότων έσπερογγή. HYBERNO SIDERE] Credo alludere Poëtam ad morem Romanorum, qui post Kal. Nouembres intempesiuam nauigatione censebant, & ex eo claudi mare, admonitus à Briffonio, fori & sæculi nostri gloria, quemque in publico & obser-

& obseruare soleo, & domi magno studio complector: vt & idem docuit ex Vegetio lib. 4. cap. 59. & l. quoties in fine. c. de naufrag. l. ciuiles, c. de off. rect. prou. Patet etiã ex Symmacho lib. 2. epist. 155. 159. 162. 274. 304. ET MED. PROP. AQV. IRE PER ALTVM CRVDELIS] Eodem situ Hom. il. π. τίς σέ άλλο- άνήται έλθονθ' όφ, άνε μη άργύροισι δεικέα λοίγδν άμυήσις υπέες. PER EGO HAS LACRYMAS] Argute obseruasse videtur Turnebus & in iureiurãdo Græcos quoque Poëtas huiusmodi interpositione delectatos. Eurip. vñ σπός σε τής σής δεξιάς δαωλέων. Et rursus ά σπός σε γράματων. FVIT AVT TIBI QVICQVAM DVLCÈ MEVM] Videtur & sententia loci illius apud Eurip. affinis huic, sub persona Medæe ad Iafonem: έπεί ενήν πίνδλ' ύπέρησαι φίλα. Tale quid & apud Sophoclin Atac: άνδρι τοι χερών μνήμην προστέναι τερπιδν εί π' ή πού π' άδοι.

- 320 Te propter Libycæ gentes, Nomadumque tyranni Odere: infensi Tyrij: te propter eundem Extinctus pudor, & qua sola sidera adibam, Fama prior. cui me moribundam deseris hospes? Hoc solum nomen quopiam de coniuge restat. 325 Quid moror? an mea Pygmalion dum mœnia frater Destruat? aut captam ducat Getulus Iarbas? Saltè si qua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles: si quis mihi paruulus aula Luderet Æneas, qui te tantum ore referret: 330 Non equidem omnino capta, aut deserta viderer.

QVA SIDERA ADIBAM FAMA] Hom. Od. τ. de Penelope: ή γάρ σέ κλέθ' ου έγρον άειμώ μείνει. PARVVLVS AVLA LVDERET ÆN.] Sic & Eurip. in Ione de infante: ήλάρ' άδούρωι. Catull. Torquatus volo paruulus Matris è gremio suæ Dulce rideat ad patrem.

- Dixerat. ille Iouis monitis immota tenebat Lumina: & obnixus curam sub corde premebat. Tandem pauca refert. ego te, quæ plurima fando Enumerare vales, nunquam regina negabo 335 Promeritam: neque me meminisse pigebit Elisæ: Dum memòr ipse mei: dum spiritus hos reget artus: Pro re pauca loquar. nec ego hanc abscondere furto Speravi, ne finge, fugam: nec coniugis vnquam Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni. 340 Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspiciis, & sponte mea componere curas: Urbem Troianam primum, dulcesque meorum Reliquias colerem, & Priami tecta alta manerent: Et recidiua manu posuissèm Pergama victis.

TANDEM PAUCA REFERT] Videtur eadem vis esse huic particulæ tandem, quæ π' έδ' άπud Hom. Od. δ. διαλερι ή οι έργατο φανη, ή ή δέ δι έμ' έπεσον άμειβομένη προσέειπεν. NEC CONIVGIS VN- QVAM PRÆTENDI TÆDAS] Quamuis συμυίαις δ' άδαις & δαδούργις respicere videri possit, tamen non displicet doctis, π' ατενδή ταύδαι, ea forma dictum, qua Eurip. in Androm. ή άργήν βωμδόν ενλίπωξέ δεύς, προσύττεινα παιδός δ' άνάστον, ή σ' ύπήγαγον, hoc est, pueri mortem prætexui & confinxì, vt te, è templo educerem & άσύλο: quo sensu Sophocl. in Phil. οία κάξ' άνδρίσαις δευός προστένων, τοός δευός ήλδείς π' άδείς. ME SI FATA MEIS PAT.] Hom. Od. π. εί γάρ ποίς έν άυτάρχέται πάντα βροττόισι vbi interpres άυτάρχέται interpretatur. ET RECIDIVA MANV POSVISSEM] Eurip. σπολίαν π' ανδου άρδ' έσσειμει.

- 345 Sed nunc Italiam magnam Grynxæus Apollo, Italiam Lyciæ iussère capefferè fortes. Hic amor, hæc patria est. si te Carthaginis arces Phœnissam, Libycæque aspectus detinet vrbis: Quæ tandem Ausonia Teucros considerè terra 350 Inuidia est? & nos fas extera quærere regna.

Me pa-



Me patris Anchisæ, quoties humentibus umbris  
 Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,  
 Admonet in somnis, & turbida terret imago.  
 Me puer Ascanius, capitisque iniuria cari,  
 355 Quem regno Hesperiaæ fraudo, & fatalibus aruis.  
 Nunc etiam interpret Diuum Ioue missus ab ipso  
 (Testor vtrumque caput) celeres mandata per auras  
 Detulit: ipse Deum manifesto in lumine vidi  
 Intransentem muros, vocemque his auribus hausi.  
 360 Desine meque tuis incendere, teque querelis.  
 Italiam non sponte sequor.

LYCIA SORTES] Eadem significatione & κλήρον, & κλήροις Græci, & πεισούς Eurip. in Med. pro oraculis & vaticiniis. QVÆ TANDEM INVIDIA EST? ] τίς φθόνος; ME PATRIS ANCHISÆ, &c.] Aristot. lib. 1. Eth. disputat an viuorum cura ad mortuos quoque pertineat. Ego animi causa eodem argumento vacuus aliquando & Petrarham, & Propertium, sum hoc carmine imitatus.

Et manes studium tangit sequiturque suorum:

Nostrum etiam est celo Laura recepta memor.

Excipit humanas cali indulgentia curas,

Affolet alternas inter & ire quietes.

Inclusas nox calo umbras emittit, ab Hora

Qua reserata vagis cornea porta patet.

Insera felices anime tum pignora visunt,

Buslo ut sollicitat quamque superstes amor;

De parte & nostri fructum meliore capessunt,

Mens cum a sopitis sensibus exulabit.

At reduces, quando astra cadunt, Aurora recenset,

Atque Ioui numerum Lucifer ipse refert.

Laura ad nos, confessa deam, & de nocte recurvat,

Qualis erat nostra prima fauilla facis,

Vel spatio cursum confecit quanta supremo,

Lampada cum nobis tradidit ante diem:

Increpitansque more in terris dispendia nostra,

Aetherio incendit rursus amore sui:

Affatu febrisque diurna ut lenit astum,

Auolat heu nostris illacrymata malis.

Dilectus Veneri sic temperat aera Vesper:

Luna herbis refecit sic data damna die.

ASTRA IGNEA SVRGVNT] Vt Epig. πνευματικὴ ἀστέρες. Aristot. de Cæl. lib. 2. de astrorum natura & substantia disputans: ὡς περὶ τῶν ἀστέρων φάσκοντες εἶναι, διὰ τοῦτο λέγουσιν, ὅτι τὸ ἀνὰ σῶμα τῶν ἀστέρων, οἷς ἀπορῶν ἔχουσιν σωματικὰς αἰτίας τούτων ἐν οἷς ἔχουσιν εἶναι. quam sententiam refellit sequentibus, & lib. Meteor. 2. CAPITIS INIURIA CARI] Sic Græci φήλου καταλήν dicunt. Il. 3. περιβεβημένοι καὶ φάλαγγες περὶ τῶν ἀστέρων & Il. 3. τίς με μοι ἠδὲ τίς καταλήν δὲ δὲ ἀλλήλων ἔσται; Sic sæpe φήλου εἶδον Græci Poëtæ. VTRVMQVE CAPVT] Apoll. quoque lib. 3. duo capita est testatus: ἴσθ' ἔγωγε τὸ εἶς οἴον φίλον κάεσθ' ἢ δὲ μὴ ἀντὶς. quam iuris iurandi formam si præiuit, vt docti credunt, Maroni Apollonius, non videretur vtrumque caput posse ad Iouem & Mercurium referri, vt volunt interpretes, sed ad Dido-nem & Aeneam ipsum. IPSE DEVM MAN. IN LVM. VIDIT] Il. 3. νύ μ' ἐπέεσσιν ἴδον θεοῦ, ἢ ἐπέεσσιν ἀντίκωσιν ἴδον θεοῦ. Sunt autem qui aliis rationibus, & huius loci auctoritate & opportunitate aures ab hauriendo dictas putent: alij ab αἴω, hoc est φωνῶ, & οἷα, & τὸ οἷα. DESINE MEQVE TVIS INC. TEQVE QVER. ] Tale quid apud Eurip. Iphig. σὺ δ' ἔμεμα παῖδάς μαι δαιμόνιος τέρζον τὸ σὸν ἀεικέλιος καὶ μέγα φάλαγγας εἰς δάκρυα.

Talia dicentem iam dudum auersa tuetur,  
 Huc illuc voluens oculos, totumque pererrat

Lumini-

Luminibus tacitis, & sic accensa profatur.  
 365 Nec tibi Diua parens, generis nec Dardanus auctor  
 Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens  
 Caucasus, Hyrcanæque admorunt vbera tigres.  
 Nam quid dissimulo? aut quæ me ad maiora referuo?  
 Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?  
 370 Num lacrymas victus dedit? aut miseratus amantem est?  
 Que quibus anteferam? iam iam nec maxima Iuno  
 Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.

TOTVMQVE PERERRAT LVMINIBVS TACITIS] Videtur ex Theocr. Bucolico de Euniæ vibrica puella rusticidiente: ἢ μ' ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ποτὶ τὰ πόδια σιωπῆς εἶδον χεῖρας μουδίζουσα, ἢ ὀφθαλμοῦν ἀποβλέπουσα. NEC TIBI DIVA PARENS] Hom. Il. 3. ἐκ ἀέρος σὺ γὰρ πατήρ ὡς ἴππότην πηλάκι, δὲ δὲ δέπτι μήτις, γλαυκὴ δὲ σὲ τυκίττε δαίμονα, πῆδ' ἔστ' ἀλβίατι, ὅτι σὺ νόστος ἀπ' ἰωνίας. Vide Gell. Conf. brendus est autem hic locus cum illo Catul. in nupt. Pel. complectente plusquam Simonideas que-relas Ariadnæ deserta à Theoco. HYRCANÆQVE ADMORUNT] Sic & Eurip. λεάναι γὰρ πῆδ' ἢ γοργόνων λιθουσαίων ἦν ὁμοίω. Vt autem feritatem tigrium demonstrat Plutarch. in lib. περὶ δεισιδ. docet eas musica in furorem agi: ἢ γὰρ διαρχομένη δὲ ἀγανακτῆ, ἢ τὰς τῆρας φασὶ σπασμωπικῶς ἐκμαίνεσθαι τὰ ῥαβδου, ἢ τὰ αὐτὰς διασπῆν. MAXIMA IVNO, NEC SATVRNIVS HÆC OC. PAT. ASP. QVIS] Iupiter siquidem & Iuno γαμήλιος θεοί: vnde & apud Æsch. in Eum. Apollo exaggerat in inuidiam Clytemnestra, ἢ ἡρας τελείας, ἢ διδὸς πτώματι, de pactis nuptialibus: quorum Numinum cæ-terorumque nuptiarum præsidium meminit quoque Plutarch: ἢ ὅτι πάντε δέϊδξ θεῶν τοὺς γαμουῦτας οἰονθ', διδὸς τελείας, ἢ ἡρας τελείας, ἢ ἀφορδῆτας, ἢ πῆδος, ὅτι πᾶσι δ' ἀρτέμαδ. Vt autem hic oculis afficit æ-quis, sic & in Epigr. μύθη γρησὺ κερως δέριον τὰ δὲ, ἢ πνευματικὴς ἀστέρες, οὗς κἀλλοπος ἀκεανὸς δέξει. Vide autem exprobrationes Medæe apud Eurip.

Nusquam tuta fides. eiec-tum littore, egentem  
 Excepi, & regni demens in parte locaui:  
 375 Amissam classem, socios à morte reduxi.  
 Heu furis incensa feror. nunc augur Apollo,  
 Nunc Lycia sortes, nunc & Ioue missus ab ipso  
 Interpretes Diuum fert horrida iussa per auras:  
 Scilicet is superis labor est: ea cura quietos.  
 380 Sollicitat, neque te teneo: neque dicta refello.  
 I, sequere Italiam ventis: pete regna per vndas.  
 Spero equidem mediis (si quid pia numina possunt)  
 Supplicia hausurum scopulis, & nomine Dido  
 Sæpe vocaturum. sequar atris ignibus absens:  
 395 Et cum frigida mors animam seduxerit artus,  
 Omnibus umbra locis adero. dabis improbe pœnas.  
 Audiam: & hæc manes veniet mihi fama sub imos.

EIECTVM LITT. EGENT.] ἐκκλιπτον. Eurip. in Hecub. ἐκκλιπτον, ἢ πῆσι μὲν φονίον δόρδ. Cic. in orat. pers. Quid enim tam commune quam spiritus viuus, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eie-ctis? EXCEPI, ET REG. DEM. IN PAR. LOCAVI] Non remotum Hom. Il. 3. ἴσθ' ἔγωγε τὸ εἶς οἴον βασίλιδε ἢ ἡμισυ μέρου πηλίας. A MORTE REDUXI] ἀναλίσσει ἢ ἐξαναλίσσει ἐν θανάτῳ, apud Homerum. S C I L I C E T I S S V P. L A B O R E S T ] Hic haud dubie locus sumptus ex illo in Troad. Eurip. quo Hecuba refellit δημιολογίματα ab Helena vsurpata apud Menelaum pro adulterij defensione. Hac est autem Hecuba: propositi ab Helena argumēti elusio: κούρην δ' ἔλαξας, τὰ δὲ τὰ γέλας πολὺς, ἐλθεῖν ἐμὴ σὺν πατρί μιν ἔλεος δέχομαι, ἐν δὲ μένουσα ἐν ἡσυχίᾳ γ' ἐν οὐρανῷ, αὐταῖς ἀμύλλαις ἡγάρα πρὸς ἴλιον nempe ἡσυχίᾳ omnino respondente illi, quietos sollicitat: vt Lucet. de diis: Quidue noui potuit tanto post ante quietos Inlicere, vt vitam cuperent mutare priorem? S V P P L I C I A H A V S V R V M ] Nic. Erythraeus, Supplicia hausurum: quæ lectio mihi non displicet ob insolentiam supini hausurum pro hausurum. D A B I S I M P R O B E P O E N A S ] More Græcorum, qui passim δουῶσαι δίκων Eurip. in Orest. ἀλλ' ὅς με δίκων δότι πρότερος & idem: εἰ φασὶ πρώτων δανανὸν ἀγούσας δίκων δίδόντα, hoc est, vt alibi: δίκων τινοντα. A V D I A M, E T H Æ C M A N E S ] Humanum siquidem, vt docet Plutarch. in lib. περὶ δίκων ἀποτέθει. iniuriam acceptam ita demum sensibus solati, si aut oculis, aut auribus, repetitas pœnas



425 Non ego cum Danais Troianam excindere gentem  
 Aulide iuravi, classēque ad Pergama misi.  
 Nec patris Anchisæ cineres, manēque reuelli.  
 Cur mea dicta negat duras demittere in aures?  
 Quò ruit? extremum hoc miseræ det munus amanti:  
 430 Expectet facilēque fugam: ventosque ferentes.  
 Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro:  
 Nec pulcro vt Latio careat, regnumque relinquat.  
 Tempus inane peto, requiem, spatiumque furori:  
 Dum mea me victam doceat fortuna dolere.  
 435 Extremam hanc oro veniam (miserere fororis)  
 Quam mihi cum dederis, cumulatam morte relinquam.

AVLIDE IYRAVI] Interpres Apollonij lib. 4. ἡ ἀλλήλοισι βοιωτίας κατ' ἀντικρὺ τῆς εὐβοίας κτ. B μένη. NEC PATRIS ANCHISÆ CIN. MAN. REVELLI] Tale quid ab Horat. Quæque carent ventis & solibus ossa Quirini Nefas videre, miles dissipabit insolens. DEMITT. IN AVRES] Legō cum Passeratō demittere: vt Horat. demissa per aurem; non dimittere. VENTOSQUE FERENTES] Eurip. πρὸς ποσειδάωνα dixit, & ναυσίπομπον αὐραν, & πρὸς οὐρανόν. CONIUGIVM ANTIQVVM, QVOD PROD. ORO] παρὰ δ' ὄρα, ex Eurip. in Orest. γυνὴ γὰρ ἢ παρὰ δόξα λέει' ἐμοὶ πατρί' & in Phœn. ὃ γάμοις ἐμοῖς παρὰ δόξαν ἀδελφὰ φιλεῖται' & in Med. τὸν ἐν λέγει παρὰ δόξαν καλόνιστον & Anacr. παρὰ δόξης γάμον κούρη. REQVIEM, SPATIVMQVE FVROR] Huc respexit & Naso lib. de Remed. am. in persona Circes ad Vlysem iam ab insula soluentem: Ne properes, oro, spatium promerere posco: Quid minus optari per mea vota potest? Sic & Tacit. lib. Ann. 13. de Octavio Sagitta Pontiam depereunte, & eius nuptias ambiente, his verbis. Octavius contra modò conq̄teri, modò minitari, famam perditam, pecuniam exhaustam obtestans, denique salutem, quæ sola reliqua esset, arbitrio eius permittens: ac postquam spernebatur, noctem vnam ad solatium poscit, qua delinitus modum in posterum adhiberet. VENIAM, QVAM MIHI CVM DEDERIS] Hic veniam pro beneficio & gratia accipere videtur: vt hic dare veniam respondeat illi Euripidis in Orest. σὺ γὰρ χάριν μοι τὸν φόβον λύσασαι δός: & in Herc. μέλας ὃ γὰρ δός χάριν ἀναξ' ἰνοῦμεθα. Infra lib. 10. eo loco: sin altior istis Sub precibus venia vlla latet: veniam beneficium & gratiam Seruius interpretatur.

Talibus orabat: talesque miserima fletus  
 Fertque refertque soror. sed nullis ille mouetur  
 Fletibus: aut voces vllas tractabilis audit.  
 440 Fata obstant: placidasque viri Deus obstruit aures.  
 Ac, veluti annosam valido cum robore quercum  
 Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc  
 Eruere inter se certant: it stridor, & altè  
 Consternunt terram, concussio stipite, frondes:  
 445 Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras  
 Ætherias, tantum radice in tartara tendit.  
 Haud secus assiduis hinc atque hinc vocibus heros  
 Tunditur: & magno perferit pectore curas.  
 Mens immota manet: lacrymæ voluuntur inanes.

PLACID. VIRI DEVS OBSTR. AVRES] Tacit. Ann. lib. 20. Restitit idem Valentinus, obstruxitque ciuitatis suæ aures. AC VELVTI ANNOSAM] Hom. Il. π. ὄς δ' εἶδος τε νότος τ' εἰδ' αἰνετον ἀνδρῶν, ἔρεθ' ἐν βήσσας, βαδύλιον πολεμῶν ἐμὲν ὄλιον, φηγόντες, μελίλιπτε, πανόφλοιόντε κερυνέλιον, αἰτε ποδὸς ἀλλήλων ἔβαλον παυρήκας ἔζοις ἢ χηρὴ διασπαστή, πάταγο δέ τε ἀγρυμμέναον. CONSTERNVNT TERRAM] Lucret. 5. videres Concidere, atque graui terram cōsternere casu. ET QVANTVM VERTICE AD AVRAS] Accedit Hom. verf. Il. 3. πόσον ἔνεσθ' αἰδέου, ὅσον ἔργου ἐς' ἄπο γαίης. Idem verfus à Virgilio Georg. positus. Hesiodi quoque similis Homericō adductus ad eum locum. MENS IMMOTA MANET] Hom. Il. ω. ἄτε νόημα γναμψὸν ἐνὶ στήθεσσι.

450. Tum verò infelix fatis exterrita Dido  
 Mortem orat: tædet cæli conuexa tueri:

Quo

Quò magis inceptum peragat, lucemque relinquat:  
 Vidit, thuricremis cum dona imponeret aris,  
 (Horrendum dictu) latices nigrescere sacros,  
 455 Fusaque in obscœnum se vertere vina cruorem:  
 Hoc visum nulli, non ipsi effata forori.  
 Præterea, fuit in tectis de marmore templum  
 Coniugis antiqui, miro quod honore colebat;  
 Velleribus niueis, & festa fronde reuinctum.  
 460 Hinc exaudiri voces, & verba vocantis  
 Visa viri, nox cum terras obscura teneret.

THURICREMIS CVM DON. IMP. ARIS] Suprà: aut supplex aris imponat honorem. Lucret. 2. Thuricremas propter maclatus concidit aras. Id autem θυσιερῶν Græcis: Plutarch. in Phocion. vt καλλιστέρῶν litare. IN OBSCœN. SE VERT. VINA CRVOREM] Et hanc mutationem inter aduersa minaciq; prodigia Valerius refert lib. 1. his verbis, de Xerxe. Priusquam Athenas deleret, Lacedæmonis inuadendæ consilium agitant, admirabile inter cœnam prodigium incidit: infusum namque patere eius vinum in sanguinem, nec semel, sed iterum & tertio conuersum est. PRÆTEREA FVIT IN TECT. DE MARM.] Videtur hic Sichæi innuere ἐποθέωσιν, quem & templis dicatis, niueis velleribus, fronde festa, & sacra Dido prosequatur: neque enim satisfacere doctis hac in parte Seruij videtur interpretatio. Hunc autem locum imitatus Thuscus vates, se proficitur à sua Daphne præmorta signis, verbis, per quietem & vigiliis ad Elysiū acciri subinde, & euocari. VELLERIBVS NIVEIS] Ad hunc locum alludit Quid. sub personâ Didus. Est mihi marmorea sacra tus in tæde Sichæus: Apposita frondes, velleræ & alba tegunt. Hæc autem velleræ priuatorum & publicorum sacrorum ἐπιμύματα Græcis sunt, & εἰρεσιόνη, hoc est secundum Sophoclis interpretem, τὸ περιστοιχημένον ἔθειον τῶ δαλλῶ. Vide eum locum Æn. 7. Præferimus eodem gestu obuertatum Cæcinnæ narrat Tacit. lib. 1. his verbis: Ducem terruit dira quies: nam Quintilium Varum sanguine oblitum, & paludibus emersum cernere & audire visus est, velut vocantem, non tamen obsecutus, & manum intendentis repulisse.

Solaque culminibus ferali carmine bubo  
 Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces.  
 465 Multaque præterea vatū prædicta priorum  
 Terribili monitu horrificant. agit ipse furentem  
 In somnis ferus Æneas: semperque relinqui  
 Sola sibi: semper longam in comitata videtur  
 Ire viam: & Tyrios deserta quærare terra.  
 Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,  
 470 Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas:  
 Aut Agamemnonius scenis agitated Orestes  
 Armatam facibus matrem, & serpentibus atris  
 Cum fugit, vlticesque sedent in limine Diræ.

SOLAQUE] Sic & Calab. lib. 12. ἐπιτεροῦσιντο δὲ λυγρὸν ἐνὸνχοῖ ὄρνιθες, ἐρημῶν βόωντες. FERALI CARMINE BUBO] Sic Græci σὺπτος vocat φῶτα τὸ σαμῶν ὅτι ἐργὴν καλῶσονται γὰρ ἢ ἀνάσσει. Vide Aristot. lib. 8. animal. & Suidam in dictione ἡμίεσσα. In Epigr. autem συμπύραξ ἀδελφὸν ἀνακτινοῦσιν. LONGAM INCOM. VID. IRE VIAM] Græci sic ἀπλῶς δὲ δὲν μακρὸν, & δὲ δὲ. EVMENIDVM VELVTI, &c.] Eumenidas Saturni filias vult esse Epimenides: & Philarchus duas, Polemon tres esse: Philemon Comicus alias censet Eumenidas, alias σιμνὸς θεῶς illæ & Erinnyes dicuntur: quas γῆς & σάτυς filias facit Sophocles. earumque etymi rationem innuere his verbis videtur in Colon. καλοῦμαι εὐμενίδας, ἐξ εὐμενῶν ἐέρων δέχραδς τὸν ἰκέτω σάτυρον. ET SOLEM GEM. ET DVPL. SE OSTEND. THEBAS] Profus ex illo Eurip. in Bacchis: ἢ μὲν ὄρα μοι δύο ἴε ἡλίους θεοὺς, δις αἰὲς ὃ θεῶν: Vide probl. Aristot. sect. 3. Cur furiosus, ebris, & pupillam oculi intorquentibus res duplices appareant. & metaphys. lib. 11. de iis, qui oculos digito subtorquent. cuius quidem ἀπόμαλίας ratio videtur à contrario cognosci, hoc est, ab æquabili, & bene constituta oculorum acie, qua licet gemina, res singulas tamen nobis representamus: ὅτι πᾶν ὅμα τῶ δὲ μὲν ὄρα δὲ σάτυρον ἀνακτινοῦσιν τὰ πᾶσι περὶ τὰ σώματα φωνῆ, ἢ λαμβάνει πᾶν σύμπληξι, ὅτε ἢ ἐξ ἀμφοῖν σώμα διπλοῦ συμπύραξ γινέσθαι κερᾶν ὃ δὲ ἔτερον ἔτερον συμμικτρῆς λόγῳ ἢ πᾶσιν ὄρα, ἢ γὰρ ἀταρξάδων δὲ δάτερον ἔπει δάτερον κρατῆδιν, ἀλλ' ἀπ' ἀμφοῖν ἐξ ἀμφοῖν











lumen definiebat, decifiones à corporibus lucidis defluentes, quasdam fcilicet atomos : quam ta- men definitionem refellit Aristot.lib.2.de Animo, negans lumen corpus esse, aut vllius corporis defluxum, sed presentiam ignis, aut huiusmodi corporis in perspicuo. Vique hic spargere vsurpauit Maro, sic & Aesch. in Pers. de sole: *αἴθρην ἀεὶ δαδιδωκυία θεῶν ἀκτῖνας*, &c. TITHONI CROCVM LINQ. AVRORA] Ego aliquando illecebris elegantissimi epigrammatis Francisci Petrarchæ, quo in Lauram Auroramque luserat, captus, in latinum imitatio vertere idem epigramma sum conatus: quod hic exhibere lectori non dubitavi, eodem commento, quo comœdi concinniores solent, ad attentionem ingrauescentem retinendam & reficiendam, interposita fabular actibus bellaria & tra- gemata spectatoribus proicere. Sic habet itaque nostra imitatio.

Purpureis inuicta iugis ducebat in aurea  
Veste diem nigri Memnonis alma parens.  
Hæc domina monumento animum mihi strinxit imago:  
Et dubito utrius numinis aura micet:  
Anne nouum sidus partito Laura labore  
Alternis calo lumina veçtet equis.  
Quicquid id est, longo felix Tithonus in æuo,  
Cui viuo coniux tanta fruenda datur.  
Laura tenes secura mei templi inuia viuus,  
Sola ad te & leti ianna monstrat iter.  
Tithoni defuncta diurnis vxor habenis,  
Sustinet in gremium nocte redire senis.  
At mihi per noctem, per lucida tela diei,  
Quid restat, præter nomen inane, tui?

VT PRIMVM ALBESCERE LVCEM] Et Aristoteles passim astra alba, lumenque & lu- cem albam depingit. Cælib. bel. ciu. i. Albente celo omnes copias castris educit. Et Eurip. in Iph. *λαχάνη τόδε φῶς ἢ δὴ λάμπουσι ἡδὺς*. Aesch. in Pers. *λαλόπολον ἡμέτερον* vocat; & *λαλάνη ἢ μὲν* Hom. *αἴμα ἢ τὴν φαινομένην*, *αἴδης ἡμέρας*. & Plaro de leg. *αἴμα ἔω*. & Thucyd. *αἴμα ἔω γηγνημένη*. & Herod. *αὐρὸς ἔω ἔω διδου- culum instat*. vnde & Leucotheam eandem cum Aurora albam deam dicunt, & Matutam: vnde Tib. hunc illum nobis Aurora nitentem Luciferum roseis candida portet equis.

- 595 Quid loquor? aut vbi sum? quæ mentem infania mutat?  
Infelix Dido nunc te fata impia tangunt.  
Tum decuit, cum scepra dabas: en dextra, fidesque,  
Quem secum patrios aiunt portare Penates:  
Quem subiisse humeris confectum ætate parentem.
- 600 Non potui abreptum diuellere corpus, & vndis  
Spargere? non socios? non ipsum absumere ferro  
Afcanium? patriisque epulandum apponere mensis?  
Verum anceps pugnae fuerat fortuna: fuisset:  
Quem metui moritura? facies in castra tulissem:
- 605 Implesemque foros flammis: natumque, patremque  
Cum genere extinxem: memet super ipsa dedissem.

INFELIX DIDO NVNC TE] Ex illo Sophocl. in Electr. *τάλασσα, νῦν σε αἰὲρ καὶ θάλασσα φθίνει*. Calab. *ἡ ἐπιπέδι με καὶ ἀεὶ ἀβύσσος ἀπὸ αἴθρῃς*. TUM DECUIT CVM SCEPTRA DABAS] Tale quid in Hippol. Eurip. *τότε σενάξεν, καὶ σαεργηγνώσκων ἐχθρῶν, ὅτ' εἰς πείθειαν ἀλοχὸν ὑβρίζεν ἄτακτος*. Vt autem *dextra fidei*, insultat, ita Eurip. in Med. *μῦθονα — ἀνακλεῖ ὃ δεξιὰς πῖστιν μεγίστω, καὶ θεοὺς μαρτύρεται*. nisi potius *δεξιὰ* legendum: quamuis vtraque lectio stare possit. QVEM SECVM PATRIOS AIVNT PORT. PEN. QVEM SVB. HYM.] Tibullus hunc vtrumque actum est vno versu complexus lib. 2. Hæc dedit Aeneas sortes, postquam ille parentem Dicitur, & captos sustinuisse deos. Huius autem pietatis, & in parentes officij vt diis gratissimi meminit Aristot. *σελ κῶσμι*, his verbis: *πυρκαϊαί τε καὶ φλόγαι, αἱ μὲν ἐξ ἀγνοῦν γηθόμεναι σφοδρότερον, ὡς περ φασὶν ἐπὶ φασίδοντος, τὰ ἀπὸς ἔω μέρη κατὰ τὴν ἀνὰ δὲ ἀπὸς ἐπέρας ἐκ γῆς ἀναβλύσασαι, καὶ ἐκρυπτοῦσασαι, καὶ ἀεὶ ἀπὸς ἔω αἴτην κερπήσαν ἀναβλάσσαν, καὶ ἀπὸς τὴν γλῶσσομένην χειμάρρον δὴ δὴν, ἐνθα καὶ τὸ ἄστρο δὴ πειθῶν γῆστρο ἐξ ὄχθως ἐτίμωσι τὸ δαμῶνιον στικαταλληφθέντων ἔσο τὸ ῥάματρο, διὰ τὸ βασάζεν γέροντας ἐπὶ ἄστρον ἄμωαν γονεὺς καὶ σάξεν, πῆυστον γδ ἀπὸς γηθόμεναι ὃ τὸ πῦρ ποτιμῆι, ἐξ ἔσθον, παρὰ τὸ μέν ἐνθα, τὸ δ' ἐνθα, καὶ ἐπὶ τὴν ἀβύσσον ἀβλαβεὺς ἀμωαίς γονεῖσσι τὴν νεανίσκος*. SVB. HYM. CONF. AET. PAREN.] Epig. *ὀπηνήπον*. Catull. Nam neque tam carum confecto ætate parenti Vna caput

A caput feri nata nepotis alit. VNDIS SPARGERE] Suprà: spargite me in fluctus. PATRIIS EPVLANDVM APPONERE MENSIS] Ityos fabulam respicit: vel Harpalyceam, quæ vi à patre Clymeno compressa, decoctum filium Prebonem ei epulandum apposuit: vel tragicum factum Pelopidarum: quamuis sint qui negent, agnoscere voluisse Homerum, propter *δυσσημισμὸν*. frazer- nas tragicasque Arcei & Thyestæ inimicitias, ex testata vltimæ voluntatis elogio beneuolentia, quæ ex illis Homeri versibus clarescere visa est: *ἀρχὸς δὲ θυήσων ἔλιπε πολὺν ἰμι θυήσων, αὐτὰρ ὁ αὐτὸς θυήσων ἀγα- μέμνονι λέπτει σφῖναι*. de quo vide Eustath. in eum Hom. locum Il. β. *αὐτὰρ ὁ αὐτὸς πῆλον δ' αὐτὸς ἀσφῖ πει- μέμνονι λέπτει σφῖναι*. QVEM METVI MORIT. FACIES IN CAST. TVLISSEM] Apoll lib. 4 de Med. *αὐτὰρ οὐρα θωρυὶ χόλον, ἴστο δ' ἡγε νῆα κατὰ λῆξαι, διὰ τ' ἐμπελα πάντα καίωσι, ἐν δὲ πεσῖν αὐτὴ μαλὸρ πορὶ ἀνὰ ἔσθον οὐρα θωρυὶ χόλον, ἴστο δ' ἡγε νῆα κατὰ λῆξαι, διὰ τ' ἐμπελα πάντα καίωσι, ἐν δὲ πεσῖν αὐτὴ μαλὸρ πορὶ* quod extremum respodet illi, *memet super ipsa dedissem*. IMPLESEM QVE FOROS FLAMM. &c.] Non dissimilem huic loco furorem exprimit Plutarch. in lib. *σελ ἀρχησ*. ὃ δὲ θυμὸς οὐχ ἦ ἔστιν ἐ μολάν- διῃ, τὰ δὲ ἐνθα ἀπὸς τὰς ἀρῆνας μετοίωσαι, ἀλλ' ἐξ ὀπίσθους τελείως καὶ ἀποκλείσας, ὡς περ οἱ συνουπιεσθέντες ἐν πῦρ, ὅ οὐκ αἴμα, σάματα τὰ ἐχθρῶν καὶ κενὸν καὶ φῶς μετὰ ποιεῖ τὰ ἐντος, ὡς μετὰ ἰδῆν κατ' ἀλλοῦσιν ἢ ἐν ἔσθον. MEMET SVPER IPSA DEDISSEM] Respiciere fortè videri potèta possit Alithææ fabulæ, quæ cum incenso fatali torre filium Meleagrum consumpsisset, in eius rogum, sera remorsa paenitentia, se præcipitem dedit; vt videre est apud Eustath.

- B Sol, qui terrarum flammis opera omnia lastras,  
Tuque harum interpret curarum, & conscia Iuno:  
Nocturnisque Hecate triuivis vlulata per vires,  
610 Et diræ vltices, & Dij morientis Elifæ,  
Accipite hæc, meritumque malis auertite numen:  
Et nostras audite preces. si tangere portus  
Infandum caput, ac terris adnare necesse est:  
Et si fata Iouis poscunt: hic terminus hæret:  
615 At bello audacis populi vexatus, & armis,  
Finibus extortis, complexu auulsus Iuli,  
Auxilium impleret: videatque indigna suorum  
Funera: nec, cum se sub leges pacis iniquæ  
Tradiderit, regno, aut optata luce fruatur.

SOL QUI TERRARVM] Od. *ἡελίος, ὃς πάντα ἔφορῶ, καὶ πάντα ἔπαυεται*. vnde & *πανδερμῆς*. & Lit- cret. Sic vigiles mundi magnum & versatile templum Sol & luna suo iustratis lumine circum. Sic autem moriturus, & imprecatus Atidis Ajax apud Sophocl. conuertit sermonem ad solem: *σὺ δ' ὅποι αἰπὴν οὐρανὸν ἐρηλάξῃς ἡλιε*. & Prometheus apud Aeschyl. *καὶ τὸν πανθῶν κύκλον ἡλίου καλῶ*. Quan- tum autem ad reliquam inuocationem, affimilis est in Electr. Soph. locus: *ὃ δ' αἴμα αἰδῶ καὶ ἀσφῖ ὄντος, ὃ γδὲν ἐμῶν, καὶ πῖστιν ἀρῶ, στωαί τε θεῶν παῖδες ἐευνύεις τοὺς ἀδελφούς θυήσωντας ὄρῃτε*. Sunt autem, quantum ad Diras quæ sequuntur, & apud Hom. Od. Diræ Polyphemi tales: *δῖος, μὴ ὀδυσσεύα ποιοῖ τὰ ῥόδων οἴκηδ' ἰδέσθαι, ἀλλ' εἰ μοῖρ' ὅτι φίλους τ' ἰδέσθαι, καὶ ἰδέσθαι οἴκον ἐνυπνίον, καὶ ἐλὼ ἐς παρθεῖα γαίαν ἀπὸ κενῶν ἔλθαι, ἐλίσσας ἀπὸ πάντων ἐτάρων νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, αἰοὶ δ' ἐν πῆματι οἴκῳ*. Il. quoque. Phœnix patris diras recitat: *πῆ- τῆρ δ' ἐμὸς αὐτῆν οἰδῆς πολλὰ κρητῆατο, συζυγὰς δ' ἐπικέκλετ' ἐευνύεις, μὴ ποτε ραυῶσαν οἴον ἐθέσωσθαι φίλον ἴδῃν ἐξ ἐμῶν γαίαν, θεοὶ ἐτέλειον ἐπαρῆς, ζῆλος τε κατὰ χθονὶ καὶ ἐσσανη ἀσπυθόνοια*. Sunt & suæ diræ Soph. in Oedip. Colon. Aiace, & Electra: Sunt & Apoll. lib. 4. hæc: *μὴ τὸν παμβασιλεία διδὸς τελέσειν ἀνοίης, ἢ ἐπιωδύεις, μὴ σῶσαι ἢ καὶ πῦρ ἐμὸν ἐρῶ γῆμεν καμῶσι, δὲ ῥο δὲ τοῖσιν ὀφείλοισι οἴχοιτ' εἰς ἔρεβτρο ματαμῶ- νος, ἐν δὲ τὸ πάθος αὐτῆν ἐμαῖ σ' ἐλάσειαν ἐευνύεις, οἷα καὶ αὐτῆ σὴ πᾶσαν ἀπροσῆ, τὰ μὲν ἔ δέμεις ἀμράντα ἐν γαίη πέσειν, μάλα γδ μέγαν ἡλίας θρονὸν νηλεῖς, ἀλλ' ἔ δὴ μοι ὀπηνήσωντες ὀπίσθον, δὴν ἔσθον ἐκκοι ἐκπῆ- τε σωθεσάνων*. Quas ego diras congerendas ex auctoribus putavi, vt ex locorum comparatione al- tius Romanæ Græcæque eloquentiæ animis nostris inferantur, infideantque simulacra. HECATE TRIVIVIS VLVLATA] Diana siquidem à Græcis *ἐνοδία* dicitur, & *πρωδίης*, à compitis & triuivis, vbi eius sacra administrabantur: vnde & Theocr. *ἡ δὲ ἐν πρῆσθις*. HIC TERMINVS HÆRET] Lucret. 6. Atque altè terminus hærens: traductum à terminis, qui, quò litem de finibus tutius an- teuertant aut compescant, altius defodi & depangi solent. Turnebus autem interpretatur hoc im- mutabile nec aliter euenire potest, vt agrorum terminos mouere & mutare non licet. AVVLSVS]

- 620 Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.  
Hæc precor: hanc vocem extremam cum sanguine fundo.  
Tum vos o Tyrij stirpem, & genus omne futurum  
Exercete odiis: cinerique hæc mittite nostro  
b Munera.

Munera. nullus amor populis, nec foedera funto.

625 Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor,
Qui face Dardanios, ferroque sequare colonos,
Nunc, olim, quocunque dabunt se tempore vires.
Littora littoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor, arma armis: pugnent ipsique nepotes.

Hæc precor] Sic & Electra in χηφ. imprecata Ægisto, ταις δ' ἐπ' ἀρχαῖς τὰς δ' ἀπιστὰς ἄρσας. EXORIARE ALIQUIS] Æsch.in χηφ. τοῖς δ' ἐναρτίοις λόγῳ φαίνεταί σου, πάτερ, τιμάρων.

630 Hæc ait: & partes animum versabat in omnes,
Inuisam quærens quamprimùm abrumperè lucem.
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi,
(Namque suam patria antiqua cinis ater habebat.)
Annam cara mihi nutrix huc siste sororem:
635 Dic corpus properet fluuiali spargere lympha:
Et pecudes secum, & monstrata piacula ducat.
Sic veniat. tuque ipsa pia tege tempora vitta.
Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incepta parauì,
Perficere est animus, finemque imponere curis,
640 Dardanique rogam capitis permittere flammæ.

INVISAM QUÆR. QUAMPR. ABR. LUCEM] Lucret. 3. vitæ Percipit humanos odium, lucis que vidèda: & Eurip.in Orest. πνεύμα' ἀπορήξαι dixit: ἢ δὴ σὺ δὴ πνεύμα' ἀπορήξαι με δει' & in Iphig. ἐπ' ὄμωσ' ἄνω σὺν ἀπορήξεν Διανόν. Sæpe & Ἰσχυρὸν γὰρ ἐν ab eodem in Herc.& alibi. CORPVS FLV. SPAR. LYMPHA] Sic & Eurip.in Alcest. ὁ δὲ πνεύμα' ποταμῶν λυγρὰ χροῶ' ἐλύσεται. Nimirum stagnantes torpentesque latices antiqua religio à sacris summovebat, viuamque aquam lustrationibus purgationibusque adhibebat, vt καὶ διαρρηκτικὸν ἔργον χύσιν, vt suprâ: antè Attrectare nefas quàm flumine viuo Abluero: & S. Æn. ritè cauis vndam de flumine palmis Sustulit. SACRA IOVI STYGIO] πὺν πολυξενώτατον ζῶον ἦν κενυμῆδων vocat Æschyl.in Suppl.Hic autem, vt sagaciter obseruauit Turnebus, sacra inferna soluendis amoribus simulatè Dido prætexuit, consilium moriendi dissimulans. Ea autem eam vim habere ex Silio item docuit, cuius hæc: Nigro fortè Ioui, cui tertia regna laborant, Atque atri focie thalami noua sacra parabam, Quæis agram mentem, & trepidantia corda leuaret Infelix germana thori. DARDANI'QUE ROG. CAP. PERMITTERE FLAMMÆ] Tib.4.Vel paruum Ætnæ corpus committere flammæ: permittere tamen ἐμφατικώτερον.

Sic ait. illa gradum studio celerabat anili.
At trepida, & cœptis immanibus effera Dido
Sanguineam voluens aciem, maculisque trementes
Interfusa genas, & pallida morte futura,
645 Interiora domus irrumpit limina, & altos
Conscendit furibunda rogos, ensẽmque recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in vsus.
Hic, postquam Iliacas vestes, notumque cubile
Conspexit: paulum lacrymis, & mente morata
650 Incubuitque thoro, dixitque nouissima verba.

ILLA GRADVM STVD. CELI ANILI] Eutip.in Orest. καὶ μὲν γέροντι δεῖρ' ἀμαρτῶν ποδὶ ἰδέ in Androm. αὐτοῦ δὲ πέντα δέδρο γυμνασίου πόδα. Sic & apud Plutarch.in Pol. præc. ἀλλὰ δρόμοσ' ἢ αὐτοῦ δὲ ἀγορᾶς δέοντες ἐπεδείκνυσται τῶν διπείδειον. SANGVINEAM VOLVENS ACIEM] Sanguineam aciem dixit, vt Eurip.sub persona Orestæ: μὴ' πῖστέ μοι τὰς αἵματωπύδας, ἢ δρακοντῶδεις κίβρας. Quamvis enim alij κίβρας, ἐευνύας accipiant, videntur tamen eo loco κίβρας ad oculos referendæ, cum αἵματωπύδας, & δρακοντῶδεις Poëta coniunxerit: & serpentes visus acerrimi esse constet: & δρακοντῶδεις τὸ δέριον δεικνύει, vt ὄφεις τὸ δέριον vnde & Virg. suprâ de immisissis Laocoonti serpentibus: Ardentes oculos suffeeti sanguine & igni. Nam licet sequatur eo loco Euripidis mentio Eumenidum: tamen nihil vetat quin ad oculos matris exagitantis parricidam superiora possint referri. Vt cunque sit, semper αἵματωπύδας sanguineam aciem respicit: neque enim subscendum

dum hoc Euripidem epitheton in Androm. Furiis tribuere, sub persona Orestis ad Hermonem: τὰς δ' αἵματωπύδας ἀνεῖδ' ἔον ἐυδ'. Sed & Poëta Epig. 4. per κενὸν ὄφρα μὲν sanguineam aciem significat: ἢς ἐπ' ἔχοντες ὄφρα μὲν ἐπασσάνθη ὄφρον ποδῶ. ENS EM QVE RECLVDIT DARDANIVM] Sic & Ajax apud Sophocl. moriturus ensẽm alloquitur. Vt autem, non hos quæsitum munus in vsus, simili pænè forma Eurip.in suppl.de tripodē: δὴ ἴλιον ποτ' ἐξαναστήσας βέβρα, αὐτοῦ δ' ἔσ' ἄλλω ἠεροκλίης ἑρμῶν μὲν γ' ἔσται γ' ἐφ' αὐτὸ πωτὶ κλέωσ' ἐξ ἄλλων. vbi αὐτοῦ δ' ἔσ' ἄλλω videtur reddere alios quæsitum in vsus. HIC POSTQVAM ILIACAS VESTES] Docuit Victorius Virgilium hunc totum locum mutatum ex Trachin. Sophocl. Constat autem loci illius tenor sub persona nutricis Deianiræ fata enarrantis: ἐξ ὄφρονος τὸ ὄφρα τὸν ἠεροκλίης ἐλάσσειον εἰσπορευμένω· qui versus illi respondet, INTERIORA DOMVS IRRVMPIT, &c.] & continenter: ὄφρα ἢ τῶν γυναικῶν θεμνῶν τοῖς ἠεροκλίης στροτὰ βάλλουσαν θάση, ὅπως δ' ἐτέλεισε ποδῶ, ἐπευδοροῦσ' ἄνω καὶ ἐξέει' ἐν μίσεισιν ἑωυακρήνις, καὶ θακρύον βίβρατα θερμῶν νεύματα, ἐλεξέον, ὃ λέγῃ τε καὶ νυμφοῦν ἔμει, τὸ λοιπὸν ἠδὲν γαίεσ' ὡς ἐμ' ἢ ποτε δέξεται ἔτ' ἐν κοίτῃ ταις δ' ἐπιθήσει. Videtur autem & illud Sophocl. in Tyriis illi superiori respondere, interiora domus, &c. σύλας δ' ὄφρα εἰσῆλθε' ἀπὸ τῆς ἐσο.

Dulces exuiiæ, dum fata, Deusque sinebant,
Accipite hanc animam, meque his exoluite curis:
Vixi: & quem dederat cursum fortuna, peregi:
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.
655 Vrbenam præclaram statui: mea mœnia vidi:
Vltæ virum pœnas inimico à fratre recepi.
Felix, heu nimium felix, si littora tantùm
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.
Dixit: & os impressa toro, moriemur inultæ?
660 Sed moriamur, ait. sic sic iuuat ire sub vmbras.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus: & nostræ secum ferat omina mortis:

C CVRSVM PEREGI] Ἰσχυρὸν ἦν ποτ' & Epigr. ἀλιγὼν ἐξ ἀούσας ἀβαστῶν. SVB TERRAS IBIT IMAGO] Infrâ de Anchisæ mortuo: tua iustis imago. Imaginis quoque & idoli Herculis meminuit Hom. Od. λ. τὸν δὲ μετ' εἰσενόησα βίβω ἠεροκλίης, εἰδῶλον, ἀυτὸς ἢ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι τέρπειται ἐν θαλίῃ. Vide quæ distinguat hic Seruius inter Animam, Vmbram, simulacrum. PÆNAS INIM. A FRAT. RECEPI] Sic & Demosth. δίκας λαμβάνειν & Thucyd. δίκας ἐλαβε' vnde & sumere pœnas vulgati: & Maro 2. Æn. iam dudum sumite pœnas. SI LITTOA TANTVNQ. DARD. TET. NOST. CARINÆ] Catullus quoque in Epithalamio: Vtinam nec tempore primo Gnosis Cecropiæ tetigissent littora puppes. HAVRIAT HVNC OCVLIS IGNEM] Infrâ 12. Ille oculis postquam scæui monumenta doloris, Exuiiasque hausit. Non omnino tam ἐμφατικῶν videtur illud Hom. Il. 2. τὸ δὲ μὲν ἐμπέτα ζῶος πῶς καὶ μένεις σὺ δὲ δὲ θαλασσίαν ἠέειξ. Vt autè hic oculis haurire tribuit, sic & Poëta paulò aliter: ἄφθαλμοὶ τέο μέγροις ἀφύσπετ' ἐν κτάρ' ἐρώπων, Epigr. lib. 7.

Dixerat: atque illam media inter talia ferro
Collapsam aspiciunt comites, ensẽmque cruore
665 Spumantem, sparsasque manus. it clamor ad alta
Atria: concussam bacchatur fama per vrbenem:
Lamentis, gemituque, & fœmineo vlulatu
Tecta fremunt: resonat magnis plangoribus æther:
Non aliter, quàm si immisissis ruat hostibus omnis
670 Carthago, aut antiqua Tyros: flammæque furentes
Culmina perque hominum voluuntur, perque Deorum.

NON ALITER QVAM SI IMMISISSIS] Tale quid Hom. Il. 2. ἰαχε σάλπηξ ἄστυ ἀετοπαρμένων ὄφρον ἄστυ δουροεγείων, &c. Et Calab. 3. οἱ δ' ἐν πελῆουσι βροχῶν τῶν ὄφρων ἀλέκτων οἰωνῶν πέλειται, ὅτε δῖος ἐμμεμῶντες κτίσασιν μέγα ἄστυ, καὶ κατείνωνσ' ἢ λαοὺς πανσοδῆν, πάντῃ δὲ ἀεὶ κτίσασιν πορῶν. ANTIQVA TYRONS] Seruius in hunc locum sic: vel nobilem dicit, vel illud ostendit, quia Carthago antè Byrsa, post Tyros dicta est, post Carthago à Cartha oppido, vnde fuit Dido, inter Tyron & Berithon. Credo tamen periphrasi poëtam πελάγρον vrbem significare, quam Alexander postea expugnauit, & ex insula continentem reddidit. Stephanus lib. de vrb. Tyron παλαιὰ τῶν ἰτα explicat. τύρον, ἢ στυρον ἐν φοινίκῃ, ἀπὸ τύρου τῶ φοινίκῃ. b 2





P. V. MARONIS ÆNEIDOS LIBER QUINTVS.



NTEREA medium Æneas iam classe tenebat Certus iter: fluctusque atros Aquilone secabat, Mœnia respiciens: quæ iam infelicis Elifæ Collucent flammis. quæ tantum accenderit ignem

5

Causa, latet. duri magno sed amore dolores Polluto, notumque furens quid fœmina possit, Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt. Ut pelagus tenuere rates: nec iam amplius vlla Occurrit tellus, cælum vndique, & vndique pontus:

10

Olli cœruleus supra caput astitit imber, Noctem, hyememque ferens, & inhorrui vnda tenebris.

QVÆ TANTVM ACCENDERIT IGNEM] Vt sinistri aliquid vult Poëta Teucros auguratos & suspicatos ex flammæ fulgore, ita & Eurip. κρητὴρ δ' ἐστὶ μὲν ἀνὸς πολέμων ὑπὸ vnde & Pind. πῶς πλεφαίης.

Ipse gubernator puppi Palinurus' ab alta, Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi? Quidue pater Neptune paras? sic deinde locutus,

15

Colligere arma iubet, validisque incumbere remis: Obliquatque sinus in ventum: actalia fatur. Magnanime Ænea, non, si mihi Iupiter auctor Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cælo.

20

Mutati transfusa fremunt, & vespere ab atro Confurgunt venti: atque in nubem cogitur ær. Nec nos obniti contrà, nec tendere tantum Sufficimus. superat quoniam fortuna, sequamur: Quoque vocat, vertamus iter. nec littora longè Fida reor fraterna Erycis, portusque Sicanos,

25

Si modò ritè memor seruata remetior astra.

COLLIGERE ARMA IVBET] Notat Turnebus, vt nos quoque superiùs, Græcis quoque armamenta velaque ὄπλα dici, ex Theocr. κοφύτης δ' ὁ πάλῃς ποιῆσθ' ὄπλα, πλοῦτος ἔρθε. Eadem ratione & imitatione credo equidem suprà dictum, Armari classem, cursumque parari, vt & Græcis ὄπλα ἔδου. OBLIQUATQVE SINVS IN VENTVM] Turnebus cum Seruio velum obliquum tendere interpretatur, cum transfusi venti flarent. Puto obliquare sinus respondere illi Orphei Argon. ἐν δ' ἔδοναι κλιπῶσι, δέεν δ' ἀραρ ὕψην ἔσ' οἰδμα νῆος. NON SI MIHI IVP. AVCT. SPONDEAT] Apoll. lib. 4. ἐδ' εἰ παύσαν, εἰ μὴ δέμης ἀμφαδὸν εἰπεῖν, φαρμάκωσι. SERVATA REMETIOR ASTRA] Sic & comparatione à re nautica Soph. in Tyr. τῶν κροενδῶν ἀστροῖς τὸ λοιπὸν ἐμμετρούμεν ὁ χθόνα. Eo quoque Æschyli in Suppl. loco: ἑσπέρῃ δέ τοι μῆχαρ ὀρίζομαι γάμου δύσφρονος φουφῆ. Interpres, τῶνδε τῶ γάμου μηχανῶν δεοῦμαι τοῖς ἀστροῖς, ἀντὶ τοῦ μηχανήσομαι φέρειν δ' ἑδὲ μακρὰς τὸν γάμον, οἷ γδ μακρὰν ὄδον φέρωντες, δὲ ἀστρον σημαίνοντες ἔλεγον quod & nauigantibus familiare est.

Tum pius Æneas. equidem sic poscere ventos Iamdudum, & frustra cerno te tendere contrà. Flecte viam velis. an sit mihi gratior vlla, Quoque magis fessas optem dimittere naues, Quam quæ Dardanium tellus mihi seruat Acesten? Et patris Anchifæ tumulo complectitur ossa? Hæc vbi dicta, petunt portus: & vela secundi

30

Intendunt

Intendunt Zephyri. fertur cita gurgite classis: Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.

A

FLECTE VIAM VELIS] Et flectere iter, vsitatum Poëta, more Græcorum, qui κἀμπεῖν ὄδον, νῆον, πῶλον. Orph. Argon. κ' ἄστρον δεινὸν ὄδου κἀμπεῖν, πειλλύβω τ' ὄρεϊον. CREMIO COMPLECTITVR OSSA] Lucret. lib. 1. Morte obita quorum tellus complectitur ossa: & in Epigr. κἀποταῖς ὄσσε ἀμφιβαλεῖν.

35

At procul excelfo miratus vertice montis Aduentum sociasque rates, occurrit Acestes, Horridus in iaculis, & pelle Libystidis vrsa: Troia Criniso conceptum flumine mater Quem genuit. veterum non immemor ille parentum

40

Gratatur reduces, & gaza lætus agresti Excipit, ac fessos opibus solatur amicis. Postera cum primo stellas oriente fugarat Clara dies, socios in cætum littore ab omni Aduocat Æneas: tumuli que ex aggere fatur.

B

PELLE LIBYST. VRSÆ] ἀριπτεῖν pellem vrsinam Græci vocant. Orph. Argon. ἀρ' ἀριπτεῖν λάστον ἔργον ἀμπερὸστο δέριμα.

45

Dardanidæ magni, genus alto à sanguine Diuum, Annuus exactis completur mensibus orbis: Ex quo reliquias, diuini que ossa parentis Condidimus terra, mœstasque sacrauimus aras. Iamque dies (ni fallor) adest, quem semper acerbum, Sempet honoratum (sic Dij voluistis) habeo.

C

Hunc ego Getulis agerem si Syrtibus exul, Argolicou mari deprensus, & vrbe Mycenæ, Annua vota tamen, solennisque ordine pompas Exequerer, strueremque suis altaria donis. Nunc vltro ad cineres ipsius & ossa parentis (i-haud equidem sine mente, reor, sine numine Diuum) Adsumus, & portus delati intramus amicos: Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem: Poscamus ventos: atque hæc me sacra quotannis Vrbe velit posita templis sibi ferre dicatis:

60

ANNVVS EXACT. COMPL.] Alludere videtur Poëta ad ritus Græcorum, in Italiam quoque deuotos, circa honorationem parentum, quos lib. de leg. d. exequitur Plato, edicens, non tantum viuentibus parentibus meritis reddi honores, & vt prima & antiquissima nomina persolui, sed & mortuis ritè iusta rependi, & annuis libationibus eorum memoriam renouari: quas etiam in hunc diem pietè imitari videmur anniuersariis factis, placamentis, & cenotaphiis. Quem Platonis locum integrum, vt officij, obsequijque in parentes, hoc corruptissimo saculo, & pietate indies obsolescente ac languescente, flabellum opportunissimū, placuit lectori in manum tradere, sub his verbis: γένεον δὲ μὲν ταῦτα πάλαι ζώντων, ὡς δέμης, θείλοντι διατίθεν ταῦτα πρῶτα τὴν ἐν μέγιστα θεοδώματα καὶ χρυσοῦ πάντων προσεβύτατα, νομίζον δὲ ἀκέρη) καὶ ἔχει, πάντα τῆ) τῆ) θρηνησάντων καὶ ἀρεταμένων, πρὸς τὸ παρέχειν αὐτὰ εἰς ὑπερλίαν ἐμείνοισ καὶ διώματι πάντων, ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς οὐσίας, δόρυτα, τὰ τοῦ σώματός, βίτη, τὰ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τῆς διανοίας, ὅτι μάλιστα τε καὶ ἑσπερ προωύτων ἀδίναι παλαιὰς ἀπὸ νέους δανεισθείσας, ἀποδιδόντα δὲ παλαιοῖς ἐν τῇ γῆρα σφόδρα καὶ χρημῆνοῖς. ὅσα δὲ πάντα τὸν βίον ἔχειν τὴν ἐν ἐπιμέλει καὶ πρὸς αὐτῷ γένεος δεσημίας διαφερόντως, διότι κούσον καὶ πῶλλον λθρον βαρυτάτη ζημία. πᾶσι γδ ὀπίσκατος τῆς ἀπὸ ταῦτα ἐτάχθη δίναι νέμεις ἀγγελοῦ, θυμουμένους τε οὐδ' ἀσπίκειν δεῖ, καὶ ἀπὸ τῆς ἀσπίτος τὸν θυμὸν, ἐάν τ' ἐν λόγοις, ἐάν τ' ἐν ἔργοις δρῶσι τὸ τοῦτον, ἐπιβλέποντα, ὡς εἰκότως μάλιστα πατήρ ἢ εἰ δὲ ἀλλῶν ἀδικεῖ, θυμοῖ τ' ἐν διαφερόντως. τελοῦσάντων δὲ γένεον, ταῦθ' ἂν σφοδρῶτα καλλίστη, μῶδ' ἀσπάρωντα τῆ) εἰς τῶν ἀγῶν, μῶτ' ἐλλείποντα, ὅν οἱ περὶ ἀπορίας τῆ) εἰς αὐτῆ) θρηνησάσας ἐτίθεσαν, τὰς τ' αὐτῆ) ἐμεινὸν τῆ) ἡδὴ τέλει ἔχόντων, ὡς αὐτῶς θεμελείας τὰς κόσμον σερούσα.

ρούσας ἄπο δὶ δόνας, πρὸ δὲ μὴ φελαίπειν μνήμην ἐν δαλεχρῇ παρεχόμενον, τούτῳ μάλιστα ἀεὶ προσβόλει, διὰ τὴν τε διδόμενης ὑπὸ τύχης τὸ μέτρον τοῖς κεκαμμένοι ἄπο νέμειν. Nempe, ut Maro decentius in commendatione Æneæ à pietate perstare, officiosum eum erga viuum patrem, quem ex mediis ignibus & hostibus extulerat, & mortuum peræquè depingit, ut cuius inferias, exacto & recurrente anno, stato die redintegret: ut Andromache lib. 3. HUNC EGO GETVL. MARI DEPRENSVS, ET VRB. MYC.] Deprendi apud classicos ad tempestatem refertur: idem: Deprensus statio tutissima nautis. Tale quid autem apud Horat. Pone me pigris vbi nulla campis Arbor — per Syrtes iter æstuosus, &c. SINE MENTE, SINE NVMINE DIVVM] Hom. ἐν ἀδρεί, ἐν ἀνδρεί θεοῖ. ME SACRA QVOTANNIS] ἐπέτεια δύν, hoc est, ἐνιαυσίος θυηλῆς, θυσίας, ἑορτάς.

Bina boum vobis Troia generatus Acestes  
Dat numero capita in naues : adhibete Penates  
Et patrios epulis, & quos colit hospes Acestes.  
Præterea si nona diem mortalibus alnum  
65 Aurora extulerit, radiisque retexerit orbem:  
Prima citæ Teucris ponam certamina classis:  
Quique pedum cursu valer, & qui viribus audax:  
Aut iaculo incedit melior, leuibusue sagittis:  
Seu crudo fudit pugnam committere cæstu:  
70 Cuncti adsint, meritæque expectent præmia palma.  
Ore fauete omnes: & cingite tempora ramis.

DAT NVMERO CAP. IN NAVES] Suprà: In naues partitur. ADHIBETE PENATES] Et Horat. Alteris te mensis adhibent Deum: id est, pro deo te colunt, & tibi in mensa libant. PRÆTEREA SI NONA DIEM] Sacra nouemdialia, quæ Græcis ἐνιαυσί, respexit. Si autem particula hîc est temporis: ut infra, si lumina vitæ Attigerint: & apud Catull. Si luxerit, ad librariorum Curram scriinia. Sic & apud Orph. Arg. ludos funebres Iason instaurat, inferias Cysico hospiti, & præmia ponit. PONAM CERTAMINA CLASSIS] Vide quæ ad locum supra Georg. 2. Velocis iaculi certamina ponit in vltimo. SEU CRUDO FID. PVG. COM. CÆSTV] Apollon. ἡμάντας ἀμωδὸς πυγμῆς vocat: Græci autem μάχην σωματικὴν, ut hîc pugnam committere. ORE FAUETE OMNES] Prop. 4. Sacra facit vates, sint ora fauentia sacris: & Tib. Vos itidem & linguis quisque fauete suis. Puteanus admonuit me Senecam fauere linguis, his verbis interpretari, Hoc verbum non ut plerique existimât à fauore trahitur, sed imperatur silentium, ut ritè peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepenste. Deprehenderam certè Scruium notasse faueri ore per taciturnitatem, & Donatum in Andr. Ter. eo loco, fauete, adeste æquo animo, fauere, tacere interpretari, & antiquos fauere faucibus pro silere dixisse, Cicer. 2. de Diu. Qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius, fauent faucibus, rursus cantu plausuque premunt alas, de gallis. Pro eodem etiam fauere linguis. Cic. 1. de Diu. Idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur, rebusque diuinis, quæ publicè fierent, ut fauerent linguis imperabatur, inque feris imperandis, ut litibus & iurgiis se abstinerent. Persuasi tamen omnino mihi, non prorsus hac facificali verborum forma, merum perpetuumque silentium indici, sed tempestiuum, ut scilicet in tempore sileretur, & pro tempore ritè sacrifico præfanti & præeunti à choro populoque responderetur, & faustè acclamaretur, ut ex illo Ouid. Metamorph. 15. constat, En deus est, deus est, animis linguisque fauere, Quisquis adest visum veneratur numen, & omnes Verba sacerdotis referunt geminata, piùmque Æneadæ præstant & voce & mente fauorem. Sic etiam in sacris Græci θεημῶν dicebant, hoc est bene omina dicere, & faustis acclamationibus, ominationibusque lætis excipere, ut populus acclamabat imperatori recens inaugurato, & Maro alibi augurium salutare dixit. Lucian. πρὸς θεοῦ. ζῶντων δούσαν ἐν ἀφελαιαῖς τοῦ θεοῦ γρηῖν ἢ μυκάμενα, ἢ ὡς τὸ ἐπίδος, θεημῶν, id est fausto sono admugiens, vnde θεήμει vox ad bonam ominationem compellantis, hoc est, ut Aristophanis interpres, μὴ δὲ βλάσφημον εἶπεί. Tufanus eo loco Aristoph. νεφ. videtur meam sententiã suã interpretatione fulcire illius, θεημῶν γὰρ τὴν προσβίτλην, ἢ ἀρχὴν ἀπακούειν, id est, inquit, æquo animo fauere, tacere, ore fauere, bona verba dicere. Plato ep. 7. νῦν δὲ θεημῶμεν χεῖρον δῖον, vnde & θεημιστῆς: & apud Sophocl. θεήμει φάνει, pro θεήμει, & θεημῶ γλώσση in Epigr. quibus θεημῶν & θεημῶν opponuntur.

Sic fatus velat materna tempora myrto:  
Hoc Helymus facit : hoc æui maturus Acestes:  
Hoc puer Afcanius. sequitur quos cætera pubes.  
75 Ille è concilio multis cum millibus ibat  
Ad tumulum, magna medius comitante caterua.

Hîc

A Hîc duo ritè mero libans carchesia Baccho  
Fundit humi, duo lacte nouo, duo sanguine sacro:  
Purpureosque iacit flores, ac talia fatur.  
80 Salue sancte parens, iterum saluete recepti  
Nequicquam cineres, animæque vmbraque paternæ.  
Non licuit fines Italos, fataliaque arua,  
Nec tecum Aufonium (quicumque est) quærere Tybrim.

ÆVI MATVRVS AC ESTES] Sic apud Horat. maturusque senex: Græcorum imitatione, ut obseruauit Turneb. qui ex Helychio πεπτεράων anum dici docet: & apud Aristoph. ἡ γὰρ ἐν νέοις τὸ σποδὸν ἔνεστιν, ἀλλ' ἐν πεπτεράοις: & alibi Maro, integer æui. ANIM ÆQVE, VMBR ÆQVE PATERNÆ] Imitatione forsitan Lucretij, qui eam inter simulacra & animam statuit differentiam, ut inferos simulacra quidem petant, anima autem illius sit descensus immunis, his lib. 1. versibus: Et si præterea tamen esse Acherusia templa, Ennius æternis exponit versibus edens, Quo neque permanent animæ, neque corpora nostra, Sed quædam simulacra modis pallentia miris, Vnde sibi exortam semper florentis Homeri Commemorât speciem, &c. AVSONIVM, QVICVNQVE EST] ὅς τις αὐτῷ.

Dixerat hæc, adytis cum lubricus anguis ab imis  
85 Septem ingens gyros, septena volumina traxit  
Amplexus placidè tumulum, lapsusque per aras:  
Cœruleæ cui terga notæ, maculosus & auro  
Squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus  
Mille trahit varios aduerso sole colores.  
90 Obstupuit visu Æneas. ille agmine longo  
Tandem inter pateras, & leuia pocula serpens  
Libauitque dapes, rursusque innoxius imo  
Successit tumulo, & depasta altaria liquit.

C LAPSVS QVE PER ARAS] Item de dracone Il. β. βουαὸν ἀσπίδα. ARCVS MILLE TRAHENS, &c. ] Lucret. lib. 6. Hinc vbi sol radiis tempestatem inter opacam Aduersa fulsit nimborum aspergine contra, Tum color in nigris existit nubibus arqui. ILLE AGMINE LONGO] Suprà de serpentibus: illi agmine certo Laocoonta petunt. LIBAVIT QVE DAPES] Notat Turnebus in eum Horatij locum, vernasque proceres Pasco libatis dapibus, hoc ad antiquorum pietatem referendum: qui partem cœnæ Lari Diisque donabant, & in focum mittebant Lari sacrum: quod dapes libare fuisse asserit. Cui etiam sententiæ videtur ad stipulari locus Virg. lib. 3. Solennes tum fore dapes, & tristitia dona Libabat cineri Andromache. Huic quoque loco non omnino repugnat hæc interpretatio, quod quodammodo serpens genius famulusue Anchisæ libarit dapes, ac veluti Diis manibus sacrarit: nisi malis simpliciter accipere, pro eo quod est leuiter degustauit, ut supra: Oscula libauit nate: ut respondeat sequenti versui, Depasta altaria liquit: & versibus his lib. 1. Latium libauit honorem: Primaque libato summo tenus attigit ore.

Hoc magis inceptos genitori instaurat honores:  
95 Incertus geniumne loci, famulumne parentis  
Esse putet. cædit quinās de more bidentes,  
Totque sues, totidem nigrantes terga iuencos.  
Vinaque fundebat pateris, animamque vocabat  
Anchisæ magni, manesque Acheronte remissos.  
100 Nec non & focij, quæ cuique est copia, læti  
Dona ferunt, onerantque aras, mactantque iuencos.  
Ordine ahena locant alij, fusi que per herbam  
Subiiciunt verubus prunas, & viscera torrent.

INCERTVS GENIVMNE LOCI, FAMVL. PARENTIS] Draco siquidem facer erat Herobus; ut videre est apud Plutarch. in Cleom. Credo ego Poëtam hîc respicere antiquam religionem, qua persuasum erat non solum locis omnibus suos esse genios, sed & personis, ut genij quodammodo hominibus famulari videantur, & non tantum nascantibus protinus adesse, sed & mortuorum oberrare & obire sepulcra: vnde & Plutarch. lib. πρὸς δίδυμ. ἡ γὰρ ὡς μέναι δρός φησὶν ἀπαρτὴν δαίμων ἀνδρῶν





Quò tandem mihi dexter abis: huc dirige cursum:  
 Littus ama: & læuas stringat sine palmula cautes:  
 Altum alij teneant. dixit: sed cæca Menœtes  
 165 Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas.  
 Quò diuerfus abis: iterum, pete faxa Menœte:  
 Cum clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthem  
 Respicit instantem tergo, & propiora tenentem.

LITTUS AMA] Credo consensu dictum à Marone, vt ab Hom. Od. 11. τὸ δὲ σκοπέλι δὴμαίον.  
 PALMULA CAUTES] Palmulapars remi latior: vnde ἐλάσεν πάλω ἄλλαν κοπλάτην & apud  
 Eurip. ἄδύοντος ἐν ἄλλαν πάλω & παρὰ κοπῶν apud Pollucem palmula remorum dicuntur. Vide  
 apud Bayf. παρὰ τὸν ἄδύοντος, & ἄδύοντος. Catullus autem palmulas & palmas dixit: Siue palmulis  
 opus foret volare, siue linteo: & alibi, Cæcula verrentes abiegnis æquora palmis. Vt autem hic littus  
 ama, altum alij, Propert. Alter remus aquas, Alter tibi radat arenas, Tutus eris: medio maxima  
 turba mari.

170 Ille inter nauemque Gya, scopulosque fonantes  
 Radit iter læuum interior, subitusque priorem  
 Præterit, & metis tenet æquora tuta relictis.  
 Tum verò exarsit iuueni dolor ossibus ingens:  
 Nec lacrymis caruere genæ, segnemque Menœtem  
 Oblitus decorisque sui, sociumque salutis  
 175 In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.  
 Ipse gubernaculo rector subit, ipse magister  
 Hortaturque viros, clauumque ad littora torquet.  
 At grauis, vt fundo vix tandem redditus imo est  
 Iam senior, madidaque fluens in veste Menœtes  
 180 Summa petit scopuli, siccaque in rupe resedit.  
 Illum & labentem Teucri, & risere natantem:  
 Et falsos rident reuomentem pectore fluctus.  
 Hic læta extremis spes est accensa duobus,  
 Sergesto, Mnestheoque, Gyan superare morantem:

ET SALSOS RIDENT REVOM.] Hom. Od. 9. σόματα δ' ἐξέπυτον ἄρμεν παρῶ & Aristot.  
 ἀποπιζέει τῶν θαλάσσιον, respuit mare. HIC LÆT. EXTR. SPES EST ACC. DVOBVS] Sic &  
 Sophocl. ἐλπίδι θυγατέρας.

185 Sergestus capit ante locum, scopuloque propinquat:  
 Nectota tamen ille prior præunte carina:  
 Parte prior: partem rostra premit æmula Pristis:  
 At media focios incedens naue per ipsos  
 Hortatur Mnestheus. nunc nunc insurgite remis  
 190 Hecstorei socij, Troiæ quos sorte suprema  
 Delegi comites: nunc illas promite vires,  
 Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus vsi,  
 Ionioque mari, Maleæque sequacibus vndis.  
 Non iam prima peto Mnestheus: neque vincere certo:  
 195 (Quanquam ò) sed superent, quibus hoc Neptune dedisti.  
 Extremos pudeat rediisse. hoc vincite ciues,  
 Et prohibete nefas. olli certamine summo  
 Procumbunt: vastis tremit ictibus ærea puppis,  
 Subtrahiturque solum. tum creber anhelitus artus,  
 200 Aridaque ora quatit: sudor fluit vndique riuis.

N V N C

N V N C N V N C I N S V R G. R E M I S] Apoll. 2. ἄφρησθ' ἀνὰ πάντα τῶν βοδάστων δὴταίροις ἐμβάλειν  
 κώπην ὅσον δένου. Et Hom. Od. 11. ἐμβάλειν κώπης ἵνα ἄσπευκτότητα φύγομεν. M A L E Æ Q V E S E  
 Q V A C I B V S V N D I S] Sic & Epigr. lib. 2. ἢ μάλου πηλαὶ καμπόμηνου σπλάγχι: & post paulo: πῶς  
 μάλειον ἀπὸ φηλασώμενον. Vnde constat apud Græcos penultimam tam simplici vocali quam cum  
 diphthongo scribi, & esse dubiam, vt apud Latinos Poetas. Eurip. quoque ὅπως δ' ἀμύρτω ὄλετο μα  
 λέα περὶ τῶν σφάραγ' Propert. Et placidū Syrtes portum, & bona littora nautis Præbeat hospitio læua  
 Malea suo. N O N I A M P R I M A P E T O] Talis & περὶ τῆν Ἀνιλοχί apud Hom. Il. 4. equos ad  
 hortantis, ne, si primas tenere non possint, in postremis consistant: ἢ τοι μὲν κείνοισιν ἐκείμην ἐπὶ κλάω  
 πιδέειν ἴπποισι δειρόμενον, ὅσιν ἀδελῶν νῦν ὄρεζε τάχθ' ἢ ἐπ' ἀπὸ κείθ' ἔδουκ' ἴπποισι δ' ἀδέειν κηλίαντι,  
 μηδὲ λήθδον καρταλίμωι, μὴ σφῶν ἐλεγχέειν, &c. S V B T R A H I T V R Q V E S O L V M] Seruius vni  
 cuique rei quod subiacet, solū esse ei cui subiacet asserit non temerè: namque & Lucret. illo lib. 1.  
 loco, Aua Pieridum peragro loca nullius antè Trita solo, solum pro solea, vel pede accepit: idem  
 lib. 6. Ne pedibus raptim tellus subtrahata feratur In barathrū. Assentitur & Aristot. lib. De incessu  
 anim. Seruij interpretationi, vbi de motu per processum & saltum agit, solum τὸ ὑποκείμενον notans  
 ex interpretum sententia, siue terreum, siue aqueum, siue aërium sit fundamentum: ἐπ' ἀμφοτέρω  
 δὲ μεταβολαῖς ταύταις αἰεὶ μεταβάλλει τὸ κινούμενον ἀποσπείζομενον πρὸς τὸ ὑποκείμενον αὐτῶ, διότι ἀντὶ ὑποθέσει  
 D ποδο δάπην ἢ ὅτι ἔχειν ἀπερίσπαστὸν τὸ ποιούμενον ἐπ' αὐτῆν κίνηση, ἐάντ' ἄλλως μηδεμίαν ἔχη τοῖς κινουμένοις ἀν  
 τρείουσι, οὐδὲν ἐπ' αὐτῆν δύνασθ' κινεῖν ἑαυτό. C R E B E R A N H E L. A R T. A R I D. O R A Q V A T. S V D.  
 &c.] Conueniunt hi lib. 2. Apoll. vctus: πῶς δ' ἀπαιτῶ ἰδρῶς εἴθευαι ἐν λαγύρῳ τε καὶ ἀρχῆνθ', ὀμματῶ  
 θ σφί λοξῶ ἀδύοντος] ἴσο ζυγοῦ, αὐτῶ ἀντὶ ἀναλίη σαμάτων ἀμοιῶν βρέμει:

Attulit ipse viris optatum casus honorem.  
 Namque furens animi, dum proram ad faxa suburget  
 Interior, spatioque subit Sergestus iniquo,  
 Infelix faxis in procurrentibus hæsit.  
 205 Concussæ cautes, & acuto in murice remi  
 Obnixi crepuere: illisæque prora pependit.  
 Confurgunt nauæ, & magno clamore morantur:  
 Ferratasque fudes, & acuto cuspide contos  
 Expediunt: fractosque legunt in gurgite remos.  
 C 210 At lætus Mnestheus, successuque acrior ipso,  
 Agmine remorum celeri, ventisque vocatis  
 Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.

S V B U R G E T I N T E R I O R] Interiore hic Turnebus accipit, quod propinquiore spatio &  
 breuiore ad scopulum, qui meta erat, pergeret: ex illo Ciceronis loco, Nam cursu interiore breui  
 vitur orbe: qui locus responderet, meo iudicio, illi Æn. 11. de Camilla: magnumque agitata per or  
 bem Eludit gyro interior, sequiturque sequentem: nimirum quod illa in persequendo & agitando  
 hoste, quem obequitationibus & gyris vexabat, semper & arte & potiore loco, videretur centrum  
 orbis & interiora tenere. I L L I S A Q V E P R O R A P E P E N D I T] Infra de Tarchonti naue: dorso  
 dum penderiniquo: F R A C T O S Q V E L E G V N T R E M O S] ἀγῶς κωπῶν Æschyl. in Pers.

Qualis spelunca subito commota columba,  
 Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi,  
 215 Fertur in arua volans, plausumque exterrita pennis  
 Dat tecto ingentem, mox aere lapsa quieto  
 Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas:  
 Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat vltima Pristis  
 Æquora: sic illam fert impetus ipse volantem:  
 220 Et priquam in scopulo luctantem deserit alto  
 Sergestum, breuibuscque vadis, frustra que vocantem  
 Auxilia, & fractis discentem currere remis:  
 Indè Gyan, ipsamque ingenti mole Chimæram  
 Consequitur. cedit, quoniam spoliata magistro est.

Q V A L I S S P E L V N C A] Hom. Il. 9. δεῖ φύγεν ὅση πέλεια, ἢ ῥά δ' ἴρησθ' κούρην εἰσέπματο πέλειον χηρο  
 μόν, ἐδ' ἀπὸ τῆν ἀλώμεναι αἰσιμον ἵεν. Eurip. in Hecub. οἶκον μὲ ὅς' ὄρνιν θαμβεῖ πῶ δ' ἐξέπτασας. L A T E  
 B R O S O P V M I C E] Eurip. alibi, ἐν μυχῶν πύργω. F R A C T I S D I S C. C V R R. R E M I S] Tale quid  
 in funebribus ludis Il. 4. de equis Diomedis: οἱ δ' οἱ ἐκλάθηνον ἀνὰ κέρηροιο δένοντες.

Solus

225 Solus iamque ipso superest in fine Cloanthus:  
 Quem petit, & summis adnixus viribus vrget.  
 Tum vero ingeminat clamor: cunctique sequentem  
 Instigant studiis. resonat clamoribus æther.  
 Hi proprium decus, & partum indignantur honorem,  
 230 Ni teneant: vitamque volunt pro laude pacisci:  
 Hos successus alit: possunt, quia posse videntur.  
 Et fors æquatis cepissent præmia rostris:  
 Ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus,  
 Fudissetque preces, diuosque in vota vocasset.  
 235 Dij quibus imperium pelagi, quorum æquora curro:  
 Vobis lætus ego candentem in littore taurum  
 Constituam ante aras voti reus: extaque salsos  
 Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.  
 Dixit: cumque imis sub fluctibus audiit omnis  
 240 Nereidum, Phorci que chorus, Panopeaque virgo:  
 Et pater ipse manu magna Portunus euntem  
 Impulit.

**DIVOSQUE IN VOTA VOCASSET**] Sic & *ἰχθῶν ἐπὶ δὲ χάρις πένθει φέρον δία* Lycophron. **EXTAQUE SALSOS PORRICIAM IN FLUCTUS**] Ex Hom. *Ἰλ. τ. ἠ. ἢ δὲ ἀπὸ δόμαρχον κέρον τάμα ἡλέτ' ἡλκῶν, τὸν δὲ παλαύθει*. **MACROBIJ** adductus legendū contendit Barn. Briffonius, extaque salsos Porriciam in fluctus, contra eorum sententiam qui Proficiam legunt, existimatque aliud fuisse profecare, aliud porricere: quæ res à veterum sacrificiorum ritu atque ordine ipsi pèdere videtur. Notat igitur antè fuisse profecta, tum deinde porrecta exta, quòd hostiæ casæ exta profecarentur primùm, dein porricerentur, hoc est aris inferrentur seu imponerentur, & profecare esset exta minutatim concidere: Porricere vero, ut Varro lib. 1. De re rust. cap. 29. interpretatur, exta Diis dare. Ita dissecta exta Diis porrici, in altaria, aram, focumque, eoque quòd exta reddi debebant, offerri imponi ipse etiam Briffonius asseruat, cum profecta exta aris imponi solita doceat Ovidius lib. 12. Metamorph. Cuius ut inpositis profecta calentibus aris. Idem lib. 4. Fastor. Ast ubi visceribus vitulos rapuere ministri, Sectaque fumosis exta dedere focus, Igne cremat vitulos quæ natu maxima virgo est. ubi observat ordinem, secta fuisse exta, & data: & quòd aris exta dedere, porricere exponit, his locis variis suam sumans sententiam, Varonis lib. 4. De ling. Lat. Inscitia ab eo quòd infecta caro, ut in carmine Saliorū est. Quod in exis dicitur nunc profectum, & Lactantij Statij interpretis, qui particulas minutas membrorum omnium ait dici profecta in sacris quæ inferuntur aris. Item ex Dionys. Halicarn. lib. 7. cum ait, *δέραντες δὲ μελάωντες, ἀπαρχὰς ἐλάμβανον ἐξ ἐκάστου ἀλλύχην, ἢ πάντας ἀλλὰ μέλιτος, ἀεὶ λαφύρας ζέας ἀναδιδόντες ἀποσφραγιστοῖς ἀνοσσοῖν ἐπὶ ἱερῶν, οἱ δὲ τὸν βωμὸν ἐπιπρῶντες ὑψηλῶν*, notatque actiones diversas in sacris, λαμβάνειν ἀπαρχὰς ἐξ ἐκάστου ἀλλύχην, hoc est profecare; nam proficia in veteribus glossis ἀπαρχὰς ἢ δὲ δυνάμειον definiuntur. item, *ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐπιπρῶντες*, quod est porricere. Sed & Festum adducit, aut certe Paulum, apud quem Proficium est, quod profecatū porricitur, & Varonis locum lib. 11. Rerum diuinarum, apud Nonium, Proficiam extorum vel in mensam porricere. Docet etiam Nonium profecta exta explicare, quæ aris dantur ex fibris pecudum dissecta. Et quod Varro lib. 5. De lingua Lat. ait ex mercibus libamenta Herculi porrecta, Tertullianum in Apologético, in aram imposita dicere: Cum de decima, ait, Herculis nec tertiam partem in aram eius impositis. Et quoniam etiam extra aras exta Diis dari ius erat, ritè Virgilium vult Briffonius, cum Diis marinis sacrificium fieret, exta dixisse in fluctus porrici, quòd profecati in fluctus non esset congrua locutio, nec hoc recti sermonis oratio pateretur, cum profecandi verbum motum non admittat. Denique superiorem Virgilij lectionem confirmare Liuium lib. 29. ubi Scipio è prætoria naui Deos precatis, Secundum, ait, eas preces cruda exta, casæ victima, vi mos, in mare porricit. nec locum illum emendationem illam Proficiam in fluctus, ferre. **VINA LIQUENTIA FUNDAM**] Calab. *ἔ. ἀπὸ τῆς ἀνοσσοῦ ἀνοσσοῖς εἰς ἄλλα κωνάειν λέγειν μέδου πολλὰ δροσιστὸν ἀχρόμενοι*. **SUB FLUCTIBUS AUDIIT OMNIS**] Arist. lib. De animo 2. ἀκούεται δ' ἐν αἰέτι, ἢ ὑδατι, ἀλλ' ἄπῳ.

illa Noto citius, volucrique sagitta  
 Ad terram fugit, & portu se condidit alto.  
 Tum fatus Anchisa, cunctis ex more vocatis,

245 Victo-

245 Victorem magna præconis voce Cloanthum  
 Declarat, viridique aduelat tempora lauro:  
 Muneraque in naues ternos aptare iuencos,  
 Vinaque; & argenti magnum dat ferre talentum.  
 250 Iphis præcipuos victoribus addit honores:  
 Victori chlamydem auratam: quam plurima circum  
 Purpura mæandro duplici Melibœa cucurnit:  
 Intextusque puer frondosa regius Ida  
 Veloces iaculo ceruos, cursuque fatigat,  
 Acer, anhelanti similis: quem præpes ab Ida  
 255 Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.  
 Longæui palmas nequicquam ad sidera tendunt  
 Custodes: sæuiterque canum latratu in auras.

**APTARE IUVENCOS**] Sunt qui malint optare, hoc est, eligere. **CHLAMYDEM AVR.** **QV. PLVR. CIRC. PURPVRA, &c.** *χλαμὶς ἀπει πόρρον*. Lucret. lib. 2. Iam tibi barbarica vestes, Melibœaque fulgens Purpura Thessalico concharum tineta colore. Sic & Hom. *Ἰλ. ε. ἀεὶ τῆς χεῦσι* & *ἀεὶ τῆς χεῦσι* & Apoll. 3. *ἰουπὶαὶ τῆς ἰαροῦ εἰσίν, ἑλιξ δ' ἐπιδέρους πάσαις κωνάει*. & confimili forma Epigr. lib. 5. *πλάσσει* & *ἐπιδέρους ὄμοις ἀμοτέρους*: & Euripides huiusmodi limbos, fimbrias, ambitusque & ornamenta *ἀπειδέρους* vocat. Græci *τὴν κητέσπιον* tunicam vocant animalium figuris aut floribus intextam, belluatam. **MELIBŒA CVCVRIT**] Pari forma Od. *κ. τῆς χεῦσι* χαλκίον, ἀρ- *ρητοῦ*, λισσὴ δ' ἀναδέρμα πῶδῳ. Et idem Hom. de vena: *ἀπὸ τῆς φλέβας ἀπὸν ἔκαστον*, ἢ *διὰ τὸν πῶδα διαμ- *σπῆς ἀπὸν ἔκαστον** quem versum citat Arist. lib. Hist. anim. 3. **QVEM PRÆPES AB IDA**] *οἰωνὸν* vertit Turnebus *ἀπὸ τὸ ἀποσπῆσθαι*. **LONGÆVI**] Sic Græcis *δολιχάωνες*, & *μακράωνες*, quales *δουὸν* Empedocli. **SÆVITQUE CANVM LATRATVS**] Ex Varro: cuius hæc sunt, quæ iam in Bucol. videmus exhibuisse: *Ceu canis umbrosam lustrans Cortynia vallem, Si veteris portui ceruæ com- *prendete lustra, Sæuit in absentem, & circum vestigia lustrans Æthera per nitidum, &c.**

At, qui deinde locum tenuit virtute secundum,  
 Leuibus huic hamis consertam, auroque trilecem  
 260 Loricam, quam Demoleo detraxerat ipse  
 Victor, apud rapidum Simoenta sub Ilio alto,  
 Donat habere viro, decus, & tutamen in armis:  
 Vix illam famuli Phlegæus, facitque ferebant  
 Multiplicem, connixi humeris: indutus at olim  
 265 Demoleus cursu palantes Troas agebat.  
 Tertia dona facit geminos ex ære lebetas,  
 Cymbiaque argento perfecta, atque aspera signis.

**LEVIBVS HVIC HAM. CONSERT. &c.**] *ἄλυσσιν ὀσπῶν. δόξα, κρημάτων, ἀγυριστῶν, κρητὸν κρητῶν* *ἔστ' ἀποχλή* ἢ *συμπέκαστον* ἢ *ἡμιλοῦται*. **SUB ILIO ALTO**] Græcorum imitatione, qui pro Poëtica opportunitate & modulo vel elidunt, vel retinent vocalem ante vocalem. Sic autem *Æsch. in *Agamem. sub persona Clytemnestra de Agamemnone; τὸν δ' ὄσαναρ ἔστ' ἰὸν ἰλίου* & ibidem, *τὸν δ' ἰὸν ἰλίου σέθεν κρητῶν* & post paulò, *ἄλυσσιν ὀσπῶν*. **DONAT HABERE VIRO DECVS ET TVTAM.***] Hanc lorice descriptionem ex *Ἰλ. d. desumpsisse videtur Mato: πικρὸς δ' οἱ ἦρκεσε δόρηξ, τὸν ἑσθῆρας ἡμῶσιον ἀνιρότου, τὸν ποτε φιλῆξ ἦραξιν ἐξ ἐφύμης πικρῶσι ἀπὸ σπυλλιστῶν, ἔειπ' ὅτι οἱ ἐδῶκεν ἀναξ- *άνδρῶν δόρηξ* ἐς ἀλλοτρίων φέρειν, δῖον ἀνδρῶν ἀλασπῶν, ὅς οἱ ἔχ' ὅτε παῖδες ἀπὸ χρῶδὸς ἔρκεσε δόρον. Nimirum *ἀλασπῶν τῷ αἰματι in armis reddidit Mato. ASPERA SIGNIS*] *καρχηνοῦτα*.*

Iamque adeo donati omnes, opibusque superbi  
 Puniceis ibant cuncti tempora tænis:  
 270 Amissis remis, atque ordine debilis vno,  
 Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat:  
 Qualis sæpe vix deprensus in aggere serpens,

Ærea





tiæque, in ludis, feriis, passim in coronæ decus vsurparetur. Nescio an hoc epitheton Flaccus re-  
spexerit ibi: Vndique decerpam fronti præponere oliuam. PHALERIS INSIGNEM] το φάλαρα  
Grammatici ἀπὸ το φάλαρα deducunt. SVBNECTIT FIBVLA] χλαῖναν ἀφ' ἡσθησάτο, non omnino re-  
motè ab hoc loco Hom. Il. 2.

- 315 Hæc ubi dicta : locum capiunt, signoque repente  
Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt  
Effusi, nimbo similes: simul vltima signant.  
Primus abit, longeque ante omnia corpora Nifus  
Emicat, & ventis, & fulminis ocyor alis.
- 320 Proximus hinc, longo sed proximus interuallo,  
Insequitur Salius. spatio post deinde relicto  
Tertius Euryalus.  
Euryalumque Helymus sequitur: quo deinde sub ipso  
Ecce volat, calcemque terit iam calce Diore,
- 325 Incumbens humeris: spatia & si plura supersint,  
Transseat elapsus prior, ambiguumque relinquat.

NISVS EMICAT] Vide supra de Palladio lib. 2. Emicuit, parmamque tenens, &c. SPA-  
TIO POST DEINDE RELICTO] Deinde ordinis, non temporis, particula respondere videtur  
πὸ ἐπειτα Græcorum: vt Od. 2. de procis: ἀλλ' ὅτ' ἀεὶ μνηστῆρας ἀγλιώρας, οἱ μὲν ἔπειτα πλοοῖσι σπυραροῖσι  
πυραρον θυμὸν ἔπερον. Et post pauld de iisdem: οἱ μὲν ἔπειτα ἐξέτης ἐζόντο κτλ' κλισίου: τε θρήνεις τε. Et Od. 7.  
δὲς δὲ πύργῳ ἔπειτα δέπας μάλ' ἰδέσθ' οἴνου. PROXIMVS INTERVALLO] Definit in eandem vocem  
spondaicus versus Lucretij lib. 2. Nec porro maioribus interuallis. Longo autem interuallo, ἐν πῶδ' ἰσχυρῶς  
διαστήματ' Chrysolst. CALCEM QVE TER. IAM CAL. DIOR. INCVM. HVM.] Il. 4. αὐτὰρ  
ἔπειτα ἰχνη τῆς σφίσεως, πᾶρ' ὅσον ἀμφιχυθῆναι. καὶ δ' ἄρα οἱ κεφαλῆς χεῖρ' αὐτῶν δὲ δ' ἰσχυρῶς. Vt au-  
tem hic Transseat elapsus prior, ambiguumque relinquat, sic & eodem Il. 2. ἵππῳ ἢ παρ' ἑαυτοῦ ἢ ἀμφιπέσον ἔδεικε.  
Vt autem relinquat, Græcis, & præsertim Isocrati ἀπολελοιπότας οἱ νενικηότες dicuntur, translatione à  
curforibus, qui cum vincunt, victos post se relinquunt.

- Iamque ferè spatio extremo, fessique sub ipsum  
Finem aduentabant: leui cum sanguine Nifus  
Labitur infelix: cæsis vt fortè iuuenis
- 330 Fufus humi, viridesque super madefecerat herbas.  
Hic iuuenis iam victor ouans vestigia pressò  
Haud tenuit titubata solo: sed pronus in ipso  
Concidit immundoque fimo, sacroque cruore.  
Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum.
- 335 Nam sese opposuit Salio per lubrica surgens:  
Ille autem spissa iacuit reuolutus arena.

LEVI CVM SANGVINE] Eodem Il. ἀλλ' ὅτ' ἐπὶ τῶν ἐμμελλον ἐπαίξεσθαι ἀέθλον, ἐνδ' αἰετὸν ἔλκετο  
δέων· βλάψεν γὰρ ἀέθλον, τῆ ῥα βωῶν κέρχ' ἄνδρος ἀποκταμένον ἑεμμύκων, ἕς ἐπὶ παρ' ἑαυτοῦ πόντος ἀκόνος ἀχλα-  
λάει· ἐν δ' ἄνδρ' ἐν βούου πόντος σῆμα τε φινάς τε. Sic & Calab. lib. 4. in funebribus ludis Teucrum curuli cer-  
tamine collapsum narrat. NON TAMEN EYRYALI, NON ILLE OBLIT. AMORVM] Il. 2. ἀλλ' ἔδ' ἄλ' ἡμῶν ἐστὶν ἀμείλιχον ἑταίρου· idem Od. 6. tale quid: ἀλλ' ἔδ' ὡς χεῖρ' ἰσχυρῶς ἐπ' ἀπὸ τοῦ τεύχεος  
ἔστ'. Et Calab. 6. ἀλλ' οὐδ' ὡς ἀμείλιχον ἐταίρου· ἀνδρὸς ἀγαθοῦ Νηρηῖου.

- Emicat Euryalus, & munere victor amici  
Prima tenet: plausuque volat, fremituque secundo.  
Post Helymus subit, & nunc tertia palma Diore.
- 340 Hic totum caueæ confessum ingentis, & ora  
Prima patrum magnis Salius clamoribus implet:  
Ereptumque dolo reddi sibi poscit honorem.  
Tutatur fauor Euryalum, lacrymæque decoræ,  
Gratior & pulcro veniens è corpore virtus.

Adiu-

- A 345 Adiuuat, & magna proclamat voce Diore,  
Qui subiit palmæ: frustra que ad præmia venit  
Vltima, si primi Salio redduntur honores.

EMICAT EYRYALVS] Celeritatem & concitationem quandam motus hoc verbum innuit,  
vt (suprà, Terque solo emicuit: & linguis micat ore trifulcis: & Cic. de Nat. Deor. 2. Iam verò venæ  
& arteriæ micare non desinunt, quasi quodam igneo motu: animaduersumque sæpe est, cum cor  
animantis alicuius euulsum ita mobiliter palpitaret, vt imitaretur igneam celeritatem, &c. Nimi-  
rum Græci σφύζων ἀσθησῆρας dicunt, quam vocem etiam ad alia transferunt. HIC TOTVM CAVEÆ  
CONSESSVM] Lucret. 4. Namque ibi confessum caueæ subter, & omnem Scenalem speciem Pa-  
trum. Tacit. lib. Ann. 13. Intered, quæ barbaris ostentantur, intrauere Pompeij theatrum, quo ma-  
gnitudinem populi viserent. Illic per otium (neque enim ludicris ignari oblectantur) dum confes-  
sum caueæ, discrimina ordinum, quis equis, ubi senatus, percunctantur. EREPT. DOLO RED.  
S. P. HONOREM] τὸ γέρας καταβεβηθέν. Græcis enim καταβεβηθέν, est, in capiēdo bratio aliquem  
circumuenire. GRATIOR ET PVLCHRO] Tale quid Hom. cum χεῖρας ἀπὸ τοῦ ἑλίου λαύ-  
δα, vt obseruauit Plato in Protag. Certè & philosophi decus formæ virtute coniunctum magni  
fecerunt, vt ferè confenserint, formosas personas raro, nisi aliunde deprauatas, flagitiis commacu-  
latas videri: scilicet speciem, & superficiem id esse corporibus, quod auro est alutatio, quam esse  
iudicium terræ artificæ Plinius cæteri que naturæ, relique metallicæ scrutatores prodiderunt: quo;  
inter cætera, argumento doctus Socrates, formosissimum Atheniensium Alcibiadem fertur prima  
ætate sanctissimo amore affectatus, vt phalanx amatorum claruit in Græcia, paterna accensâ pietate  
in iuuentute, sine vlla adolescentiæ illius turpiter attentatæ suspicione. Neque enim studia bo-  
norum virorum inflammat sola pulcritudo, nisi coniurante cum ea virtute, vt Plutarch. in lib. 5. πρὸ  
μάλιστ' αὐτῶν ἡγεμόν' &c. his verbis docet: πολλοὶ γὰρ ἐν δόξῳ ἡγεμονικῶν ἐν δὲ δὴ αὐτῶν ἐν φιλοῦσι ἢ δόξῳ, ἢ μὲν ἐδὲ  
ἐδὴ γὰρ ταῦτα σπυραροῖσι μαρτυροῦνται. ἔδ' ἔδ' γὰρ τοῦς καλῶς ἡγῶν ἡγεμόν' ἐν δόξῳ, ἀλλὰ τοῦς ἀσχηρῶς, ἢ κοσμῶς,  
ἢ φιλομαθῶς, ἔδ' ἔδ' ὡς ἢ χεῖρας σιωπῆ, ἢ ἀνδρῶν, ἢ δὲ ἡγῶν τὸν φιλοσοφῶν, ἔδ' ἔδ' ἀποσοβῶν ἢ ἀπὸ λαοῦ ἢ ἀξίον  
ἐπιμαχῶς τὸ καλῶν. Sed & mihi libelli illius inscriptio, & titulus longius fortè excurrendi occa-  
sionem dabit, eò propensius acceptam, quòd nec digressum meum fraudi fore lectori credo: cui  
non ingrati videor facturus, si vulnus in eo libello sanauero, quod ab omnibus deploratum ha-  
ctenus fuisse constat. Cum igitur statim in initio cæperit ita libellus, Σωκράτην ἐν κολλοῦσθαι, ἢ φιλοῦσι  
ταῖς μετέπειτα σπυραροῖσι χεῖρας, ἢ γαστρῶν, &c. consultus à multis amicorum, quid sibi vellent ea vox, quæ  
se in limine offert, Σωκράτην, post aliquas comperendinationes, quia vocabulum illud nihili videret-  
tur, videbar mihi non incommode lumen huic loco allaturus, si κολλοῦσθαι loco τὸ σπυραρον legerem;  
cum sententia tam bene & opulè uli titulo, & contextus argumento responderet, quam ἀντιστοιχῶν  
vifa est illa aucloris magni, qui ἔροτα κοινῶν reposuerat. Quæ mea coniectura eò pederentim duxit  
D. Lambinum, vt ἄρχαμον pratulerit τὸ κολλοῦσθαι, nixum maiore elementorū & propinquiore cogna-  
tione cum corrupto illo σπυραρον. Verum vt secundæ curæ prudentiores, & inualefcit cogitatio,  
Suidæ adiutus beneficio & fortuna, nulla alia immutatione, quam vnus elemēti elisione, persuasi  
mihi, Σωκράτην legendum esse, quòd ea lectio mirè temporum historiæ, & menti huius loci cōgrue-  
re videri possit. Soranus quippe memoratur à Suida temporibus Plutarchi, sub Traiano & Adria-  
no floruisse, & medicinam magno nomine Romæ tum fecisse, & numerosa librorum editione de  
re medica claruisse: vt probabile mihi sit eum per artem & philosophiam aditum sibi ad gratiâ im-  
peratorum patefecisse, eamque industriam in principio protinus beneuolè commendasse Plutar-  
chum, ab ipsius Sorani exemplo libellum auspiciatum. Quia autem plures celebrat Soranos, eos-  
demque medicos Suidas, eius de ipsis verba subiicio. Σωκράτης μὲν ἀνδρῶν ἢ φιλοῦσι, ἐφέσει· ἰατρῶς, διαβήλας  
ἢ ἀλεξάνθηρας, ἢ ἐν ῥόμῃ ἢ ἰατρῶσι ἐπὶ τρεῖς αἰῶνες ἢ ἀδριανῶν ἢ βασιλέων, βιβλία τε σωτῆρας πλείους ἢ κάλλιστ'  
& pauld post: Σωκράτης ἐφέσει· ἰατρῶς νεώτερος· γυναικῶν βιβλία δ'. εἰς ἰατρῶν, ἢ ἀιρέσεις, ἢ σωτῆρας,  
βιβλία δέκα, ἢ ἀλλὰ διάφορα, ἀπὸ λαοῦ δίδου· ἢ τὴν ἰατρικὴν ἐμμελιῶν, ἢ μὲν νεώτερον οὐδ' ἐν ἀπε-  
δέρχου, πλὴν ἰατρῶν· ἢ δὲ σπυραροῖσι χεῖρας, τὸν ἰπποκράτην Σωκράτην τὸν κίλην, τὸν μαλλῶν δὲ τὴν κίλην. Nec est  
quòd lectorem conturbet additio τὸν κίλην in verbo σπυραρον: cum verisimile esse possit, pro secundo ἢ in-  
teriectum: nam propria nomina, & item appellatiua, promiscuè sæpe enuntiantur ea libertate.  
Valeij item Sorani meminit Plinius sub finem præfationis, quem & scripsisse libros ἐπιπέδων ait.

- Tum pater Æneas, vestra, inquit, munera vobis  
Certa manent pueri, & palmam mouet ordine nemo.
- 350 Me liceat casum miserari infontis amici.  
Sic fatus, tergum Getuli immane leonis  
Dat Salio villis onerosum, atque vnguibus aureis.  
Hic Nifus, si tanta, inquit, sunt præmia victis,  
Et te lapforum miseret: quæ munera Niso  
355 Digna dabis, primam merui qui laude coronam,

C 4

Ni me,

Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset?
Et simul his dictis faciem ostentabat, & vdo
Turpia membra fimo. risit pater optimus olli.
Er clypeum efferri iussit, Didymæonis artes,
360 Neptuni sacro Danais de poste refixum:
Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat.

DAT SALIO VILLIS ONEROSVM] Imitatione illius apud Hom. loci Il. 4. vbi Achilles
Eumelum noluit indonatum dimittere, quod fracto à Minerua curru, præteritus à concerratori-
bus in agonali certamine fuisset. FACIEM OSTENT. ET VDO TVRP. MEMB. FIMO. RISIT
PAT. OPT. OLLI] ἄνδρα ἀσπίδιον Il. 4. & Il. 6. μέδων δὲ πᾶσι ἀνδρῶν τὸ δεῖν τε' & Il. 7. εὐ δ' ἔργαων
πατὴρ τε φίλ' &c.

Post, vbi confecti cursus: & dona peregit:
Nunc, si cui virtus, animusque in pectore præfens:
Adsit, & euinctis attollat brachia palmis.

365 Sic ait, & geminum pugnae proponit honorem:
Victori velatum auro, vittisque iuuenem:
Ensem, atque insignem galeam, solatia victo.
Nec mora: continuo vastis cum viribus effert
Ora Dares: magnoque virum se iurimure tollit:

370 Solus qui Paridem solitus contendere contra:
Idemque ad tumultum quo maximus occubat Hector;
Victorem Butem immani corpore, qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,
Perculit, & fulua moribundum extendit arena.

POST VBI CONFECTI] Calab. 5. ἀλλ' ὅτε δὴ πολλοὶ μὲν ἀπνύδουσαν ἀέθλον. ANIMVS QVE IN
PECTORE PRÆSENS] Nimirum quod focios Aeneas ad pugnam cestus inuitabat: quam exitus
certaminis Daretis & Entelli periculofissimam ostendit: & qua Lycurgus Lacedæmonis inter-
dixerat, vt ex Plutarcho constat in ipsius vita: πυργυλὸν δὲ ἢ πυργυρῆτον ἀγωνί' εἶδος ἐκάλουν. πυργυρῆτον
quoque è Rep. Plato exegisse videtur lib. leg. 7. his verbis: ἢ δὴ τὰγα κατὰ πάλιν, ἃ μὲν ἀντὶ τῶν ἠγε-
μῶν ἐν τέχναις ἐπιτελοῦσιν ἐπινοήσαντο φιλονεικίας ἀρχαῖον ἢ πυργυλὸν ἐπιτελοῦσιν, ἢ ἀμιμνῶν δὲ ἐν γυμνασίοις ἐπι-
τέλλειν κωνονίαν ὄντα, ἐκ ἀρχαῖα λόγου κοσμεῖν, τὰ δὲ ἀπ' ἐρῆς πάσης ἀπ' ἀρχαίων, ἢ χειρῶν, ἢ πόδεσσι, ἢ ἑκείνοισ
μὲν φιλονεικίας τε ἢ κρητὸς ἀπέως διαπνούμενα μετ' ἀρχαίων, ἢ ῥόμους τε ἢ ὑμνοῦσιν ἐν ἐστὶν εἰς πάντα ὄντα γυμ-
νασίου παρεῖον. Vt autem animus in pectore præfens, Eurip. νῦν ἀγὼν ἐπιτυχίας. GEMINVM PVGNÆ
PROPONIT HONOREM] Budæus in eum locum Pandect. sub tit. de iis qui not. infam. inl.
Athletas, hoc 5. Designatores autem, quos Græci βραβύτας appellant, artem ludicram non facere
Celsus probat: hic (inquam) Budæus βραβύτας interpretatur, qui gymniciis agonibus præerant, qui
& ἀθλοθέται dicuntur. Pace tamen tanti viri dixerim: sententia huius loci conuenit ex sequentibus,
Vlpianum liberare infamia & periculo edicti designatores & βραβύτας, quia ministerium non artem
ludicram exercent. Atqui ἀθλοθέται, & ἀθλοθέται ipsi, illustri eximiaque dignitate præditi, ad aucu-
panda populi studia, suo sumptu ludos edebant, & præmia proponebant, sublimitatis dispositisque
designatoribus, qui & locum spectatoribus in theatro assignarent, & symbola cuique concertato-
rum pro merito, & munera dispensarent. Neque enim verisimile est iurifconsultum imperatorias,
insignesque personas, hoc est, ἀθλοθέτας cum ludionibus & histrionibus conferre voluisse, & du-
bitasse an & ipsi in edictum caderent: cum satis intelligatur ex legis contextu, designatorum mu-
nus, quamuis ministerio obnoxium, honoris & beneficij loco, à principe indulgeri suuissse, qui &
ipse ἀθλοθέτης, ἐν τοῖς γυμνασίοις διολόγηται, diceretur, & ἀθλοθέτης. VICTORI VEIATVM
AVRO, &c.] Eandem quoque rationem victoris, victi que habuit Achilles Il. 4. in ludis funebre-
bus: αὐτὰρ δ' ὀπυγμαχίης ἀλεγεινῆς θῆκεν ἀέθλον ἡμίονον τυλαεργὸν ἀγὼν κατέδρα' ἐν ἀγῶνι ἐξέτε, ἀθμῆται, ἢ
ἀθλοθέται ἀμύμονος τὸ δ' ἀεὶ νικηθέντι τίθει δέπας ἀμύμονος πελλοῦ' item: τὸ δὲ νικηθέντι μίτραν ἀείπον' ἐπιτελοῦσιν
πύλον, ἀνδρῶν δὲ νικηθέντων γυμνασί' ἐς μέσον ἐθνεῖν. ORA DARES] Est de Darete Epig. lib. 5. eleg. 5. ver-
sus: ἀμύμονος ἢ δάρητος ἐξ ὄνυτο χεῖρας ἡμάντι, πυγμαχίης κίρυκα φέρων χέρον, ἡρόνης δὲ ἐπέτεε θέρμεν ἀμυμῶν πολυερέ-
σησιον ἰπποδάμοι' & de Entello: ἐντελλῶν ἢ δάρητος ἐναντίον ὄμμα πταίνων, γυμνασίοις μύμικας ἀμάνετο χερσὶν
ἐλίσσον, πυγμαχίης δ' ὄδινος φόνος διψῶσιν ἀπειλῶν. Sic autem apud Calab. lib. 4. Idomeneus in cestus cer-
tamine tam formidabilis fuit, vt vix Græcorum quisquam cum eo congredi audefet, vt ne Eurya-
lus quidem cum Aiace. AD TVMVLVM] Nimirum vt in Anchise inferis ex hoc Poëta patet, &
Achillis ex Homero, funebres & agonales ludi Heroibus decernebantur, ex Platone quoque leg. 8.
cuius

cuius hæc sunt: ὅ τινι μακροῖον γυμνασίον ἐντετε κίρυκα χεῖρας, πείεζ δὲ ἄνδρῶν ἀλοῦ ἀειρεντῶσσι, πάλιν κό-
λου ἐνδὲ, ὅπως ἀν ἀμύμονος τὸ δ' ἀεὶ νικηθέντι τίθει δέπας ἀμύμονος πελλοῦ' τοῖς περὶ μένοισι, κατ'
ἐπινοήσαντο δὲ ἀγῶνι μουσικῆς ἀμύμονος ἢ γυμνασίου ἰσχυρῶν τε θύσσοισι. BEBRYCIA VEN. AMYCI DE GEN-
TE] De Amyco rege Bebryciorum vide Theocr. in Dioscor. De eo Orph. Arg. ἐνδ' ἀμυκῶν βαβρυ-
κίων ἀφροίλοισι ἀνασσοῖν, ὅς τε παρνομοφάει ζυλὸς θέμεν οὐκ ἀλεζέζων.

375 Tales prima Dares caput altum in prælia tollit:
Ostenditque humeros latos, alternaque iactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.
Quæritur huic alius: nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum, manibusque inducere cestus.
380 Ergò alacris, cunctosque putans excedere pugna,
Aeneæ stetit ante pedes, nec plura moratus:
Tum læua taurum cornu tenet, atque ita fatur:
Nate Dea, si nemo audet se credere pugnae:
Quæ finis standi? quò me decet vsque teneri?
385 Ducere dona iube. cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ: reddique viro promissa iuebant.

OSTENDIT QVE HVMEROS LATOS] Græci ἀμωυδῆν, ob latitudinem humerorum &
bonam corporis habitudinem superbire dicunt. ALTERNA QVE IACT. BRACH. PRO. ET
VER. ICT. AVRAS] Apoll. de Polluce, πύλα δὲ χεῖρας — περὶ ζων εἰ δ' ἄς ἄρην εὐπρόχελαι φορέον' &
Hom. Il. ν. κίρυκα δὲ τὸ ψε βαδῆσαν. & Græci sapere ἀέρεθ δάρευν, ὅ ἐστι τὸ πῆμα vnde δ' ἡνείκε, παροιμία (vt vult Eu-
stathius) ἐπὶ ἄλλ' ἀπερῆτος ἐγγυρηουμένων, ἀπὸ ἄλλ' πυγμαχῶντων ἐλλημῆται. NATE DEA] Talis est & Epei
ostentatio apud Hom. Il. 4.

Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes,
Proximus vt viridante toro confederat herbæ:
Entelle, Heroum quondam fortissime frustra,
390 Tantane tam patiens nullo certamine tolli
Dona fines? vbi nunc nobis Deus ille magister
Nequicquam memoratus Eryx? vbi fama per omnem
Trinacriam, & spolia illa tuis pendentia tectis?
Ille sub hæc. non laudis amor, nec gloria cessit
395 Pulsa metu. sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet: frigentque effœtæ in corpore vires.
Si mihi quæ quondam fuerat, quæque improbus iste
Exultat fidens, si nunc foret illa iuuenta:
Haud equidem pretio inductus, pulcroque iuuenco
400 Venissem: nec dona moror, sic deinde locutus,
In medium geminos immani pondere cestus
Proiecit: quibus acer Eryx in prælia fuctus
Ferre manum, duroque intendere brachia tergo.

SPOILIA ILLA TVIS PENDENTIA TECTIS] Turnebus more Romano vult dixisse Poë-
tam, nam vt scribit Plin. Nat. hist. lib. 35. Romani ædium suarum limina adfixis hostium spoliis ex-
ornabant, quæ mutato domino, nec emptori refigere licebat. vnde hac imitatione & repræsentatio-
ne, de Caco Maro, foribusque affixa superbis ora virum, &c. NON LAVDIS AMOR, NEC
GLORIA] Hunc honoris laudumque stimulum, quem φιλοπῆλιαν Græci, de Cyro Xenophon ex-
pressit his verbis: φιλοπῆλιαν τὸ ὅσπερ πάντα πόνον ἀνατλήσαι, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομῆναι τοῦ ἐπαρνεῖσθαι
ἐνεκα. π. α. 1. SED ENIM GEL. TARD. SENECTA] Eurip. in Hercul. sub persona Amphitryo-
nis, γήρα ἢ ἴσμερὰ γήρα, καὶ μακρὸν εἶναι. IN MEDIVM GEMINOS, &c.] Apoll. β. τίσι δὲ μεσογῶν
θρασύτων ἀμύμονος λυκαρῆος θῆκε πᾶροιθε ποδῶν δουρὸς ἐκἀπερδεν ἡμάντας ὄμοις, ἀλλ' αἰεὶς, ἀλλ' οἳ γ' ἐπὶ ἔσπον ἔσπον ἔσπον.
Cestum autem vult dici Turnebus tanquam κερδὸν ἡμάντα, futile lorum, vnde & cingulum Veneris:
Obstipue.





455 Tum pudor incendit vires, & confcia virtus:  
Præcipitémque Daren ardens agit æquore toto,  
Nunc dexetra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.  
Nec mora, nec requies. quàm multa grandine nimbi  
Culminibus crepitant: sic densis ictibus heros

460 Creber vtraque manu pulsat, verfátque Dareta.

AB HYMO MISERANS ATTOLLIT AMICVM] Suprà, vt me quoque possim Tollere humo. Didici autem iam olim à præceptoribus, lege pugilatus prostratum vel collapsum alleuare & erigere licuiffè, alioqui casu Entelli, Daretis victoriam fuisse. Id & mihi probabile est, & eius rei argumenta interlucere mihi videntur ex pugna Pollucis & Amyci apud Theocr. ite Aiacis & Hectoris II. n. βλάψη δέ οί φίλα γυνάμει· δ δ' ὕπτιος ἐξέταυρώθη, ἀσπίδι ἐγχευμένη· τὸν δ' ἀψ' ὤρωσαν ὑπέλλων. Diffessum autem fuit incerta dubiaque victoria. Theocriti quoque in Dioscur. hoc est: ἐνθα μάλ' ἰσχυρῆσθα πάλιν ῥιφείτ' ὀρθωθέντ'· & Hom. II. 4. in idem argumentum, ἀντάρ ἐπειδὴ χερσὶ λαβῶν ὠρώσασι· quæ respondent his etiam Maronis sequentibus versibus, *Acrior ad pugnam redit, &c.* Et Calab. 6. μὴ ἐγγερον σὺ τὸ χροιάς. *NEC MOR A, NEC REQUIES*] Ex Lucret. lib. 4. Nec mora, nec requies inter datur villa fluendi.

Tum pater Æneas procedere longius iras,  
Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis,  
Sed finem imposuit pugnæ, fessumque Dareta  
Eripuit, mulcens dictis, ac talia fatur.

465 Infelix, quæ tanta animum dementia cepit?  
Non vires alias, conuersaque numina sentis?  
Cede Deo. dixitque, & prælia voce diremit.  
Ast illum fidi æquales, genua ægra trahentem,  
Iactantemque vtrôque caput, crassumque cruorem

470 Ore reiectantem, mistosque in sanguine dentes,  
Ducunt ad naues: galeamque, ensémque vocati  
Accipiunt: palmam Entello, taurumque relinquunt.

PROCEDERE LONGIUS IRAS] *περὶ αἵματος σφαιτέρου τὰς ἀργίας.* Sunt autem qui *producere* legãt: ego tamen à recepta lectione non possum recedere, tum quod mihi vetustior & magis poetica videtur, tum quod & Græci *περὶ αἵματος ἀργίας* dicunt, & *αἵματος ἀργίας & μάχης.* vt Lucian. *παράγωμα τῆς ἀργίας μάχης* *ἀσχυρήσασθαι* & Aristoph. in Ran. *οὐ γὰρ ἀργίαν ὁδὸς σφίλις μέγας χωρεῖ* *ἀργίαν ἥδη.* *VOCE DIREMIT*] Hom. II. 4. εἰ μὴ σφοδαίναντε δίκηνων μεμαώτες. *AST ILLVM FIDI ÆQUALIS*] Hom. II. 4. φίλοι δ' ἀμφέσαν ἑταίροι, οἳ μὴ ἀργὸν δὲ ἀργίων· ἐφελκόμενοισι πύδρεσσιν, αἴμα πικρὸν πύοντα, κάρη βάλοντ' ἑτέρωστε, καὶ δὲ ἀλλοφρονέοντα μῆ, σριτὶν εἰσσηύοντες. *IACTANTEM VTRÔQUE CAPVT*] Hom. II. 5. μίμναι δ' ὡς ἑτέρωστε κάρη βάλλον· vbi Eustath. *ἀν τὶ τῆς ἐκλιπὲς τὴν κεφαλῆν.* *CRASSVM CRUOREM ORE REIECTANTEM*, Theocr. in Diosc. *ἔση δὲ πληγὰς μεθύων, ἐν δ' ἐπιρὴσεν αἴμα φοίνον·* & II. 4. *κλυαίνου φῶς αἴμα ἀπέμωσεν.* Vocant autem Græci *ἀναποσκαυόντι*, qui morbo à partibus infra fauces cruenta & viscosa reiectant.

Hic victor superans animis, tauroque superbus,  
Nate Dea, vosque hæc, inquit, cognoscite Teucrit:

475 Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore vires:  
Et qua feruetis reuocatum à morte Dareta.  
Dixit, & aduersi contra stetit ora iuueni,  
Qui donum adstabat pugnæ: durosque reducta  
Librauit dextra media inter cornua cæstus

480 Arduus, effraetoque illisit in ossa cerebro.  
Sternitur, exanimisque tremens procumbit humi bos.  
Ille super tales effudit pectore voces.  
Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis  
Perfoluo: hinc victor cæstus, artemque repono.

REDUCTA LIBRAUIT DEXTRA MÈD. INT. CORN. CÆSTVS] Theocr. ibid. *μέσσης φινός*

ῥιπείσθασθαι τὰς ἀργίας· ἡλίσσετο πυγμῶν, πᾶν δ' ἀπέσσυρε μέτωπον. ἐς ὅσον ἀντάρ ὁ πλάγεις, ὕπτιον ἐν φύλλοισι τε· ἔταυρώθη. Item Apoll. I. ἡτοί δ' ἔλ' ἔροπαλ' ἡρόστον κάρη ἀμφὶ μέτωπον παύξεν, ὁ δ' ἀερόθ' αἰὲτι πσοῶν ἐπερέετο γαίῃ. *PROCVMBIT HYMI BOS*] Propert. 4. Euandri profugæ procubuere boues. *HANC TIBI ERYX MELIOREM ANIMAM*] Naso quoque lib. Fast. 6. vbi de Iustratione de bimestri porca: Cor pro corde precor, pro fibris sumere fibras; Hanc animâ vobis pro meliore dâmus. Sic & Græci hostiarum animam nominabant, vt Plutarchus, cùm agit de hostiâ probatione: τὴν δὲ ψυχὴν ἀμειλίχουσι, τοῖς μὲν ταύροις ἀφρατὰ, τοῖς δὲ κἀστροῖς ἐρεβλήσιντο· τὴν δ' αἴμα διελέγχεσθαι· ὕπτιον· Sic autem & lib. 12. meliorem victimam dixit: Hoc habet, & melior magnis data víctima Diuis: quod fortasse & prouerbiûm Græcum pertinere poterit, ἀδελτέρων ἀμεινώνων· quod succidancas κατ' ἀστυκμῶν hostias respicit, cùm prior fortasse non litasset. Eurip. quoque in Androm. ἀναδὲς ψυχῆς dixit: ψυχῆς δὲ πολλῆς καὶ γὰρ δὲ ἀπώλεσσας. *HIC VICTOR CEST. AIT. REPONO*] Recurre ad locum Bicol. Pendebit fistula pinu. Constar enim Allusum ad emeritos milites, artificesque, vt ibidem docuimus. Iuuenalis quoque eadem forma verbum idem expressit, nunquamne reponam?

485 Protinus Æneas celeri certare sagitta  
Inuitat, qui fortè velint, & præmia ponit:  
Ingentiq̄ue manu malum de naue Serefti  
Erigit, & volucrem traiecto in fune columbam  
Quò tendant ferrum, malo suspendit ab alto.

PROTINVS ÆNEAS CEL. CERT. SAGITTÀ] Hic totus locus constat ex Hom. II. 4. cuius plusculos versus non crit penitendi laboris huc reuocare, vt veluti in rem præsentem bonos adulescentes manu deducam. Sunt autem hi: *ισθὸν δ' ἔστησεν ἠδὲ κλυαίνουσαν πηλοδ' ἔπι λαιμάδον· ἐν δ' ἠθροῖα πέλειαν ναπη μινδρὸν ἦσαν ποδός τῆς ἀρ, ἀνάγει τὴν δόξην. ὅς μὲν κε βάλῃ τσημίνα πέλειαν, πάντας ἀερεῖσθαι· πελέεσθαι κλισίω δὲ φερέσθαι δὲ κε μινδρὸν τυχῆ, ὄρνιθ' ἄμλῆτων, (ἦσαν γ' δὴ κινῶν) ὅδ' αἰστέ·) ἡμιπέλασσα -- κλήροις δ' ἐν κωπῆ χαλκίρρῃ πάντων ἐλύοντες. τεδορῶν δ' ἠσπῶν κλήρρ λαχεν -- ὄρνιθ' μὲν αἰμῶντε, μέγῃ γὰρ οἱ τὸν ἀπόλων, ἀντάρ ὁ μινδρὸν βάλει τὰρ πόδα τῆ δ' ἐδῆτ' ὄρνις· ἀντικρὺ δ' ὠπο μινδρὸν τάμε παρὸς αἰσός. ἢ μὴ ἔπειτ' ἠιζέσθαι ἔσπῃ, ἢ δὲ παρῆσθαι μινδρὸν ποτὶ γαῖαν -- σπασχόμενον δ' ἄεξ μινδρὸν ἐξέβρυστο χεῖρας τῶν ἀτάρ δὴ ἡσθὸν ἔχεν πάλαι ὡς ἰδωσεν. ἀντῆς δ' ἠπέλυσεν ἐκηβήλαρ ἀπόλωνι ἀρῶν σπασχόμενον ῥέειεν κλειπὸν ἔπειτ' ἐπὶ δ' ἔσπῃ νεφέων ἰδῆτο ἦθροῖα πέλειαν, τὴν β' ὅγε διηδουσαν ὠπο πῆρυγος βάλει μέσθῳ. ἀντικρὺ δὲ δ' ἠσθὸν ἐβλάτ· τὸ μὲν ἀψ' ἔπι γαῖᾳ σπασχόμενον πάλαι ποδός. ἀντάρ ἡ ὄρνις ἔσπ' ἠσπ' ἠσπῆσθαι ἠδὲ κλυαίνουσαν ἠδὲ ἀναποσκαυόντι, σὺν δὲ πῆρρὰ πινὼν λαιάσθαι. ὠπὺς δ' ἐν μελέων διμῶς πῆρρ, τῆλε δ' ἐπ' ἀψὲ κἀπ-πῆρρ.*

490 Conuenere viri: deiectamque ærea fortem  
Accepit galea: & primus clamore secundo  
Hyrtacida: ante omnes exit locus Hippocoontis:  
Quem modò nauali Mnestheus certamine victor  
Consequitur, viridi Mnestheus cuinctus oliua.

495 Tertius Eurytion, tuus ô clarissime frater  
Pandare, qui quondam iussus confundere foedus;  
In medios telum torfisti primus Achiuos:  
Extremus, galcaque ima subsedit Acestes,  
Aufus & ipse manu iuuenum tentare laborem.

D 500 Tum validis flexos incuruant viribus arcus  
Pro se quisque viri, & depromunt tela pharetis.

DEIECTAMQUE ÆREA SORTEM ACC. GALEA] Sic & Cesar Bel. civ. lib. 1. Prouincię priuatis decernuntur, dux consularis, reliqua prætoris. Scipioni obuenit Syria, L. Domitio Gallia, Philippus & Marcellus priuato consilio prætereuntur, neque eorum sortes deiiciuntur. Hoc autem ab Homero, qui sortes galea Græcos versauisse est auctor, cùm sortitò quaerent quem Hectori singulari certamine opponerent. II. 4. ἔσθῃ κωπῆ ἀγαμέμνονος ἀπρῆσθαι -- πάλαι δὲ γερῶσιος ἐπῆρρῃ νεσθρ, ἐν δ' ἔσθῃ κλήρρ κωπῆ· idem II. 4. κλήροις ἐν κωπῆ χαλκίρρῃ πάντων ἐλύοντες & Od. κ. κλήροις δ' ἐν κωπῆ χαλκίρρῃ πάντων ἐλύοντες ὅλε, ἐν δ' ἔσθῃ κλήρρ μεγαλήτορ· ἀρυλόχοιο & II. 4. ἐπὸς ἐς δ' ἔσθῃ, ἐν δ' κλήροις ἐβάλοστο, πάλαι ἀχλὺς, ἐν δὲ κλήρρ· ὄρνις νεσπῆσθαι. Nimirum sortem deiicere, responder Græco scæpius repetito, κλήροις ἐμβάλλεσθαι & βάλεισθαι. *SORTEM ACCIPIT GALEA: EXIT LOCVS HIPPOCOONTIS*] κλήρρ· ὄρνις scæpe apud Hom. & II. 4. πᾶσι δ' ἐπὸς ἐκ κλήρρ· ὄρουσε & Æsch. in ἠπεί, πῆρρ πάλαι· ἐξ ἠπεί πᾶσιν ἀντιπῆρρ ἀντιπῆρρ κλάροις. Valerius lib. 6. cap. 3. de Seueritate, Coniectis in sortem omnibus tribibus, Polliæ, quæ proxima exierat, primum nomen vrna extractum citari iussit. *PANDARE, QVI QVOND. IVSS. CONF. FOEDVS*] Vide Hom. II. 4. de Pandaro à d Minerva

Minerua instigato ad vulnerandum Menelaum. Pari autem forma, qua Maro, Plutarch. in Alcib. A  
Ἐβούλας σύγγυτον ὄρνειον.

Primaque per caelum neruo stridente sagitta  
Hyrracidæ iuuenis volucres diuerberat auras:  
Et venit, aduersisque infigitur arbore mali.  
305 Intremuit malus, timuitque exterrita pennis  
Ales: & ingenti sonuerunt omnia plausu.  
Post acer Mnestheus adducto constitit arcu  
Alta petens, pariterque oculos, telumque terendit.  
Ast ipsam miserandus auem contingere ferro  
310 Non valuit: nodos, & vincula linea rupit,  
Queis innexa pedem malo pendeat ab alto.  
Illa Notos, atque atra volans in nubila fugit.  
Tum rapidus iam dudum arcu contenta parato  
Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocauit,  
315 Iam vacuo lætam cælo specularus, & alis  
Plaudentem nigra figit sub nube columbam.  
Decidit ex animis, vitamque reliquit in astris  
Aëriis, fixamque refert delapsa sagittam.

VITAMQUE RELIQUIT IN ASTRIS] Eurip. in Phœniss. βίωτον γὰρ λιπώτερος ἀθάνατος & paulò post, ἐλπίζω τὸ βίον.

Amissa solus palma superabat Acestes:  
320 Qui tamen ætherias telum contorsit in auras,  
Ostentans artem pariter, arcumque sonantem.  
Hic oculis subito obiicitur, magnoque futurum  
Augurio monstrum: docuit post exitus ingens:  
Seraque terrifici cecinerunt omina vates.  
325 Namque volans liquidis in nubibus arsit arundo:  
Signauitque viam flammis, tenuesque recessit  
Consumpta in ventos, cælo ceu sæpe refixa  
Transcurrunt, crinemque volantia sidera ducunt.

MAGNOQUE FVT. AVGVRIO MONSTRVM] δεισιμολογον σημειων Plutarch. δεισιμίας μεγάλας in Romul. αργάλοι μὲν δὲ δὲ ἐξ ἰόντι δεισιμίας παρηκολούθησαν. SERAQUE TERRIFICI CECIN. OMINA VATES] Lucret. i. vatum Terriloquis victus dictis desciscere quæres. Turnebus autem fera dira interpretatur, non tarda, quod mox incensa classe, diri illius portenti fides representata fuerit: adiuuat eam interpretationem versus etiam ille Virgilianus, seraque culminibus ferali carmine bubo. CÆLO CEV SÆPE REFIXA] Vide quæ supra lib. 2. annotata sunt ad illum locum, D De cælo lapsa per umbras Stella facem ducens. Horat. quoque, Refixa cælo deuocare sidera, Epod. dixit. Vt hic Transcurrunt, Aristot. Meteor. lib. 1. ἀσέρας διαδρόντας & ἀσρον διαδρομάς vocat, quas negat in supero loco accidere, sed in infero: atque eo argumento probat cælum nec calidum, nec ignitum, his verbis: σημειον δὲ ἰσχυρὸν, ὅτι ὁ ἀέρας τὸ πᾶν ἐκ τῆς θερμότητος, ἐπὶ καταπεπρωμένῳ, καὶ αἱ διαδρομαὶ ἐπὶ ἀσρον. αἱ μὲν γὰρ ἐξ ἰόντων καὶ τὰ δὲ καὶ τὰ μέγιστον κινούμενα καὶ ἀσρον, ἐπιπυρόντων ἀσρον.

Attonitis hæserè animis, superosque precati  
330 Trinactij, Teucrique viri: nec maximus omen  
Abnuat Aeneas, sed lætum amplexus Acestem  
Muneribus cumulat magnis, ac talia farur.  
Sume pater (nam te voluit rex magnus Olympi  
Talibus auspiciis exortem ducere honorem)  
335 Ipsius Anchisæ longæui munus habebis,

Cratera

Cratera impressum signis: quem Thracius olim  
Anchisæ genitori in magno munere Cyllæus  
Ferre sui dederat monumentum, & pignus amoris.

SYME PATER] Imitatione Achillis Homericæ Il. 4. qui in funebribus ludis Nestorem, quamvis in certamine per ætatem descendere non potuisset, honorario tamen munere est profecutus. EXORTEM DVCERE HONOREM] Infra de equo: Exortem Aeneas ducunt; quod ea forma vtroque dictum videtur, qua Græci ἀκλιρον, & ἐξάρτητον dicunt, hoc est, forti excerptum, vt infra lib. 9. Excipiam forti iam nunc tua munera Nise. Eurip. in Troad. ἴσσαι δ' ἀκλιροι προαδων, καὶ ἐξάρταις παῖς δ' εἰς τοὺς ἀσρότοις ἐξηρημέναις ερετοδ. Hic autem honorem pro honorario posuit more iuriconsultorum, quibus passim familiaris est hæc vsurpatio: vt l. 1. sub Tit. de variis & extr. cog. & his quidē verbis: Est quidem res sanctissima ciuili sapientia, sed quæ pretio numario non æstimanda, nec de honestanda, dum in iudicio honor petitur, qui in ingressu sacramenti afferri debuit. Quædam enim tamen honestè accipiuntur, inhonestè tamen petuntur: vbi cum mentio fit sacramenti, interpretes hallucinatos constat, & potius iuriconsultum ad sacramentum alludere illud, quo adigebantur nouitij, qui in verba magistri iurabant, vt ex Horatio liquet, Nullius addictus &c. Honor autem pro pretio Romanis accipiebatur imitatione Græcorum, quibus πῶν in eodem est vsu. FERRE SVI DEDERAT] Hom. Od. 11. χρυδὸν πικνυλὸν ἄμ' ὀπισθε κομίζεν & 11. αὐτὰρ ὁ μελένη δ' ἄκην ἢ παρὰ δὲ φερύσαι.

Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro:  
340 Et primum ante omnes victorem appellat Acesten.  
Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori;  
Quamuis solus auem cælo deiecit ab alto.  
Proximus ingreditur donis, qui vincula rupit:  
Extremus, volucris, qui fixit arundine malum.  
345 At pater Aeneas, nondum certamine misso,  
Custodem ad sese, comitemque impubis Iuli  
Æpyriden vocat, & fidam sic fatur ad aurem.

PRÆLATO INVIDIT HONORI] Obseruanda hæc phrasis, qua rebus dat quod personatum est: vt Eurytion accipiamus non inuidisse, prælatum sibi in honore & munere decernendo Acesten. Cum autē ex Aristotele constet neminem inter φθόνον & ἐπιχαριστικίαν sitam, nihil esse aliud quam iustam indignationem, qua prosequimur παρ' ἀξίαν & præter meritum prosperè agentes: videtur hic inuidere poeta & φθόνον ἀντι τοῦ νεώτερον vsurpasse: prerogatiua enim & priuilegio ætatis Acestes, Eurytion merita lege Agonali palmam interuerterat. CVSTODFM AD SESE] Sic Seruius, secundum Tullium, qui dicit ad militiam euntibus dari solitos esse custodes, quibus primo anno regatur: sed tu excute num illud Ciceronis axioma Poëta respexerit, cum impuberem Iulum dicat, necdum militaris ætatis, cum & Ganymedi nec militanti, nec militiæ sacramentis initiato, superius Poëta custodes dederit: Longæui palmas nequicquam ad sidera tollunt Custodes. Epyridem autem patronymicum esse, & pere longum scribi debere bene admonet Turnebus, ex illo Hom. κίρην ἠπυριδῆ δέμας ἀπέθαντι κοινός &c, κίρην ἠπυριδῆ δὲ οἱ ἀστροὶ παρρη γέροντι. Vt autem fidam ad aurem, Eurip. in Ione, θεὸς ἔλθε, ἐς ἃς γὰρ τοῦς λόγους εἰπεῖν θέλω &c Soph. in Elect. δὲ ὁπότες ἐνρήπτον.

Vade agè, & Afcanio, si iam puerile paratum  
Agmen habet secum, cursusque instruxit equorum,  
350 Ducat auo turmas, & sese ostendat in armis:  
Dic, ait. ipse omnem longo decedere circo  
Infusum populum, & campos iubet esse patentes;  
Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum  
Frenatis lucent in equis: quos omnis euntes  
355 Trinactiæ mirata fremit, Troiæque iuuentus.  
Omnibus in morem tonsa coma pressa corona:  
Cornea bina ferunt præfixa hastilia ferro:  
Pars leues humero pharetras. it pectore summo  
Flexilis obtorti per collum circulus auri.

d 2

360 Tres





610 Illa viam celerans per mille coloribus arcum,  
 Nulli visa cito decurrit tramite virgo:  
 Conspicit ingentem concursum, & littora lustrat:  
 Desertosque videt portus classemque relictam.

NEC DVM ANTIQ. SATVR. DOLOREM] Hesiod. in Theog. de Iunone, ἀπλητον κοτέουσα  
 θηή ηγεαυλήη. ILLA VIAM CEL. PER MIL. COL. ARCV M] Aristot. lib. Meteor. 3. duplicem  
 vt plurimum apparere Irim contendit, & βίχρων vel χρίχρωτα, his verbis: ἐστὶ δὲ τὰ χροματὰ περὶ τὰ ἀσ-  
 μόνια σελὸν ἢ δῶμα, πλείονοι γὰρ αὐτοὶ κεραυνόουσι, τὸ δὲ φοινικῶν, καὶ ἀλάστων, καὶ ἀλουργῶν ἢ γίγνε-  
 κεραυνόουσι, & post pauld, ἐπεὶ δὲ τὸ πλεονὸν ἐπὶ φαίνε, ἀλλ' ἐν τοῖς βίχρων, ὡς αὐτὸν καὶ ἄλλων τὰ πλείονα, καὶ τούτων  
 ἐξ ἑτέροι, καὶ ἄλλων ἀνάσσει, ἢ μεταβολή.

615 At procul in sola secretæ Troades acta  
 Amissum Anchifen flebant, cunctaque profundum  
 Pontum adspectabant, flentes heu tot vada fessis,  
 Et tantum superesse maris. vox omnibus vna:  
 Urbem orant, tædet pelagi perferre laborem.  
 Ergo inter medias sese haud ignara nocendi  
 Coniicit, & faciemque Deæ, vestemque reponit.  
 620 Fit Beroë Ismarij coniux longæua Dorycli:  
 Cui genus, & quondam nomen, natiq̄ue fuissent:  
 Aë sic Dardanidum mediam se matribus infert.  
 O miseræ, quas non manus, inquit, Achaica bello  
 Traxerit ad letum patriæ sub mœnibus! ô gens  
 625 Infelix, cui te exitio fortuna referuat?  
 Septima post Troiæ excidium iam veritur ætas:  
 Cùm freta, cùm terras omnes, tot inhospita faxa,  
 Sideraque emensæ ferimur, dum per mare magnum  
 Italiam sequimur fugientem, & volumur vndis.  
 630 Hic Erycis fines fraterni, atque hospes Acestes.

IN SOLA SECR. TROAD. ACTA] ἀπὸ τῆς πόλεως, ἢ ἀγρωῶν, ἀφραγένης fluctibus: vt fu-  
 pra, fractos ad littora fluctus. Vt autem sola, sic & supra Georg. 4. Te solo in littore secum, Te ve-  
 niente die, te decedente canebat. DVM PER MARE MAGNUM] Seruius magnam, procello-  
 sum ex Lucret. Suae mari magno turbantibus æquora ventis: Turnebus tamen mauult respon-  
 dere illi Homericò ἀλα δῖαν, mare internum.

Quid prohibet muros iacere, & dare ciuibus urbem?  
 O patria, & rapti nequicquam ex hoste Penates,  
 Nullane iam Troiæ dicentur mœnia? nusquam  
 Hectoreos amnes, Xanthum, & Simoënta videbo?  
 635 Quin agite, & mecum infaustas exurite puppes.  
 Nam mihi Cassandra per somnum yatis imagò  
 Ardentes dare visa faces, hinc quærite Troiâm:  
 Hinc domus est, inquit, vobis: nunc tempus agit res.  
 Nec tantis mora prodigiis: en quatuor aræ  
 640 Neptuno: Deus ipse faces, animumque ministrat.  
 Hæc memorans prima infensum vi corripit ignem:  
 Sublataque procul dextra connixa corufcat,  
 Et iacit. arrectæ mentes, stupefactaque corda  
 Iliadum. hinc vna è multis, quæ maxima natu,  
 645 Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrit:

Non

Non Beroë vobis, non hæc Rhœteia matres  
 Est Dorycli coniux. diuini signa decoris,  
 Ardentesque notate oculos: qui spiritus illi,  
 Qui vultus, vocisque sonus, vel gressus eunti?  
 650 Ipsa egomet dudum Beröen digressa reliqui  
 Ægram, indignantem, tali quod sola careret  
 Munere, nec meritos Anchisæ inferret honores.

TOT PRIAMI NATORVM] Hom. Il. ω. sub persona Priami, ἀντὶς ἐγὼ πανάποτμος, ἐπεὶ τέκος  
 ἦν ἀρῆστος βίη ἐν ἀρείῃ, καὶ δ' ἠπια φημι καλεῖσθαι, πεντηκοντά μοι ἦσαν ὄτ' ἠλυθον ἦες ἀχαιῶν Et Eurip. in  
 Hecub. ἡμῶς δὲ πεντήκοντ' αἰμοῖροι δὴ τέκνον. DIVINI SIGNA DECORIS] Hom. Il. γ. ὡς φέτο, τῆ  
 δὲ ἀρῆστος ἐπὶ σὺνθεσσι ὄσενε, καὶ ὅς οὐκ ἐλόησε θεῶς ἀεὶ καλλέα δειρῶν, σῆθεα δ' ἡμερῶντα, καὶ ὄμματι μῆρμα-  
 ροῦτα, δάμνοσέν τ' ἀρ' ἔπειτα: idem Il. ν. φέτ' ἐγγον ἀπὸντμος, ἀρῆστος δὲ θεῶν.

Hæc effata.  
 B At matres primò ancipites, oculisque malignis  
 655 Ambigua, spectare rates, miserum inter amorem  
 Præsentis terræ, fatisque vocantia regna:  
 Cùm Dea se paribus per cælum sustulit alis:  
 Ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.  
 Tum verò attonitæ monstis, actaque furore  
 660 Conclamant, rapiuntque focus penetralibus ignem.  
 Pars spoliant aras, frondem, ac virgulta, facisque  
 Coniiciunt. furit immisissis Vulcanus habenis  
 Transtra per, & remos, & pictas abiete puppes.

AT MATRES PRIMO ANCIPI.] Credo ad hunc locum referri debere illam Troianatum  
 nauium à Troadibus exultionem memoratam sub historia religione à Plutarcho ἐν ῥομίτα: διατλ  
 πὺς συρροῖς τῶν στόματι φιλοδοξῶν αἰ γυναικῶν σφόδρον, ὡς οἱ πλείστοι νομίζουσιν, ἀπερριμένον καὶ πίνον οἶνον ταῖς  
 γυναιξίν, ὅπως οὐκ αἰ ποῦσαι μὴ λανθάνουσιν, ἀλλὰ ἐλέγχων, ἀπειτυχάνουσιν τοῖς οἰκείοις, ἐνομίδη καταφιλῶν  
 ἢ δὲ καὶ ἀεσοτέλης ὁ φιλόσοφος αὐτῶν ἰσθρῆαι τὸ γὰρ πολυδύλλητον εἶναι, καὶ πολλὰ θηρίδια λεγόμενον ὡς εἰσιν,  
 ἐπιμάθη ταῖς τραῖας καὶ σέλι τῶν ἰταλῶν. Ἔ γὰρ ἀνδρῶν, ὡς ἀποστέλλουσιν, διαβάντων, ἐνέσπρην τὰ ποῖα, πάντως  
 ἀπὸ τῶν αἰώνων τῆς πλάτης δέχμενοι καὶ τῆς δάλακῆς φοβηθεῖσαι ἢ τοῖς ἀνδρῶν διατάζοντο ἢ συρροῶν καὶ οἰκείων μετὰ  
 τῶν κατεφιλῶν καὶ ἀεὶ ἐπιπέθετο τοῖς ἀποστυγάνοντας. παυσίμενον δὲ τῆς ἀργῆς, καὶ διαλλεγῶντων, ἐξ ἑσὸν τοῦ καὶ τοιοῦτον  
 τῶν τῆ φιλοσοφῶν πορὸς αὐτοῦς, ἢ μάλλον ἐδίδου τὸ ὄντο, &c. Sed vide num superius ἀεσοφάνης pro Aristo-  
 tele legendū sit, cūm alibi Plutarchus Aristophanis philosophi meminert. PARIBVS SE SYS-  
 TVLIT ALIS] ἰσθρῆρον Græcorum ambitu extulit. FVRIT IMMISISS] Lucret. 5. Crescendū  
 magnum immisissis certamen habenis. PICTAS ABIETE PVPPE] Seruius, in abiete pictas;  
 hoc est, quæ erant de abiete. Vel secundum Seru. accipe, vel ἡμιπαρῆος intellige, vel alio quouis  
 colore inductas, & oblitas: infra, pictasque innare carinas.

Nuntius Anchisæ ad tumultum, cuneosque theatri  
 D 665 Incensas perfert naues Eumelus: & ipsi  
 Respiciunt atram in nimbo volitare fauillam.  
 Primus & Ascanius, cursus vt lætus equestres  
 Ducebat, sic acer equo turbata petiuit  
 Castra: nec exanimis possunt retinere magistri.  
 670 Quis furor iste nouus? quod nunc, quod tenditis, inquit;  
 Heu miseræ ciues: non hostem, inimicaque castra  
 Argiuum, vestras spes vritis. en ego vester  
 Ascanius. galeam ante pedes proiecit inanem,  
 Qua ludo indutus belli simulacra ciebat.  
 675 Accelerat simul Æneas, simul agmina Teucrum.  
 Ast illæ diuersa metu per littora passim

d 4

Diffu-

Diffugiunt, sylvasque, & sicubi concaua furtim  
Saxa petunt: piget incepti, lucis que, suos que  
Mutata agnoscunt: excussa que pectore Iuno est.

VESTRAS SPES VRITIS] Tib. quid messes vris acerba tuas? EXANIMES POSS. RET. MAGISTRI] Custodes alibi vocat.

680 Sed non idcirco flammæ, atque incendia vires  
Indomitas posuere. vdo sub robore viuut  
Stupa vomens tardum fumum: lentus que carinas  
Est vapor, & toto descendit corpore peltis.

Nec vires Heroum, infusa que flumina profunt.  
685 Tum pius Æneas humeris abscondere vestem,  
Auxilio que vocare Deos, & tendere palmas.  
Iupiter omnipotens, si nondum exosus ad vnum  
Troianos, si quid pietas antiqua labores

Respicit humanos, da flammam euadere classi  
690 Nunc pater, & tenues Teucrum res eripe leto:  
Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti,  
Si mereor, demitte: tua que hic obrue dextra.  
Vix hæc ediderat, cum effusis imbribus atra  
Tempestas sine more furit: tonitru que tremiscunt

Ardua terrarum, & campi: ruit æthere toto  
695 Turbidus imber aqua, densis que nigerrimus austris:  
Implentur que super puppes, semusta madescunt  
Robora: restinctus donec vapor omnis, & omnes  
Quattuor amissis seruata a peste carinæ.

CARINAS EST VAPOR] vapor pro igne & flamma: vt apud Lucretium: Item Hom. & Hesiodum crebro ἀύτη pro igne & flama. Od. τὴν ἄσπιδά δὲ σὺν αὐτῇ γλυκὺς καυόμενος. Et Hesiod. Theog. καί τε γὰρ αὐτῆς δασύτη. IVPITER OMNIPOTENS, SI NONDVM] Huic loco omnino respondere videtur ille apud Calab. lib. 9. sub persona Antenoris: ἴδ' πάτερ οὐδέ νύ σὺ τι δαίσειμένον εἶπ' ἀχαιοὺς μέμβλε; ἀλλ' ἄρα γὰρ σὺ κέλευσμένον ἔσθ' ἔδοξ' ἄρα δ' ἀνοῦ ἀντιδοῦ μετ' ἀργείων ἀρήγεις. ἀλλὰ σοὶ εἰ τὸ θεοῦ μῆτις ἐνὶ κροθῆνι μενεαίνει βῶας εἰσ' ἀργείων δὲ κρατὶς ἀπολόσασαι, ἐρξον ἄσπερ, μὴδ' ἄμμι πολὺν χρόνον ἄλγεα τείχε. DENNISQUE NIGERRIMVS AVSTRIS] Vide Aristot. Meteor. lib. 2. vbi docet νότια ἢ ὀπιοεὶα ὕδατα εἶναι πατύτερα, etiam si Vatablus falsas & falsiusculas aquas interpretatur. SEMVSTA] ἡμιφλεγῆ. RESTINCTVS VAPOR] Sic sæpe Lucet. vaporem pro igne: vt 5. Sed periisse hominum torrenti sacra vapore. SERVATÆ A PESTE CARINÆ] Pestis pro exitio & pernicie Poetæ huic familiaris.

700 At pater Æneas casu concussus acerbo,  
Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas  
Mutabat, versans Siculifne resideret aruis  
Oblitus fatorum, Italafne capesseret oras.

Tum senior Nautes, vnum Tritonia Pallas  
705 Quem docuit, multa que insignem reddidit arte:  
Hæc responsa dabat, vel quæ portenderet ira  
Magna Deum, vel quæ fatorum posceret ordo:  
Is que his Aeneam solatus vocibus infit.

Nate Dea, quò fata trahunt, retrahunt que, sequamur:  
710 Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.  
Est tibi Dardanius diuinæ stirpis Acestes.  
Hunc cape consiliis focium, & coniunge volentem:

Huic

Huic trade amissis superant qui nauibus, & quos  
Pertæsum magni incepti, rerum que tuarum est.

715 Longæuos que senes, ac fessas æquore matres,  
Et quicquid tecum inualidum, metuens que pericli est,  
Delige, & his habeant terris sine mœnia fessis.  
Vrbem appellabunt promisso nomine Acestam.  
Talibus incensus dictis senioris amici.

720 Tum verò in curas animus diducitur omnes,  
Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.

TVM SEN. NAVTES, VNVM TRITONIA PALLAS] Alludit ad custodiam Palladij, quam sibi Nautij, qui genus ad Nautem illum Troianum referebant, sacrorum que Mineræ administrationem vindicabant, à quo etiam Romæ clara Nautiorum familia. ET QVOS PERTÆSUM MAGNI INCEPTI] Eodem casu exiit Lucret. lib. 3. Exit sæpe foras magnis ex ædibus ille, esse domi quem pertæsum est, subitò que reuertit. INVALIDVM METVENSQVE PERICLI] Inualidum, ἀδύνατον, τούτῃσι πεπρωμένον· vnde & ἀδύνατοι sunt, vt docet Harpocration, ἀγνήν· τὸ κατὰ πᾶσι μὲν οἱ ἐν τῷ σῶμα πεπρωμένον, οἱ ἐλάμβανον, δευμαδέντες, ἀπὸ τῆς βουλής, δὲ οὐ θεοῦ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἢ ὅσων, ὡς φησὶν ἀεεστέλης ἐν πολιτείᾳ· ὡς δὲ φιλόχρηστος φησὶ, ἐν γὰρ στραχμάς καὶ μύα. ἐστὶ δὲ ἡ λέξις πρὸς τὴν ἀδυναμίαν, ἐν ᾗ ὡς ὅσων λαμβάνονται· μέμνη. PROMISSO NOMINE ACESTAM] ἄκεστος Helych. ὀχλήματα σκελετικὰ deducit ἀπὸ τῆς σκελετικῆς πύλεως. ET NOX ATRA POLVM] νύξ μελανόχροσ· & Pind. Nem. Od. ζ. μέλαινα διαφάνω vocat.

Vifa dehinc cælo facies delapsa parentis  
Anchisæ subito tales effundere voces.  
Nate, mihi vita quondam, dum vita manebat,

725 Care magis, Nate Iliacis exercite fati,  
Imperio Iouis huc venio, qui classibus ignem  
Depulit, & cælo tandem miseratus ab alto est.  
Consiliis pare, quæ nunc pulcherrima Nautes  
Dat senior, lectos iuuenes, fortissima corda

730 Defer in Italiam. gens dura, atque aspera cultu  
Debellanda tibi Latio est. Ditis tamen ante  
Infernas accede domos, & Auerna per alta  
Congressus pete Nate meos. non me impia namque  
Tartara habent, tristes que vmbrae: sed amœna piorum

735 Concilia, Elysiūm que colo. huc casta Sibylla  
Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.  
Tum genus omne tuum, & quæ dentur mœnia discas,  
Iam que vale. torquet medios nox humida cursus:  
Et me sæuus equis Oriens affluit anhelis.

740 Dixerat: & tenues fugit, ceu fumus, in auras.

TORQUET MEDIOS NOX HVM. CVR. ET ME SÆ. EQ. OR. AFFL.] Hom. H. H. ἀλλ' ἄμμι, μὴ δὲ νύξ ἀνεῖ, ἐγγύδι δ' ἡδὲ, ἀσπερ δὲ δὴ φοβέβηκε, παρὰ χροῖαν δὲ πῆλον νύξ ἦν δὲ μοῖραν, τριτάτη δ' ἐπιμοῖρα γέλειπται. Hic autem poeta μασονύκων innuit, à quo Romanos diem inchoasse docet Plutarch. ἐν Ῥωμαίων, his verbis, & causificationibus: διὰ τί τῆς ἡμέρας ἀρχὴν ἐν μέσῃ νυκτὶ λαμβάνουσι; σβῆτερον ὅτι ἡ πολιτεία σεσηπωτικὴ ἐν ἀρχῇ συντάξιν εἶχε· τὰ δὲ πολλὰ νύκτωρ ἐν ταύτῃ σεσητωμένης ποσειδάμωνος ἦν χροῖαν, ἢ φοβέβηκε μὲν ἀρχὴν ἐπιουώτων τῶν ἀνατολῶν, ἀπὸ τῆς δὲ τῶν νύκτων; δὲ δὲ περὶ σεσητωμένων ποσειπῆν, ἀλλὰ μὴ ποσειπῆν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ὡς μύσων ποσειπῆν τὸν ἴσθρον εἰσπεῖν, ἐν χροῖαν ἔρρινακε τεταταίνουσαν· ἢ κατὰ τὴν ἡμισυβρίαν πέρασ ἐπὶ τοῖς πολλοῖς τὰ δὲ μύσων καὶ ποσειπῆν, ὡς ποσειπῆν ἀρχὴν ἔδωκε ποιεῖν τὸ μασονύκων. τμημένων δὲ τούτων μέγα, τὸ μὴ ποιεῖν Ῥωμαίων ἀρχὴν συντάξιν, μὴ δὲ ἀμολογίας μετὰ μίαν ἡμέραν.

Æneas, quò deinde ruis? quò propripis? inquit:  
Quem fugis? aut quis te nostris complexibus arceat?

Hæc

Hæc memorans cinerem, & sopitos excitat ignes: Pergameumque Larem, & canæ penetralia Vestæ 745 Farre pio, & plena supplex veneratur acerra. Extemplo socios, primumque accersit Acesten: Et Iouis imperium, & cari præcepta parentis Edocet, & quæ nunc animo sententia constat. Haud mora consiliis, nec iussa recusat Acestes. 750 Transcribunt vrbi matres, populumque volentem Deponunt, animos nil magnæ laudis egentes. Ipsi transtra nouant, flammisque ambefa reponunt Robora nauigiis. aptant remosque, rudentesque Exigui numero, sed bello viuida virtus.

CANÆ PENETRALIA VESTÆ] Hoc epitheto Maro Vestam & fidem prosequutus est, tum propter vellus album, quo brachia ad digitos penè sacrifici viriusque sexus ritè inuoluebant, tum quòd Vestæ sacræ virgines albo, à primo, purissimo, syncerissimoque colore, amictu vterentur: vnde & Propert. lib. 4. Vel cui commissos cum Vestâ reposceret ignes, Exhibuit vitos carbasus alba focos. Alij epitheton ad canitiem & annos referunt, probitatem & integritatem prisca sæculi respicientes. TRANSCRIBUNT VRBI MATRES] Videatur eadem significatione & vsu μεταγράφεως, & ἀπογράφως Græcis dici: vt Plutarch. De virt. Alex. de Antigene quodam, qui amore Telestippes captus, ab expeditione & castris Alexandri, vt impunè Telestippæ comitem se adiungeret, relicta militia in Macedoniam cogitanti, morbo ficto se caufariis annutnerauerat, ascripseratque ἀντιγράψας ἢ τοῖς ἀπογράψασαν εἰς μακεδονίαν διὰ νόσον ἢ πείρωσιν ἀναμύξας ἐαυτὸν ἢ ἀπογραφόμενον, ὡς ἐλάφῳ μὲν δὴν κελὸν ἔχον, ἀλλὰ προσποιούμενον ἀβροσίαν πνεύματι πολεμικῆς ἢ στρατιωτικῆς τοῦ σώματος ἐπέχει, &c. DEPONUNT, ANIMOS] Vide eum locum lib. 12. Depositi proferret fati parentis. NIL MAGNÆ LAUDIS EGENTES] ὅτι δὲ αἰεὶ cum genitio Hom. Il. v. ἄλλος μὲν λάβης ἢ αἰθέρα ἢ ἀνὰ δὴ δὲ αἰεὶ & Il. τ. ἴνα μὴ πῖ δῖος ἐπὶ δὲ εἴχνηται & Epigr. 6. σὺς τε διδυσκιστῆς ἐπὶ δὲ αἰεὶ ἠνιοχῆες & Od. ε. εἰδὲ πῖ βίος δὲ εἴ. Admonet autem Turnebus Animos hic deponi tanquam de nauibus onera, ad naues exonerandas. VIUIDA VIRTUS] Lucret. lib. 1. viuida tellus.

755 Interea Æneas urbem designat aratro: Sortiturque domos: hoc Ilium, & hæc loca Troiæ Esse iubet. gaudet regno Troianus Acestes: Indicitque forum, & patribus dat iura vocatis. Tunc vicina astris Erycino in vertice sedes 760 Fundatur Veneri Idaliæ: tumuloque sacerdos, Et lucus latè sacer additur Anchiseo. Iamque dies epulata nouem gens omnis, & aris Factus honos: placidi strauerunt æquora venti: Creber & aspirans rursus vocat Auster in altum. 765 Exoritur procurua ingens per littora fletus: Complexi inter se noctemque diemque morantur.

INDICIT QVÆ FORVM] Sic indicare Senatam princeps Senatus, cum habere vellet, solebat, apud Ciceronem, & classicos. PLACIDI STRA. ÆQV. VENTI] Sic & Epig. lib. 3. ἴδ' αἰεὶ μοι γελῶσα κρητασορέσειε γαλιῶν κῦματα, ἢ μαλακῶν φρένα φέροι (ἐφευρ). Sic supra Bucol. Et nunc omne tibi stratum silet æquor. CREBER ET ASPIRANS AVSTER] Sic Cæf. lib. 3. Bel. ciu. Auster increbuit, nostrisque præsidio fuit.

Ipsæ iam matres, ipsi, quibus aspera quondam Visa maris facies, & non tolerabile numen, Ire volunt, omnemque fugæ perferre laborem. 770 Quos bonus Æneas dictis solatur amicis: Et confanguineo lacrymans commendat Acestræ. Trés Eryci vitulos, & tempestatibus agnam

Cædete

A Cædere deinde iubet, soluique ex ordine funes: Ipse caput tonsæ foliis euinctus oliuæ 775 Stans proci in prora pateram tenet, extaque salfos Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit. Prosequitur surgens à puppi ventus euntes. Cerratim socij ferunt in mare, & æquora verrunt.

TEMPESTATIBVS AGNAM] Suprà, Nigram hyemi pecudem. Docet autem Turnebus id dici à Poëta, quòd ex Cicer. lib. 3. De nat. Deor. Tempestatibus populi Romani ritibus consecratae erant, Tempestatique, vt Deæ minori, minor hostia immolabatur, vt fœminæ fœmina: vnde Horat. Libidinofus immolabitur caper, Atque agna tempestatibus. EXTARQUE SALFOS PORRICIT] Turnebum laterè non potuit, hoc è ritu Romanorum sacrorum esse: nam & Scipio è Sicilia in Africam nauigaturus, cum classem solueret, idem fecit. Lilius, Secundum eas preces cruda exta, cæsa victima, vi mos est, in mare porricit, tubaque signum dedit proficiscendi. Recurre ad superiorem huius libri locum, quo hic idem versus comprehenditur. Vt autem Prosequitur surgens ventus, sic Hom. τοῖσιν δὲ ἠέμενον οὐρανὸν εἰς ἐκείρησιν ἄπολλων. Et, ferunt in mare, τῦ πῦρον ἄλα κῶ πῦρος, vt supra.

780 At Venus interea Neptunum exercita curis Alloquitur: talesque effundit pectore questus: Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus Cogunt me Neptune preces descendere in omnes: Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla: Nec Iouis imperio, fas sue infracta quiescit. 785 Non media de gente Phrygum exelisse nefandis Urbem odiis satis est, pœnam traxisse per omnem Reliquias Troiæ: cinerès, atque ossa peremptæ Insequitur. causas tanti sciat illa furoris. Ipse mihi nuper Libycis tu testis in vndis 790 Quum molem subitò excierit. maria omnia cælo Mitcuit, Æoliis nequicquam freta procellis: In regnis hoc ausa tuis. Prò scelus! ecce etiam Troianis matribus actis, Exussit fœdè puppes, & classe subegit 795 Amita socios ignotæ linqere terræ. Quod superest, oro liceat dare tuta per vndas Vela tibi: liceat Laurentem attingere Tybrim: Si concessa peto: si dant ea mœnia Parcæ.

IUNONIS GRAVIS IRA, ET INEXA. PECT. QVAM NEC &c.] Hi duo versus videntur illos Callimachi in Hym. Dianæ sapere: ἦρον, σὺ δ' ἐπὶ τῆμῳ ἀνιλέεις ἦτος ἕμετο, οὐδὲ ἀποτελέεις τὰ δὲ ἀπὸ σπῆας. Suprà, necdum antiquum saturata dolorem. Hom. Il. σ. ἀλλὰ εἰ μῶρε δ' ἀμάσσει, ἢ ἀργαλέῳ χέλεσσι ἦρος. Eadem forè forma in Heracl. Eurip. μῆτορ' ἐμοὶ φρόνημα, ἢ χέλεσσι ἀλόντες εἰη. Vocat item Sophocel. ἀπεργῆ δ' ὄργη δ' ἰδέσθαι: & Epigr. θύρας χέλεσσι ἠέμεσον ἦρος. Sic supra asperam Iunonem, & atternum seruantem vulnus, iniquam, & eius memorem iram, hoc est, πικρὰν, vt & Aristot. lib. Eth. δ. Interiracundos περὸς his verbis definit: οἱ δὲ πικροὶ δυσδιέλυτοι, ἢ πολλῶν χρόνων ὄργησιν. κατέχουσι γὰρ τὸν θυμὸν, παρὰ δὲ τῆς γίνεσθαι, ἢ τῶν ἀπαιτητῶν δὲ, ἢ γὰρ πικρὰ παύει τῆς ὄργης: ἢ δουλεύει ἀντὶ τῆς λύσεως ἐμπεδοῦσθαι: τοῦτο δὲ μὴ γινώσκοντες, τὸ βλάσφημοι, διὰ γὰρ τὸ μὴ ἐπιφρονεῖν εἶναι, οὐδὲ συμπεύθει αὐτοῦσιν οὐδέτις, ἐν αὐτῶν δὲ πῆλα τῶν ὄργησιν, χέλεσσι δ' αἰ, εἰσὶ δὲ οἱ ποιοῦσι ἐαυτοῖσιν ὄργησιν, ἢ τῶν μάλιστα φίλοις. COGUNT ME NEPT. PR. DESC. IN OMNES] Plutarch. in Pericl. δὲ ὄργησιν ἀπάν δ' ἐνόν, omnes preces adhibere. FATIS VBI INFRACTA QVIESCIT] Vide lib. 9. Torpent infractæ ad pœlia vires. CAUSAS TANTI SCIAT ILLA FVRORIS] Affine est huic illud Callimachi in Delo de Iunone, σὺ δ' ἀράων τῶν αἰπῶν εἶσσαι ὄργησιν.

Tum Saturniis hæc domitor maris edidit alti. 800 Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis:

Vnde





Talia dicta dabat, clauumque affixus, & hærens  
 Nusquam amittebat, oculosque sub astra tenebat.  
 Ecce Deus ramum lethæo rorē madentem,  
 855 Vique foporatū Stygia, super vtraque quassat  
 Tempora, cunctantique natantia lumina soluit.

PONE CAPVT] Infrà II. de Camilla: Et captum leto posuit caput. MENE SALIS PLACIDI? In eandem sententiam Lucret. lib. 2. Per tartarum omnes oras fluitantia aplustra Vt videantur, & indicium mortalibus edant, Infidi maris insidias, viresque, dolumque Vt vitare velint, neue illo tempore credant, Subdola cum ridet placidi pellacia ponti: alludens Lucret. ad Pollucis *κρυπτογέλασμα τῆς θαλάσσης*. ÆNEAM CREDAM QUID ENIM? Vir quidam doctissimus ex libris manu scriptis legere mauult, *Aeneam credo, quid enim, fallacibus Austris, & celo, toties deceptus fraude sereni: vt cum Seruio serenum pro serenitate accipiat. Verum non displicet hæc quoque recepta lectio, fraude cali sereni: cui blandiri videtur sequens illud proximè: nimium celo & pelago confise sereno, & illud suprâ Georg. 2. insidiis noctis capiêre serenæ.* OCULOSQUE SVB ASTRA TENEBAT] Vt gubernatoris infome officii ostendat, cum gubernandi ars à Lycophrone *ἀστροπείρα* dicatur. ECCE DEVS RAM. LETH. RORE MAD.] Hic locus pendet ab illo Apollonij lib. 4. de Medea draconem sopiente: *ἡ δὲ μὲν ἀρκυδίον νέον τετραμήνην θαλάσῃ βάπτουσα ἐν κυκλώνῳ ἀκίερα φάρμακα δοιδάσσειν κατ' ἐφθαλάμῃ, ἀπὸ τῆς ἀμύγδαλης κίερα δὲ μὲν φαρμάκου ὕπνου ἔσθλας, ὅρμιον δ' αὐτῆ ἐνὶ χόρῳ θῆκεν ἐρεσάμενον.* Lethæo rorē autem dixisse videtur, vt suprâ, Inferias Orphei lethæa papauera mites: & Georg. 1. Lethæo perfusa papauera somno: vt quibus vis insit à frigiditate somnifica. Ita autem & Poëta alij virgam foporiferam somno tribuebant: Papinius, extremo me tange cacumine virgæ. VIQUE SOPORATVM STYGI] Vfus huius vocis obseruandus videtur: neque enim ex vi directa verbi foporo omnino accipi debet, nec hoc loco, nec lib. 6. vbi de offa melle foporata agit poëta: neque enim *foporata* pro fopita potest intelligi, sed quæ melle foporifero, vique somnifica imbuta & macerata sit, vt ramus hic *foporatus*, foporifero, *κατωπιρῶ, κατωπιρῶ φαρμάκου* imbutus.

Vix primos inopina quies laxauerat artus,  
 Et super incumbens, cum puppis parte reuulsa,  
 Cumque gubernaculo liquidas proiecit in vndas  
 860 Præcipitem, ac socios nequicquam sæpe vocantem,  
 Ipse volans tenues se sustulit ales in auras.  
 Currit iter tutum non secius æquore classis:  
 Promissisque patris Neptuni interrita fertur.  
 Iamque adeo scopulos Sirenum aduecta subibat  
 865 Difficiles quondam, multorumque offibus albos:  
 Tum rauca affiduo longè sale saxa sonabant:  
 Cum Pater amisso fluitantem errare magistro  
 Sensit: & ipse ratem nocturnis rexit in vndis,  
 Multa gemens, casuque animum concussus amici.  
 870 O nimium celo, & pelago confise sereno,  
 Nudus, & ignota Palinure iacebis arena.

IAMQUE ADEO SCOPVLOS SIRENV] De Sirenibus Hom. Od. *μ. ἀλλὰ τε σερπῶες λιγυρῆ δέλταρον ἀοιδῆ, ἤμηναι ἐν λειμῶνι, πολὺς δ' ἀμφοῖν ὄσσοιν δις ἀνδρῶν πυδομένων, καὶ δὲ ῥινοὶ μινύθουσι* ex quibus versibus omnino hic locus Virgilij est ductus. De Sirenum autem ortu Apoll. lib. 4. *ἐνθα λίγυραι σερπῶες σίνοντ' ἀχελώιδες ἠδ' εἴρησι δέλταρον σαυρῆς ὅς τις ποταφῶ πείσμα βάλοιτο, τὰς μὲν ἀρ' ἀειδῆς ἀχελώϊφ ἔωσιν δεινὰ γένηται περιμύχρη μυσέων μία.* OSSIBVS ALBOS] Ex illo Od. *μ. de Sirenibus: δέλταρον ἀοιδῆ ἤμηναι ἐν λειμῶνι, πολὺς δ' ἀμφοῖν ὄσσοιν δις ἀνδρῶν πυδομένων, καὶ δὲ ῥινοὶ μινύθουσι.* IGNOTA PALINURE IACEBIS ARENA] Propert. 3. Aut humet ignotæ cumulus vallatus arena.

P. V. MA-



IC fatur lacrymans, classi que immittit habenas:  
 Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.  
 Obuertunt pelago proras: tum dente tenaci  
 Ancora fundabat naues: & littora curuæ  
 Prætexunt puppes. iuuenum manus emicat ardēs  
 Littus in Hesperium: quærit pars femina flammæ

Abstrusa in venis filicis: pars densa ferarum  
 Tecta rapit, sylvas inuenta que flumina monstrat.  
 At pius Æneas arces, quibus altus Apollo  
 10 Præsidet, horrendæque procul secreta Sibyllæ,  
 Antrum immane petit, magnam cui mentem, animumque  
 Delius inspirat vates, aperitque futura.

SIC FATVR LACRYMANS] *ὁς φάτο δακρυχέων*, Hom. qui Heroas semper φιλολυχνύς inducit. IMMITTIT HABENAS] Lucret. 5. Arboribusque datum' st variis exinde per auras Crescendi magnum immittis certamen habenis. ANCORA FVNDABAT NAVES] Vnde Æsch. in Suppl. *ἐν ἀγκυροῦχαις διασπῶσι νεῶν ποιμένεος παράλιτα*: vbi interpres, *ἀγκυροῦχαις, τὰς ἀσφαλείαις καὶ κραταιαῖς τῶν ἀγκυρῶν*. Et Pind. Olymp. Od. 7. *ἐν ναὸς ἀσπεκίμοδου δὴ ἀγκυραι*, dependere ex nauī duæ ancoræ ad firmandum. Vt autem hic *fundabat*, Epig. lib. 6. *πῶν δ' ἔδρανον ἀσαδέων ἀγκυραν*. QVÆRIT PARS SEMINA FLAM. ABSTR.] Epig. lib. 6. *ὅτι τὸν ἐγερσάτην πυρὸς ἔργον ἐμπελομα πέδον* & eodem, *καὶ λίδρον ἀντιτύπῳ κρούματι προστόλον*. Respondet & feminibus flammæ & illud in Epigr. *σπέρμα πυρὸς σάξεν πύρον δάσιν ἀμνον*. Dicitur item *πυρῆς λίδρον*. Affine autem est huic Virgilij loco illud Sophoclis in Philoct. *εἶτα πῦρ ἀν' ἐπαρῶν, ἀλλ' ἐν πέτρῳσι σπέρμα ἐμπίθων, μάλιστα ἔφηνα ἀφαντὸν φῶς*. Græci etiam id *πέσον* vocant, quod constat filice & ferro, quæ collifa ignem excutunt: quod & *ἐναυσμα*, & *ἐμπύρμα* dicunt. Alludere autem videtur ad illud Lucretij lib. 1. Verum femina sunt ardoris multa, terendo Quæ cum confluxere, creant incendia syluis. DELIVS INSPIRAT] *ἐμπελά* vnde & *σπέρμα* & *πυρῆς*.

Iam subeunt Triuiæ lucos, atque aurea tecta.  
 Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna,  
 15 Præpetibus pennis ausus se credere celo,  
 Infuetum per iter gelidas enauit ad arctos:  
 Chalcidicaque leuis tandem super astitit arce.  
 Redditus his primùm terris tibi Phœbe sacrauit  
 Remigium alarum, posuitque immania templa.  
 20 In foribus, letum Androgeo: tum pendere pœnas  
 Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis  
 Corpora natorum. stat ductis sortibus vrna:  
 Contra elata mari respondet Cnosia tellus.  
 Hic crudelis amor tauri, suppostaque furto  
 25 Passiphaë, mistumque genus, prolesque biformis,  
 Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandæ.  
 Hic labor ille domus, & inextricabilis error.

TRIVIÆ LVCOS] Passim *ἐνοδῶν* διὸν Græci vocant, & *δωῶν*, & *διὸδ ἄλση*, *ἄλση*, & *τέμει*. Et Theoc. *ἀδὸς ἐν τριβόσι* & Orpheo *τεοδίτις*, in Hymno. AVREA TECTA] *δάματι χρυσοφόρα*, Eurip. REMIGIVM ALARVM] Sic & Lucret. lib. 6. de volucibus: Remigij oblitæ pennarum vela remittunt: & Plaut. in Amphitry. Non ocyus quivi si me Dædaleis tulliffem remigiis: & Æsch. in Agam. *εὐφοδινάω* ἡ *πυρῶν* ἐρετμοῖσιν ἐρεσόμενοι, de expeditione Græcorum in Troadem, ad Helenam recipendam. Sic & Hesiod. in Theog. de aquila Promethei, *ἴσα δ' ἐυξέσσι ἀνύθησα πάλλον ἐρετμοῖς* & Epigr. 3. *εἰς ἀλέκτορα, ἐκ ἐπι μὲν ὡς τὸ πᾶρ πικρῶς πηρῶσιν ἐρέσων ὄρεσις ἐξ ἑωυῖς*, &c. & Luciano *εἰρησῆ τῆς πηρῶν*. Græcis autem *ταρσοὶ κωπῶν*, & *νεῶν*, & *ταρσοὶ* simpliciter: & *πῆρα*, series remigij

migij in tremitibus, & palmulae ipse remorum dicuntur. Aristotel. quoque pinnae piscium, quas ad natationem explicant, πτερυγία vocat: τῶν μὲν ὀφρυγῶν αἰ πτερυγίας, τοῖς δὲ ἐνύδροις τὰ πτερυγία. POSUIT. QVE IMMANIA TEMPLA] Aufonius quoque hos verus Maronis respexit his suis: Non hoc spernatopus Gortinius aligerædis Conditor Euboicæ, casus quem fingere in auro Conantem Ica- rios patij populere dolores. SEPTENA QVOTANNIS] Septena pro bis septē, ut Plato in Phæ- done hanc fabulam perstringens, πέντε ἐστὶ πλοῖον, ὡς φασὶν ἀδελφαί, ἐν δ' ἀπείροις ποτὲ εἰς κρήνη τοὺς δις ἐπὶ ἀδελφίνοις ὄρατο ἄγων, ἢ ἔσσοι ἔτε καὶ αὐτὸς ἐσάδην. Huic autem loco responder illud Catulli: Nam perhi- bent olim crudeli peste coacti Androgeonæ pœnas exolvere cardis Electos iuvenes, simul & de- cas innuptarum Cecropiam solitam esse dapem dare Minotaurο. HIC CRVDELIS AMOR TA VRI] Pasiphaë fabulam mysticè accipere, vel ethicè videtur Plutarch. ἐν γὰρ. ὁδωγγ. his ver- bis: τὴν πασιφάω οὐκ ἀποδοσὶν ἐξεδύωαι βυδὸς βασιλεῖ συνοδῶν, ἐνίας ὀρώσαι, τὰς μὲν ἀυσήρους καὶ σαφρονας βα- ρυομέναις, τοῖς δ' ἐξ ἀκερσίας καὶ φιληδονίας κακωμέναις, ὅσπερ κωστὴν ἢ γράμμις ἥδιον συμούσαι. S P P O S T A Q V E F V R T O P A S I P H A E] Infrà, Supposita de matre nothos furata creavit. Finito autem dixit, ut Musæus, σκοτόσσαν ὑποκλήθειν ἀφροδίτῃν, & ἠρφοίσι γάμοις μυθολογῆσαι. I N E X T R I C A B I L I S E R R O R] Recurre ad superiorem locum, inextricabilis error, lib. 5.

Magnum Reginae sed enim miseratus amorem Dædalus ipse dolos recti, ambagesque resoluit, Cæca regens filo vestigia. tu quoque magnam Partem operæ in tanto (fineret dolor) Icare haberes. Bis conatus erat casus effingere in auro: Bis patriæ cecidere manus. quin protinus omnem Perlegerent: oculis ni iam præmissus Achates Afforet, atque vna Phœbi, Triviaeque sacerdos Deiphobe Glauci, fatur quæ talia Regi.

MAGNUM REGINÆ] Seruius Ariadnæ regis filia interpretatur, ut nimirum Polyxena apud Eurip. se reginam vocat, hoc est, regis filiam: ἐν νεμεσίτῃ γὰρ δούλην κελεύθου, βασιλεὺς οὐδ' αἰρωμένοιο & idè in Phœniss. Antigone Lam filiam ἀνασσαν. item & Antigone OEdipodis filia se apud Sophocl. reginam appellat: λέγουσι τῆς οὐκ ἀποδοσὶν ἐξεδύωαι βυδὸς βασιλεῖαν μυθολογῆσαι. quo loco nuntius refert reges mortuos de Hamone Creontis filio, & Antigone: τὸ δ' αὖ τὸ δ' ἀδελφῶ βασιλείων ἦν αἰετὸς φέρων. Nempe pri- fici omnes regij generis personas pari honore & nomine designabant. Sic & ἀνακτες reges, & regum filij, & Cæsares, vel regum fratres. Aristot. de Cypriorum politia: καλοῦντο οἱ μὲν ἡγετῆς καὶ ἀδελφοὶ τῶν βασι- λέων, ἀνακτες αὐτῶν δ' ἀδελφοὶ καὶ γυναικες, ἡγεσσαι. Dædalum autem non absre Poëta reginæ miseratū amo- rem narrat, cum ex Homero constet eum studiosè Ariadnam coluisse, Il. τ. ἐν δὲ χέρον πείραλε πέ- κλυτὸς ἀμεινυμένιος τῶν ἡέλων, ὅτεν ποτ' ἐπὶ κνωστῶν ἀφροίθ' ἀδελφῶν ἡγεσσαν κελεύθου ἀμείων δειάδην, ἐνθα μὲν ἡέδοι, καὶ ἀφροίθ' ἀδελφῶν ἀφροίθ' ἀδελφῶν ὄρατο ἄγων, ἢ ἔσσοι ἔτε καὶ αὐτὸς ἐσάδην. C A C A R E G. FILO VEST.] Ex Ca- tullo, Errabunda regens tenui vestigia filo. I C A R E H A B E R E S] De Icaro in are efficto extant Epigr. lib. 4. versus vel moroso lectori ob elegantiam obtrudendi: ἡμερε κινρὸς μὲν σε δικάλασε, νῦν δ' ἐ σε κινρὸν ἡμερε εἰς ἡμερελὸν αὐτὸς ὁ χαλκοῦτο ἔσσοι. ἀλλ' ἄγε μὴ πτερά πάλαι κατ' ἡέσοι, μὴ τὸ λέγειν ἡερόθεν παρὶσθον ἡέσοι τελέσσοι. Sunt & in idem argumentum alij: ἡμερε χαλκὸς ἐὼν μιμητήσσοι, μὴ δ' ἐ σε τέχνη, μὴ δ' ἀπάτη πτερύγων ζεῦθ' ἐπομάδην. εἰ γὰρ ζώος ἐὼν πέσοις ἐν πτεράσσοι δαλάσσοις, πῶς ἐδύλας πτερούσαι χαλκοῦτο εἰδ' ἔχον; B I S C O N A T Y S E R A T] Apoll. lib. 3. βίς μὲν ἐπερηδην, βίς δ' ἔχον. & Hom. Il. λ. τρις μὲν ἐφαρμάδην ἔλεον. P E R L E G E R E N T O C V L I S] Nempe γραφή tam literas quam picturam respicit: & id ipsum do- cecit Seruius, & in Phædro Plato his testatur: δέον γὰρ πῶν ἀφροίθ' ἀδελφῶν ἡγεσσαν κελεύθου ἀμείων δειάδην, ἐνθα μὲν ἡέδοι, καὶ ἀφροίθ' ἀδελφῶν ἀφροίθ' ἀδελφῶν ὄρατο ἄγων, ἢ ἔσσοι ἔτε καὶ αὐτὸς ἐσάδην. Non temerè autem legere ad picturam accommodauit, noto inter picturam & poëma consensu, & etymologia ex illo Simonidæ referente Plutarcho in lib. πῶτερον ἀδελφῶν, &c. astruente: τὴν μὲν ζωγραφίαν ποίησιν σιωπῶσαν, τὴν δ' ποίησιν ζωγραφίαν καλοῦσαν. αἰς γὰρ οἱ ζωγράφοι ἀφροίθ' ὡς ἡγεμένους δεικνύουσι, ταύτας οἱ λόγοι γεγραμμένους διηγουμένους, καὶ συγγραφοῦσι. εἰ δὲ οἱ μὲν γραμμάσσοι καὶ ἡγεσσαν, οἱ δὲ ὄρατο ἀφροίθ' ὡς ἀφροίθ' ἀδελφῶν ἀφροίθ' ἀδελφῶν ὄρατο ἄγων, ἢ ἔσσοι ἔτε καὶ αὐτὸς ἐσάδην. D E I P H O B E G L A V C I] Videtur Poëta Glauci fecisse filiam, quod Glaucus ipse quoque inter marina numina clarus diuinandi peritia fuerit: vnde Apoll. lib. 1. ποῖσι δὲ γλαύκω βρυχίης ἀλδὸς ἐξεφαάνθη, νηεῖθ' ἔδείο πολυφράδμων ὑποφίπης. vbi interpres: γλαύκω πτερούσαι πάλαι, ἀνδρὸν ὄρατο τὸ γλαύκω, ἀλδὸς τὴν τέχνην, ὡς πολλῶν πεπε ἰχθύων ἀπύχιστοι, ἀφροίθ' ἀδελφῶν ἀφροίθ' ἀδελφῶν ὄρατο ἄγων, ἢ ἔσσοι ἔτε καὶ αὐτὸς ἐσάδην. De quo & Eurip. in Orest. ἐξήγησε μοι νηεῖας ἀφροίθ' ἀδελφῶν ἀφροίθ' ἀδελφῶν ὄρατο ἄγων, ἢ ἔσσοι ἔτε καὶ αὐτὸς ἐσάδην.

Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit. Nunc grege de intacto septem mactare iuencos Præstiterit, totidem lectas de more bidentes.

40 Tali-

40 Talibus affata Aeneam. nec sacra morantur Iussa viri. Teucros vocat alta in templa sacerdos; Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum: Quò lati ducunt aditus centum, ostia centum: Vnde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ. 45 Ventum erat ad limen, cum virgo poscere fata Tempus ait: Deus, ecce, Deus. cui talia fanti Antefores subito non vultus, non color vnus, Non comptæ mansere comæ: sed pectus anhelanti; Et rabie fera corda tument, maiorque videri, 50 Nec mortale sonans, afflata est numine quando Iam propiore Dei.

NUMC GREGE DE INTACTO] Hom. ut supra, ἀδελφῶν βίαις. Turnebus autem admonet de hostiis iniugibus accipi à Macrobio, quod nefarium videretur iuuenicum aratorem immolare; ut Theon Arati interpret scribit: qua impietate non videri obstringi, qui iuuenicum nondum domitum, nec laboris focium, nec in dominum beneficium mactabat. Idem quoque vult, esse, qui iam domitas pecudes facris non putas censent, ut hominum manu, & labore rustico contaminatas. OSTIA CENTVM] Vnde ἀνδρὸν ἐκαστόμυτον Græcis. Interpres Aristoph. ἡομαλοὶ ὄρατο τὰς θυρας φασί, ὡς τὸ ἐξ ἀδελφῶν ἀφροίθ' ἀδελφῶν ὄρατο ἄγων, ἢ ἔσσοι ἔτε καὶ αὐτὸς ἐσάδην. NON VVLTVS, NON COLOR VNVS] Eurip. de Oreste in Iphig. οὐ ταυτὰ μορφῆς ῥαίματα, ἀλλ' ἡλώσσοι φθονήσας. DEVS, ECCE DEVS] Catull. Procull. Procull. profani, Deus ecce deus adest. E T R A B I E F E R A C O R D A T V M E N T] Hom. ἐν ἀνδρῶν δεοδ τὰ δὲ μαίνεθ'. Anacreon σάφρονας λύσσαν vocat.

cessas in vota, precēsque Tros, ait, Aenea, cessas? nec enim ante dehiscēt Attonitæ magna ora domus. & talia fata Conticuit. gelidus Teucris per dura cūcurrit Ossa tremor: fuditque preces rex pectore ab imio; Phœbe graues Troiæ semper miserate labores, Dardana qui Paridis direxti tela, manusque Corpus in Æacidæ, prætentaque Syrtibus arua. Tot maria intraui duce te, penitusque repostas Massylum gentes, prætentaque Syrtibus arua. Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta. Vos quoque Pergamæ iam fas est parcere genti Diique Deæque omnes, quibus obstitit Ilium, & ingens Gloria Dardaniæ. tuque o sanctissima vates Præscia venturi da (non indebita posco Regna meis fati) Latio considere Teucros, Errantesque Deos, agitataque numina Troiæ.

PHOEBE GRA. TROIÆ SEMP. MIS. LABORES] Vnde & Calab. 8. ἐπεὶ σφίσι πτήλιον φοι- ἐθ' ἦκε βίβλυ, αἰεὶ γὰρ οἱ ἀμυμένων ἡδέλε θυμὸς τρωτῶν ἐπὶ πηλοίοις, καὶ ἔκτορ' οἰζυμένοιο. DARDANA QVI PARIDIS] Homerus similiter sæpe Paridem sagittarium inducit: 2. Il. παραβύβλυ ὄρατο ἄγων, καὶ καμπύλα τρέσα. & Eurip. in Orest. αἰς ἐνημ' ὁ τρέσας πάλαι. Apollo autem semper à Troianis habitus inter ἀργονόους θεοὺς, ut qui vel Homeri constantissimo testimonio semper pro Troia steterit. Quin- tus Calab. autem lib. 3. ἀπτόχρησθ' Apollinem narrat calcaneum Achillis telo fixisse: & 8. ἐπεὶ σφίσι πτήλιον φοι- ἦκε βίβλυ, αἰεὶ γὰρ οἱ ἀμυμένων ἡδέλε θυμὸς τρωτῶν ἐπὶ πηλοίοις, καὶ ἔκτορ' οἰζυμένοιο. P R A E S C I A V E N T V R I] Eurip. in Orest. ἀφροίθ' ἀδελφῶν ἀφροίθ' ἀδελφῶν ὄρατο ἄγων, ἢ ἔσσοι ἔτε καὶ αὐτὸς ἐσάδην.

Tum Phœbo, & Triviae solido de marmore templa Instituum, festosque dies de nomine Phœbi.

70

e 3

Te quo-



Te quoque magna manent regnis penetrabilia nostris. A  
 Hic ego namque tuas sortes, arcanaque fata  
 Dicta meæ genti ponam, lectosque sacerbo  
 Alma viros. foliis tantum ne carmina manda:  
 75 Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.  
 Ipsa canas oro. finem dedit ore loquendi.

SOLIDO DE MARMORE TEMPLA] Hôc est, de vno solo lapide, vt Tufanus accipit: quem admodum & *ισωλιθον* in Epigr. interpretatur, vt & supra, solido que adamante columna: & solido elephanto. Hoc verò templum Augustus, vt ex veterum monumentis constat, tanquam auius nominibus obnoxius, & *Æneæ* voti reus, in Palatio posuit, & perfecit: ad quod alludit Propert. lib. 4. hoc versu: Atque vbi nauali stant sacra palatia Phœbo, Euandri profugæ procubere boues: vbi naualem deum vocat, quod Augustus de iudæa Ægypto structuræ templi columnas areas ex rostris nauium, quæ per ignominiam subactis classibus adimebantur, conflatas nuncupasset & dicasset ad vota maiorum soluenda: quod & respexit videtur Maro lib. Georg. 3. eo carmine: nauali surgentes are columnas. FESTOSQUE DIES DE NOMINE PHOEBI] Ludos innuit Apollinares: de quibus, quæ hic à Seruio obseruata sunt, item de Sibyllæ penetrabilibus, & quindecimvirorum consecratione, tu vide. LECTOSQUE SACRABO ALMA VIROS] Alludit ad sacerdotum & sodales lectos & nuncupatos Sibyllæ ab Augusto, qui tanta cura & cautione eius carmina rimatus est, vt notioni & excussioni ea subiecerit discernenda, scilicet germana à falsis & suppositis, quod multi sub Sibyllæ celebritate nominis vana multa & commentitia carmina euulgassent, vt constat ex eo Taciti loco lib. 5. Ann. qui & vna plurésne Sibyllæ fuerint, sub ancipiti sermone reliquit, hac verborum forma. Relatum inde ad patres à Quintiliano tribuno pleb. de libro Sibyllæ, quem Caninius Gallus quindecimuir. recipi inter ceteros eiusdem vatis, & ea de re senatusconsultum postulatuerat, quo per discessionem facta, misit literas Cæsar modicè tribunalum increpans, ignatum antiqui moris ob iuuentam, Gallo exprobrabat, quod scientiæ carminiarum que vetus, incerto auctore, ante sententiam collegij, non, vt assolet, lecto per magistrum astimatoque carmine, apud infrequentem senatum egisset: simul commonefecit, quia multa vana sub nomine celebri vulgabatur, sanxissè Augustum, quem intra diem ad prætorum virbanum deferrentur, neque habere priuatum liceret: quod à maioribus quoque decretum erat post exustum socioli bello capitoliū, quæ sitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam ac Siciliam, & Italicas colonias carminibus Sibyllæ, vna seu plures fuere, datoque sacerdotibus negotio, quantum humana ope potuissent, vera discernere. Igitur tunc quoque notioni quindecimuirum is liber subiicitur. LVDIBRIA] *παίγνια, μέλτηρα, εὐδύματα.*

At Phœbi nondum patiens immanis in antro  
 Bacchatur vates, magnum si pectore possit  
 Excussisse Deum. tanto magis ille fatigat  
 80 Os rabidum, fera corda domans, fingitque premo.  
 Ostia iamque domus patuere ingentia centum  
 Sponte sua, vati que ferunt responsa per auras.  
 O tandem magnis pelagi defuncte periclis,  
 Sed terra grauiora manent, in regna Lauini  
 85 Dardanidæ venient: (mitte hanc de pectore curam)  
 Sed non & venisse volent: bella, horrida bella,  
 Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.  
 Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra  
 Defuerint. alius Latio iam partus Achilles,  
 90 Natus & ipse Dea. nec Teucris addita Iuno  
 Vsq̄ quam aberit, cum tu supplex in rebus egenis  
 Quas gentes Italum, aut quas non oraueris vrbes?  
 Causa mali tanti conuulsa iterum hospita Teucris,  
 Externique iterum thalami,  
 95 Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,  
 Quæ tua te fortuna sinet. via prima salutis,  
 Quod minimè reris, Graia pandetur ab vrbe.

BACCHA

A BACCHATUR] Imitatione Euripidis, qui Cassandra *βακχιδω* vocat, veluti *ἔδενον, θεοπιδωτον, φοιβάδα, ιωνάδα, βακχιδωσαν*. Recurre ad superiorē locum 2. Æn. sponda præcepta furentis. In Epigr. autem Epigonus, *μαρτίου σώφρονα μανύουσαν*. Vt autem Phœbi nondum patientem Maro, ita Epig. lib. 5. de Melampode: *ἔσκε δ' ἰσασθ' ὀμφῆς ἀγχιλοῖς σομάτωσι θεοπιδωτον ἄδμα πταίνειν*. Plutarch. ἐν ῥωμαίων διατῆ καριάντης ἔδεν δ. c. quasi præ afflatu mente carentem Carmentam dictam à Latinis docet his verbis: *οἱ δ' ἰσάσαν ἡρώδ' ἢ τῶν καριάντων εἶνευ, ἢ διὰ τοῦτο δ' ἔδεν αὐτῆ τὰς μητέρας. ἔσι δ' τὸ δὴματ' ἔπιμον, ἔσπερμένη νοδ, διὰ τὰς θεοφρονίας ἔδεν οὐ τὰ καριάντα τῆ καριάντη τὴν ἰσάσαν, εἰδὼ μάλλον ἀπ' εὐκείνης ἐπιλήθῃ, διὰ τὸ πῶς χρησμοῦς ἐν ἔπειτ' ἢ μέτρῳις ἐνδοσῶσαν ἔδειν*. Quinetiam hoc verbum *bacchatur* ad fanaticos Vlp. l. i. sub tit. de æd. ed. retulit his verbis, quæ huc comportabo integra: quod bacchantes sanos definiat: quamuis poeta insanam vatem fatidicam appellauit. Sic enim Iurifconsultus apud Viuianum quaeritur, Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset, an nihilominus sanus videretur. Erant Viuianus, nihilominus sanum hunc esse: neque enim nos, inquit, minus animi vitium aliquos sanos esse intelligere debere: alioquin, inquit, futurum, vt in infinitum hac ratione multos sanos esse negaremus: vtputa leuem, superstitiosum, iracundum, contumacem, & si qua similia sunt animi vitia: magis enim de corporis sanitate, quam de animi vitio promittit. Idem Viuianus ait, quamuis aliquando aliquis circa sana bacchatus sit, & responsa reddiderit, tamen si nunc hoc non facit, nullum vitium esse, neque eo nomine, quod aliquando id fecit, actio est, sicuti si aliquando vatem habuit. Ceterum si nihilominus permaneret in eo vitio, vt circa sana bacchari soleret, & quasi demens responsa daret, etiam si per luxuriam id factum esset, vitium tamen id quidem esse, sed vitium animi non corporis. Quem ego locum libentius exhibui, quod illud Aristot. *ἀπὸ τῆς κατ' ἕνα μαντικῆς* respiciat, vbi, cur degeneres, & despiciabiles homines, & fanatici *πεσορροποὶ ἢ ἐνδονεεροὶ* sunt, rationem reddit. MAGNO SI POSS. PECT. EXCVS. DEVM] Eadem forma, qua superius, Insandum si fallere possit amorem: libro autem præcedente, excussa que pectore Iuno. OS RABIDVM, FINGITQUE] Sic Plant. in Amphitru. Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo. Graeci *σομοῦ*, os formare, fingere, componere dicunt: & Plato in Cratylō *σομοῦ πλάσσειν* ἐπιθετικῶς οὐδ' ἐν ὀρνιθίζοντες, τὸ δὲ σομοῦ πλάσσειντες. & Aristoph. in Nub. *διδασκαλὸν κλάσσει, ἢ μέμνηται ὅπως εἰ με σομοῦσαι αὐτὸν*. TV NE CEDE MALIS] Sic & Eurip. in Suppl. *θμωσ' δ' ἀνδρόγυν συμφορᾶς εἰκὼν ἑμαῖς.*

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla  
 Horrendas canit ambages, antroque remugit,  
 100 Obscuris vera inuoluens. ea frena furenti  
 Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.  
 Vt primùm cessit furor, & rabida ora quierunt:  
 Incipit Æneas Heros. non vlla laborum  
 O virgo noua mî facies, inopinãue surgit.  
 105 Omnia præcepi, atque animo mecum antè peregi.  
 Vnum oro, (quando hîc inferni ianua regis  
 Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso)  
 Ire ad conspectum cari genitoris, & ora  
 Contingat: doceas iter, & sacra ostia pandas.  
 110 Illum ego per flammâs, & mille sequentia tela  
 Eripui his humeris, medioque ex hoste recepi:  
 D Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,  
 Atque omnes pelagi que minas, cæli que ferebat  
 Inualidus, vires vltra, fortemque senectæ.

SIBYLLA HORRENDAS CANIT] *σθευλιθῶν* vocant. Vt autem, *obscuris vera inuoluens*, sic & Epig. *ποῖος δ' ἀπειμῆς κλεισάνθη φοῖσατε μύθοις, ἀγγελθ' οὐς βασιλεῖ ἔφρασε λοξοπαρῆς* vnde & *ἀπόλλων λοξίας*. & Eurip. in Orest. *κλειοῖς κλειοῦς λέγεις ἑλέσων*. Sophocl. in Tyr. *ποικιλῶδ' ἐν σφίγῃ* appellat: & in Tyr. de Tiresia, *ἄγαν αἰνικτὰ ἢ ἀπαθῆ λέγεις*. & Æsch. in Prom. *αἰολοσθένους χρησμοῦς, ἀσημῶς δυσσεύτως τ' εἰρημένους*. & idem in Agam. Cassandra *θεοφρατὰ ἔξ ἀνιγμῶτων ἐπ' ἀργεῖα*. Aristot. lib. 3. Rhetor. admonet oratorem, ambiguitatem verborum, vt obscuram, vitare, & vitium *ἀμφιβολογίας* familiare vitibus, his verbis: *ῥήτεν, μὴ ἀμφιβολοῖς, τιδ' τι δὲ, ἀν μὴ τὰ ἐναντία περὶ εἰρήτῃ; ἔπειτ' ποῖσαν, ἔταν μὴδ' ἐν ἔχρασι λέγειν, περὶ αἰώντων δὲ πὶ λέγειν. οἱ δ' τοῖσ' ἐν ποιήσει λέγεται τιδ' τι, οἷον ἐμπειρικῶς. φαναιζέει δ' τὸ κύκλω πῶδ' ἔν, ἢ ἀάροισι οἱ ἀμροταὶ, ἔσθ' οἱ πολλοὶ ὀφθαλμοῖς μάντησιν. ἔταν δ' λέγῃσιν ἀμφοῖβωλα, συμπαρῶνδωσ' Κροῖσ' ἄλλου διαβῶς, μετ' ἄλλω ἀργεῖω κητυλίσει' ἢ διὰ τὸ ἄλωσ ἑλασθον ἔθ' ἀμάρτημα, διὰ τῆς ἡσὼν τῶ σφάργματ' ἔλεγμασιν οἱ μάνταις. πύρι δ' ἀν τις ἐν τοῖς ἀρπαμοῖς, ἀρπα ἢ πεισῶσά ἐπ' ἂν μάλλον ἢ ἀδῶα ἔχει, ἢ τὸ σπὶ ἔσαι, ἢ τὸ σπὶ. διὰ δὲ χρησμολόγοι οὐ πεσορροποῖ πῶτα*. EA FRENA FURENTI CONCVTIT] Sic & Eurip. de furete

e 4

Oreste



MORTE PEREMPTIVM] Lucret. 3. Quo minus esse diu possimus morte perēpti. Eurip. in Supp. A...
σφαγήτα τ' οὐκ ἀξί' ἐστ' ἀνδρῶν. MARTEM QVE ACCEN. CANTV] Æsch. in Pers. σάλπιγγες δ' αὐτῆς πάντ' ἐκείν' ἐπέφραζε. ET LITVO PVGNAS] Lituus buccinæ genus incuruum, gracilem edens vocem, quo in bello, auctore Festo, utebantur: vnde Ouid. Iam lituus pugnae signa daturus erat. Est & auguratus insigne, de quo Plutarch. in Rom. καλεῖται δὲ λίττω, ἡ δὲ αὐτῶν τὰς ἡμῶν πνεύματιον ὑπερβαρῆς, ὅταν ἐπ' ὄρησι διαμαντίζουσι καὶ ζέουσι. Aristophani in Ran. tubis, halitis, barbaque formidabiles σαλπυγγολογῆσαι λέγουσιν αὐτοὶ dicuntur.

- Postquam illum victor vita spoliavit Achilles:
Dardanio Æneæ sese fortissimus heros
170 Addiderat socium, non inferiora secutus.
Sed tum, fortè caua dum personat æquora concha
Demens, & cantu vocat in certamina diuos:
Æmulus exceptum Triton (si credere dignum est)
Inter faxa virum spumosa immerferat vnda.

PERSONAT ÆQVORA CONCHA] Vt apud Eurip. κόχλοις φουσῶν, in Iphig. in Taur. concha inflata sonans, vt infra lib. 10. Immanis Triton, & carula concha Exterrit freta. Vt autem hic personare agnoscit, Cicero personare aures vocibus Leptam nostrū cupio iam delectari talibus scriptis, etsi abest maturitas ætatis, tamen personare aures eius huiusmodi vocibus non est inutile. Quo tamen loco possem concedere neutraliter personare acceptū à Cicerone, tum auctoritate ductus amici mei viri eximij, tum his exemplis, quibus solennis est & ordinaria ea forma verbi huius vsurpatio, vt ibi: Cantu vocum, neruorum, & tibiæ tota vicinitas personabat: & alibi: At verò te inquitino personabant omnia vocibus ebriorum: & denique: Cum furialis vox secum illos facere acerbissimè personabat: nisi & Virgilius hoc ipso libro de Cerbero, latrati regna trisauri Personat, dixisset: & aures sonare improprium videretur, cum sonum accipiant, sentiantq; potius: vt sub agendi verbo enuntiatum videri possit à Cicerone: sed non obliuitor. ET CANTV VOCAT] Sic & Epig. lib. 1. de Satyro: δὴ γὰρ ἀλυκοπέδαις σφίγγη χέρας, ὄμματα σὺν ἑσπέρῳ ἐὼν δέειν εἰς ἕεν ἠὲ τῆς. ÆMVLVS EXCEPTVM] Excipere, captatione circumvenire, opprimere: Græci pari forma ὑπερβαρῆς Xenoph. παιδ. α. 12. ἐν εὐνοῖαις αὐτοῦς γυρομένους, ἐν ἑρμῶν αὐτοῦς ἄν' ὑπερβαρῆς.

- 175 Ergo omnes magno circum clamore fremebant,
Præcipuè pius Æneas. tum iussa Sibyllæ,
Haud mora, festinant flentes, aramque sepulcri
Congerere arboribus; cæloque educere certant.
Itur in antiquam sylvam, stabula alta ferarum.
180 Procumbunt piceæ: sonat iccta securibus ilex,
Fraxineæque trabes: cuneis & fissile robur
Scinditur: aduoluunt ingentes montibus ornos.
Nec non Æneas opera inter talia primus
Hortatur socios, paribusque accingitur armis.
185 Atque hæc ipse suo tristi cum corde volutat,
Aspectans sylvam immensam, & sic ore precatur.
Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto: quando omnia verè
Heu nimium de te vates Misene locuta est.

IVSSA SIBYLLÆ FESTINANT] ἀσπιδουση ἐπιτολῆς, vt supra sæpe proferare actiuè. ARAM QVE SEP. CONG. ARB. CÆLOQVE] Il. n. τῷ ἑλῶν δ' ἀμφ' αὐτῶν ἕνα παῖον ἐξαγαγόντες ἀπέστησαν ἐκ πεδίου. Sæpe Homerus ἡμῶν ἄρ, pro eo quod est, vt Didymus, ξύλα σαρκετάαι ἐνεκεν τοῦ πῶν πῶνται. Aram autem sepulcri δὲ λέγεται, quod non solum secundum ipsa sepulcra, sed & in ipsis sepulcris aras antiqui struerent, in quibus D. D. Manibus sacra opportunè fierent. Dixit autem Maro Aram congerere in occasionem Apollonij, qui ἦσαν αὐτοῦ βωμὸν ἱπτακτίου ἀπολλωνίου. Videntur autem in hoc membro Maro mihi illud Homeri Il. n. respexisse, γὰρ ὄμειν ἀμφὶ πύργῳ τύμβον vbi χεῖρα, vel χεῖρα eam vim habet, quod est, ex humo egesta extruo: vt intelligat Maro ex mète forsan Homeri, aram, basinque sepulcri cumulatam, congestam, & aggeratam arboribus ad rogam pyramque destinatis: nam quamuis ex ordine & œconomia poematis pyra consumpra poetæ Æneam narret imposuisse ingenti mole sepulcrum: nihil tamen vetat, etiã si aliter sentite videatur Seruius, quin præstrueto præparatoque iam

iam sepulcri aggere aut fundamento, velut epistylon & coronidem demum Æneas ritè imposuerit. SI NUNC SE NOBIS] Si particula est optantis, more Græcorum, qui εἴθε & αἴθε dicuntur. Vnde ἄντι τῶ ὄμειν, vti nam. QVANDO OMNIA VERE HEV NIMIUM, &c.] Soph. in Antig. ἀντι τῶ ὄμειν, vnde & ἀληθόμενους, & ἀδόμενους. Et Hom. Od. ε. πάντῃ θεῶν ἡμερῶν γὰρ εἴπῃ. Vt autem hic nimium, sic eadem forma ἀγαν sæpe Græci efferunt. Æschyl. in Agam. ἀγαν ἔλω ὄψιμαι φέειν.

- 190 Vix ea fatus erat, geminæ cum fortè columbæ
Ipsa sub ora viri cælo venère volantes:
Et viridi federe solo. tum maximus heros
Maternas agnoscit aues, lætusque precatur.
Este duces, o, si qua via est, cursumque per auras
195 Dirigite in lucos, vbi pinguem diues opacat
Ramus humum. tuque o dubiis ne defice rebus
Alma parens. sic effatus vestigia pressit;
Observans quæ signa ferant, quò tendere pergant:
Pascentes illæ tantum prodire volando,
200 Quantum acie possent oculi feruare sequentum.
Inde, vbi venère ad fauces graue olentis Auerni;
Tollunt se celeres, liquidumque per aëra lapsæ
Sedibus optatis gemina super arbore fidunt:
Discolor vnde auri per ramos aura refulsit.

GEMINÆ CVM FORTE COLUMBÆ] Sic Mopso renuntiante, colūba Iasoni in Colchide auspicio fuit augurio, Apoll. lib. 3. QVANTVM ACIE] Tale quid Aratus: ὄσον δ' ὀφθαλμοῖς ὁλοῦν ἀποτήνεται ἀυρή. SVPER ARBORE SIDVNT] De columbis Epig. lib. 3. δειλάι τοι δειλοῖσιν ἀποδηῶσιν πελάει.

- C 205 Quale solet syluis brumali frigore viscum
Fronde virere noua, quod non sua feminat arbor;
Et crocco factu teretes circumdare truncos:
Talis erat species auri frondentis opacæ
Ilice: sic leni crepitabat bractea vento.
210 Corripit extemplo Æneas, avidusque refringit
Cunctantem, & vatis portat sub tecta Sibyllæ.
Nec minus intereà Misenum in littore Teucrî
Flebant, & cinerî ingrato suprema ferebant:
Principio pinguem tedis, & robore secto
215 Ingentem struxere pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupressos
Constituunt, decorantque super fulgentibus armis:

VISCVM, QVOD NON SVA SEM. ARBOS] Vnde & in Epigr. Argentarius merulam admonet quercum vitare, sed in vite tutius confidere: ὄρεος γὰρ, inquit, ἐστ' ἀνίδεοσι φέροι τον ἀνέριστον ἔξῃν, ἢ δὲ βόβῳ, τέρχει δ' ὕμνο πύλοισι βρόμῳ. TALIS ERAT SPECIES AVRI FRONENTIS] κλάδου χρυσοῦν. Bracteam autem auream Græci χρυσοῦ στέφανον. CORRIPIT EXTEM. ÆN. AVID. REFRINGIT] Apoll. lib. 4. de Iasonē vellus corripiente & inuolante: ἔνθα δ' ὁ μὲν χρύσειον ἀπὸ δρυὸς αἰνυτο κώας κούρης κεκομμένης. Et Orph. Argon. δάμωσσε δ' ἰδοῦσα ἀνὸ πύργῳ μῆδεια, καὶ αἶον ἀγλαῶν ἡεῖ ἢ δὴ ἀρσώσασα δούας ἀπέμωσο λαβέσθαι κώας χρυσοῦ μαλλον, ὃ δ' ἐκ ἀπίσθησιν ἀγρήσας, αὐτὰς ἀειράμεν. δέρας ἀπαστον ἵπ' ἐπὶ ἡεῖα. NEC MINVS INTEREÀ MISENVN] Totus hic locus inferiatum & funerationis Miseni partim ex Iliade, partim ex Odyssea desumptus est. Hom. Od. μ. φίτρους δ' ἀέλα ταμίνας, δὲ ἀπρωτάτη ἀπὸς χ' αὐτῶν, δάπνομαν ἀχνύμενοι, θαλερὸν χ' ἀκρῶ χέοντες. αὐτὰς ἐπεὶ νεκρὸς τ' ὄμειν, καὶ τὰ χεῖρα νεκρῶ, τύμβον χέοντες, καὶ ἐπὶ στήλων ἐρύσαντες, πῆξαι μιν ἀπρωτάτῳ τύμβῳ δῆρες ἐρετιμόν. Vide item Il. 4. Patrocli funus: & Od. ω. κατὰ δέμεν ἐν λαχέεσσι, καὶ δὴ ἔσαντες χροῖα καλὸν ὕδωρ τε λίασθαι, καὶ ἀλείφασι, πολλὰ δὲ ἀμπερὶ δάκρυα θέρμεν χέον δαναοί, κέροντό τε χεῖρας — αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ σὲ φλόξ ἤνυσεν ἠφάεσσι, ἠῶδεν δὴ τοὶ λέρμεν λάκκ' ὅς ἐστι ἀρχαῖα, οἶνον ἐκ ἀκρήτων καὶ ἀλείφασι: & Il. 7. αὐτὰς ἐπειδὴ ζῶσαν ὕδωρ ἐνὶ οἴνοισι χεῖρα, καὶ ποτὲ δὴ λαοῦ.



δι' ἰσοπύργου... Sphocli. quoque in curando Aiacis funere...

- 220 Pars calidos latices, & athena vndantia flammis... 225 Thurea dona, dapes, fuso crateres oliuo... 230 Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ...

CALIDOS LATICES] Seruius: Plinius in Nat. hiflor. dicit hanc esse causam, vt mortui & calida abluantur...

At pius Æneas ingenti mole sepulcrum imponit, suaque arma viro, remumque, tubamque, Monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo...

MOLE SEPULCRVM] Sic & Epigr. Achilles... REMVM QVÆ, TVBAM QVÆ] Quia, inquit Seruius, & remex & bellator fuerat: licet possimus etiam solam tubam accipere...

At pius

gionis ritu, quæ auctore Plutarcho sic fiebat. & λέγει περιεχόμενοι κὺ κρητάρηφροντες, ἱερεῖα, κὺ κρητάρηφροντες A  
ἐναντία πρὸ λόγου τούτου ἀποφασίζονται, οἳ γὰρ ἱερεῖς, κὺ ὅσοι εὖναι φασὶ τὸ ἱερεῖον, κὺ κρητάρηφροντες, &c. Rursus: τὴν δὲ  
ψυχὴν δοκιμάζουσι τοῖς μὲν τάφους ἀλφριτα, τοῖς δὲ κἀφροῖς ἐρεβίνθοις ἀποφασίζονται. τὴν δὲ αἶμα διελείχεται τὸ ἀ-  
ργὸν ὕδωρ. Nempe hæc inquit idem Seruius pertinere ad victimarū probationem, vt si non stupue-  
rint, aptè probentur. Dicebantur autem inferiæ Diis Manibus vel inferis delibamenta: & defun-  
dere tum dicebant, tanquam deorsum fundere: quod nec Seruium latuit. Ouid. Metam. 7. de sacris  
Medæ: Tum super inuergens liquidi carthesia vini, Alterâque inuergens tepidi carthesia lactis.  
Nempe hostias & pronas & cernuas Diis inferis veteres immolabant: quas autem superis destina-  
rent, resupinabant, vt constat ex illo Orph. Argon. κὺ τότε δὴ κρητάρηφρον βῶον ἀεμιμῆα τῶν σφάξων ἀνα-  
κλίνας κεφαλῶν εἰς αἰθέρα δῖαν. ET SVM. CARP. MED. INT. CORN. SETAS] Vide quæ obser-  
uata sunt in eum locum Æn. 12. Tempora ferro summa notant.

- Supponunt alij cultros, tepidumque cruorem  
Suscipiunt pateris. ipse atrī velleris agnam  
250 Æneas mari Eumenidūm, magnæque forori  
Ense ferit, sterilemque tibi Proserpina vaccam.  
Tum stygio regi nocturnas inchoat aras:  
Et solida imponit taurorum viscera flammis,  
Pingue superque oleum fundens ardentibus extis.  
255 Ecce autem primi sub lumina folis, & ortus,  
Sub pedibus mugire solum, & iuga cœpta moueri  
Sylvarum, visæque canes vlulare per vmbra,  
Aduentante Dea. procul ô, procul este profani,  
Conclamat vates, totoque absistite luco.  
Floribus infidunt variis, & candida circum  
710 Horrescit visu subito, causasque requirit  
Inscius Æneas: quæ sint ea flumina porrò:  
Quæ viri tanto complerint agmine ripas.  
Tum pater Anchises: animæ, quibus altera fato  
Corpora debentur, lethæi ad fluminis vndam  
715 Securos latices, & longa obliuia portant.  
Has equidem memorare tibi, atque ostendere coram,  
Iampridem hanc prolem cupio enumerare meorum:  
Quo magis Italia tandem lætère reperta.

AC VELVTI IN PRATIS] Il. β. δατα τε φύλλα καὶ ἀνθεα γίνε' ἄρη, ἵδτε μύθων ἐδνέων ἔδνεα πόνηρα, αἱ τε χεῖρ' αὐτῶν πομπῶν ἡλάσσουσαν ὄρη ἐν εὐαρινῇ, ὅτε τε γλάγ' ἀγρεα δ' ἀδει. Et Apoll. lib. 1. ὅς δ' ὅτε λείπει καλὰ πέλματα μάλιστα πέλμασι ἐκχέμεναι σιμῶν δ' ἀμφοῖ δὲ λειμῶν ἐρῶν γάνυ', ταὶ δὲ γλυκῶ ἀλλοτε τ' ἄλλον καρπῶν ἀμέρουσι πτωπυμέναι' ὡς ἀρα ταῖρα ἐνδιδέως ἀνέρας ἀμυρδίνου μένουσιν ἀπορῶντο, χερσὶ τε καὶ μύθοισιν ἐδνέοντο ἔχουσιν. Item Isocrat. ὡς ἀρα τῶν μέλιων ὄρωμεν, ἐν ἀπαντα μὲν τὰ βλασθήματα κερδίζουσιν, ἀρ' ἐκείνου δὲ τὰ χεῖρ' αὐτῶν ἀλλ' ἔχουσιν, οὐ τὴν δὴ καὶ τῆς παιδείας, &c. Quod & Lucret. ita reddidit: Florilegis vt apes in salubus omnia libant. ANIMÆ, QVIBVS ALTERA FATO] Alludere mihi videtur ad Platonis dogmata, qui statueret, scientiam nostram omnem, meram profus reminiscenciam esse, καὶ τὸ εἶδέναι εἶναι ἀναμνηστικόν, nec animam discere, sed recordari tantum, verum demersam in corporeum sepulcrum vel carcerem, καὶ νοητῶν corporis contage obliuisci, donec aut exculsa disciplina se colligat, aut vinculis exoluta materiæ ad se redeat. Quam tamen sententiam multis locis in libris primæ philosophiæ eludit Aristot. & lib. 3. de Animo, vbi περὶ διωσῶν καὶ παιδικῶν τῆς ψυχῆς μορίων, καὶ νοῦ διαφέρει, & assimilatur tabulæ inscriptiones quidem omnes suscipienti, prius nihil scriptum continenti, καὶ ἐνὶ ἑαυτῷ ἀπορῶν, ὅτι διωσῶν τῶν ἐν τῷ νοῦ, ἀλλ' ἐντελεχέας οὐδ' ἐν, καὶ ἂν μὴ νοῦ, δ' εἰ δ' οὐτως ὡς ἀρα ἐν γράμμασι τῶν, ὅ μὴ ἐν ἀπορῶν ἐκτελεχέας γράμμαμένον, eadem opera commentum Platonis de ideis, formis, & rerum substantiis à corporibus seiunctis ludificatus, religiosè post paulo stabilita, & agnita ea parte animi, quam νοῦ πομπῶν, & χερσῶν, ἀμυρδίνου, ἀμυρδίνου, καὶ τῆς οὐσίας ὄντα καὶ ἐργεῖα ἀφρῶν. LETHÆI AD FLVMINIS VNDAM] Hinc, credo, ducto argumento, aut certe consentiente, Romæ Erycis fanum fuit, vbi ea figura & figmento Amor postus stabat, vt eodem gestu facem vndæ immergere, & latices Lethæos propinare videretur, tali emblemate ἀντίτροπος dictus, quod agras ab antiore mentes sanare crederetur: cuius meminit Ouid. lib. 2. De remed. am. his versibus: Est prope Collinam templum venerabile portam; Imposuit templo nomina celsus Eryx: Est illic Lethæus Amor, qui pectora sanat, Inque suas gelidam lampadas addit aquam. Illic & iuuenes votis obliuia poscunt, Et si qua est duro capta puella viro. SECVROS LATICES] Vt Cicero securam recordationem dixit præteriti doloris: & Epigr. 3. σὺ δ' εἰ θέμις ἐν φθιμένοισι τῶ καίθης ἐπ' ἑσὸ καὶ πῆς ἀόματ'. Horat. Epod. Pocula lethæos vt si ducentia somnos, Arcena fauce traxerim.

O pater, ane aliquas ad cælum hinc ire putandum est  
720 Sublimes animas? iterumque ad tarda reuerti  
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?  
Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo,  
Suscipit Anchises: atque ordine singula pandit.  
Principio cælum, ac terras, camposque liquentes,  
725 Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra  
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus  
Mens agit molem, & magno se corpore miscet.  
Inde hominum, pecudumque genus, vitæque volantum,  
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.  
730 Igneus est ollis vigor, & cælestis origo

Semini-

Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,  
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.

QVÆ LVCS MISERIS TAM DIRA CVPIDO] Suprà in Georg. regnandi veniat tani dira cupido. Doctè notat Dion. Lambinus cupidinem masculinè semper ab Horatio hac significatione vsurpari. Obseruauit etiam Euripidem in Iphig. eandem significationem & ἀπορῶν dedidit: μέμνη δ' ἀπορῶν τῆς ἡλλοίων στρατῶ πλεῖν ὡς τὰ χεῖρα βαρβαρῶν ἐπὶ γόνα. Quin vt hic lucis cupido; Euripidi in Herc. εἰ δὲ τὸν θίου πῶδ' ἀπορῶν ἐρῶν μὲν & Sophocl. in Tyr. ἔλουμαι τὸν μαυγαίαν πῶδ' ἀπορῶν idem in Trach. τῆς δ' ἀπορῶν ἀπορῶν ἔκαστ' ἢ θεῶν βία. Lucret. lib. 3. sub finem: Quæ malâ nos subigit vitæ tanta cupido? — Et stitit æqua tenet vitæ semper hiantes. DICAM EQVIDEM, NEC] Lucret. 6. Expediam, neque te in promissis plura morabor. SPIRITVS INT. AL. TOT. INF. P. ART. MENS AG. MOLEM] Videtur Thalesis sententiam, & aliorum, qui animâ in toto mixtam astruebant, respicere, quam lib. 1. De animo Arist. refert: καὶ ἐν τῷ ὅλῳ δὲ πῆρας ἀντὶ τῆς ψυχῆς μεμῶσαι φασίν, ὅθεν ἴσως καὶ θαλῆς φησὶ πάντα πῶρῳ δεῶν εἶναι: Forlan autem & Anaxagoræ decreta, qui νοῦν principium posuit, & ἀνομοκρέτας: vt quæ hic Mens agit, sic Anaxag. τὸ πᾶν ἐκίνησε νοῦς: qui Anaxagoras mentem (vt & Hermotimus) causam mouentē & effectricem, καὶ τὴν καλῶς ἔχων ἀπορῶν statuit, vt lib. 1. Metaph. Aristot. diffinit, item in Philebo Plato docet piè admodum, vniuersum hoc non à temeraria quadâ potestate agi & ferri, sed ordine mentis rato certoque, vel ex ipso cælesti circuitu, siderumque conspectu sententia inexpugnabili, & sapientum auctoritate priorum, qui intellectum cali & terræ regem asseuerabant. LVCENTEM QVÆ GLOBVM LVNÆ] Sic Hesiod. λαμπρῶν σελήνῳ, & sære Hom. IGNEVS EST OL. VIG. ET CÆL. ORIGO] Lucret. 2. Denique cælesti sumus omnes semine oriundi, Omnibus ille idem pater est. Inde & heros ex disciplina Homeri in aquis mortem perhorrescebant, quod igneam animam extingui aqua crederent. Recurre ad superiorem locum ÆN. 1. O terque quaterque beati. Videtur autem poëta alludere ad Democriti dogmata, quem sequebatur Siron: qui quidem Democritus animam ignem statuebat & se maxima agilitate mouentem & aliud, vt docet Aristot. lib. 1. De animo. φασὶ γὰρ εἶναι καὶ μέγιστον καὶ πῶρῳ ψυχῆς εἶναι τὸ κινῶν, οὐδ' ἐν τῷ καὶ κινῶν αὐτὸ καὶ ἐν τῷ ἑαυτῷ κινῶν ἔσθ' ἡ κινῶν τὴν πῶν ψυχῆς οὐ τὸς ἑσθ' ἑαυτῶν εἶναι, ὅθεν δημῶνται μὲν πῶρ ἡ φεμῶν φασὶν ἀντὶ εἶναι, ἀπερῶν γὰρ ὄντων γήμῶν, καὶ ἀπορῶν τὰ σφαιροειδῆ πῶρ καὶ ψυχῆς λέγει, οὐδ' ἐν τῷ αἰεὶ τὰ καλῶντα ζῴματα, ἀ φαίνονται ἐν ταῖς διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἀκτίων, ὡν τῶν πανσπερμῶν συγκῆα λέγει τῆς ὄλης φύσεως.

Hinc metuunt, cupiuntque: dolent, gaudentque: nec auras  
Respiciunt clausæ tenebris, & carcere cæco.  
735 Quin, & supremo cùm lumine vita reliquit,  
Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes  
Corporæ excedunt pestes: penitusque necesse est  
Multa diu concreta modis inolescere miris.  
Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum  
740 Supplicia expendunt. aliæ panduntur inanes  
Suspensæ ad ventos. aliis sub gurgite vasto  
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.  
Quisque suos patimur manes. exinde per amplum  
Mittimur Elysiū, & pauci læta arua tenemus:  
745 Donec longa dies perfecto temporis orbe  
Concretam exemit labem, purumque reliquit.  
Ætherium sensum, atque aurai simplicis ignem.  
Has omnes, vbi mille rotam voluere per annos,  
Lethæum ad fluuium deus euocat agmine magno:  
750 Scilicet immemores supera vt conuexa reuisant:  
Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.

CLAVSÆ TENEB. ET CARCERE CÆCŌ] Alludit forsan ad illud Platonis σώμα ἡμῶν σῆμα. INFECTVM ELVITVR SCÆLV] Platonis κατὰ φύσιν decreta hic locus sapere videtur: qui aibi, & in Gorgia sub finem, apud inferos etiam hominum crimina expiabilia, & inexpiabilia describit, his ferè: εἰσὶ δὲ οἱ μὲν ἀφελόμενοι τε καὶ δίκῃ δειδόμενοι καὶ θεῶν, καὶ ἀνορῶντων. ἔτσι οἱ ἀνίσταμα ἐξ ὀφθαλμῶν ἀμάρτων, ὅμως δὲ οἱ ἀνορῶντων καὶ δειδόμενοι γήμῶν. αὐτοῖς ἀφελόμενοι καὶ ἐν τῷ ἀδύ, ἐν ἀδύ. οὐ γὰρ οἶον τε ἀλλοῖς ἀδικίας ἀπὸ ἀπὸ ἀπὸ. οἱ δ' ἀν τὰ ἔργα ἀδικήσασιν, καὶ διὰ ταῦτα ἀδικήματα ἀνάτοις γήμῶν, ἐν τούτων τὰ ἀδικήματα γίνε' καὶ οὐτὶ αὐτοὶ ἐκ ἐπὶ ὀφθαλμῶν εἰδέν, ἀντὶ ἀνάτοις ὄντες. ἀλλοὶ δὲ δεινῶν οἱ τούτοις ὄφθαλμοι, — ἡ ἀδικήματα δὲ ἀπορῶνται: εἰάντε ἰάσιν, εἰάντε ἀνάτοις δεινῶν, &c. QVIS QVÆ SVOS PATIMVR MANES] h

Vt &

Vt & pati furias dicimus. PERFECTO TEMPORIS ORBE] Empedocli. apud Arist. *πελομένη* A...

- 755 Aduersos legere, & venientum discere vultus. Nunc age, Dardaniam prolem quæ deinde sequatur...

TVRBAMQVE SONAMTEM] Suprà de Harpyis: Turba sonans prædam pedibus circumuolat vncis. ADVERSOS LEGERE] Catull. Ille mi par esse deo videtur...

A temperabo tamen mihi, quin eo periculo lectorem admoneam, coniugata omnia, quæ supini, participiorum, verbalium nominum sunt ab eo verbo, tam simplici, quam cõposito...

- Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis; Et Capys, & Numitor, &, qui te nomine reddet, Syluius Æneas, pariter pietate, vel armis...

C REGNANDAM ACCEP. ALBAM] Passiue, vt suprà, regnata Lycurgo: & infra, regnata per auia, more Græcorum, qui ἀνάσσειν, βασίλειον, περιφέρειν, καθ' ἑαυτοῦ dicunt...

- Quin & auo comitem sese Mauortius addet Romulus: Astaraci quem sanguinis Iliæ mater Educet. viden, vt geminæ stant vertice cristæ?...

GEMINÆ STANT VERTICE CRISTÆ] Græci à geminis cristis ἀκορφοῖς & διλοφοῖς vocant. SUPERVVM IAM SIGNAT HONORE] Signat, Græcis σημειοῦται, insignit. Theologi quoque Græci ad sacra mysteria vsurparunt: Nazanz. σημειοῦται ἡ ψυχὴ καὶ σῶμα χειροματῶν καὶ πνεύματι...

partu, certè & Aristoteles 1. Eth. non paruum felicitati esse adminiculum & subsidiū & τεννίας quo- A que docet, sed nec αὐτεπωνον felicem omnino dici posse; carentiam enim externorum bonorum felicitatem ipsam inquinare: ἐπίων δὲ πτωχόμενοι ὑπάρχουσιν τὸ μακάριον, οἷον διζυρείας, ὑστενίας, κἀλλες ἢ πάροι & δαμνοῦντες ὁ πτωχὸς ἰδὲν παρὰ τὴν ἡδονήν, ἢ δυστυχίαν, ἢ μισοῦσιν καὶ ἀτεκνῶν, ἐπὶ δὲ ἴσους ἦσαν, εἰ πὸς πάροι καὶ παύσης εἶεν, ἢ φίλοι, ἢ ἀγαπῶντες τεινίας. OMNES SVPERA ALTA TENENTES] Καί τινες δ' αὖματ' ἔχοντες.

Huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem, Romanosque tuos. hic Cæsar, & omnis Iuli Progenies, magnum cæli ventura sub axem. 790 Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpius audis, Augustus Cæsar diuūm genus, aurea condet Secula qui rursus Latio, regnata per arua Saturno quondam, super & Garamanthas, & Indos 795 Proferet imperium. iacet extra sidera tellus, Extra anni, solisque vias, vbi cælisfer Atlas. Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. Huius in aduentu iam nunc & Caspia regna. Responsis horrent diuūm, & Mæotica tellus, 800 Et septem gemini turbant trepida ostia Nili. Nec vero Alcides tantum telluris obiuit: Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erymanthi Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu: Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis, 805 Liber agens celfo Nysæ de vertice tigres. Et dubitamus adhuc virtute excedere factis? Aut metus Aufonia prohibet consistere terra?

ΑΥΓΥΣΤΥΣ ἑἰς ΔΙΥΥΜ ΓΕΝΥΣ] δῖον γένος, sæpe Hom. & Poëtis. SOLIS QVE VIAS] Sæpe Apollon. σελήνας, & ἡελίοιο κελάρους. HORRENT DIVVM] φοβήθησαν. TURBANT TREP. OSTIA NILI] Sic & absolute & neutraliter Lucret. lib. 2. Corpora quæ in solis radiis turbare videntur. Eadem quoque forma extulit & Tacit. lib. 3. Neque decorum principibus, si vna alteraue ciuitas turber, omiffa vrbe, &c. Sic apud Eurip. Supp. παρέσταν προ τεινίας ἀξί accipi videtur: ἀ μέλαι μελέων ματέρεις λοχαγῶν ὡς μοι ὕψ' ἦπατι δέμα χλοερὸν παρέσταν. Et Lucret. 6. Dissimiles inter se res turbareque mistas: & 5. finit hæc violentis omnia verti Turbinibus; finit incertis turbare procellis. Sed & Nilum septemgeminum. vocat Catull. Siue qua septemgeminus colorat Æquora Nilus. NEC VERO ALCIDES TANT. TELLVR.] Vnde & vagum Herculeum Horat. Et Pind. Isthim. δ' ὅς ἐλυμτονδ' ἔβη, γαίης τε πάσης καὶ βαυονκρήνινυ πολιᾶς ἀλδς ἐξ ἄρον θέναρ, &c. Plutarchus quoque ἐν Ῥωμαίων. est auctor, ab erroribus Herculis manasse, vt pueri iuraturi Herculem ἐ τεκτο in apertu sub Iouem progredierentur, significante symbolo, deum hunc domestici otij osorem, orbem pendētōtum victoris vagum peragrassè, & repurgassè, his verbis: διατί τοὺς παίδας, ὅταν δυνύωσι τὸν ἡεσμῆα καλῶσαι ἑσὸ εἶναι τοῦτο ποίειν, καὶ κελάρουσι εἰ: ὕπαυρον ἀρετῆνας; πύτερον ὡς ἐνίαι λέρουσι, ἐκ ἀκουρίας τὸν ἡεσμῆα χάρειν, ἀλλὰ καὶ ἀρετῆνας βίω, καὶ θυραυλικῆς νομίζοντες; ἢ μάλλον ἐπὶ ἡῶν ἐκ ἐπὶ γαίης αὐτῶν, ἀλλὰ σπῆραδων ξένῶν. ÆRIPEDEM CERVAM] Sunt qui æripedem pro æripedem accipiant. Alij, vt ab Homero, καὶ ὄχουσι πτύονατο χαλκίποδ' ἴππο. Il. 9. & de tauris Ææτα Apoll. lib. 3. καὶ οἱ χαλκίποδας ταύρους κάμει, χαλκῆα δὲ σθέν' ἰδὲ σθέν' ἐκ πύρδς, &c. qui & χαλκόνυχος. Sophocl. quoque in Elect. χαλκίποδα ἐένωυ vocat: Pindarus quoque æripedes tauros Colchicos dixit, καὶ βίωας οἱ φλόγ' ἑσὸ ξανθῶν γῆυ — ὡν πύον χαλκίποδοι πύρδς, χαλκῆας δ' ὀπάας ἀράσαστον γῆυ ἀμειβόμενοι & Aristoph. in Equit. χαλκίποδοι ἑσὸ πῶν κτύπῶν. & Calab. lib. 6. vbi de gestis Herculis agit, hoc huic ceruæ epitheton assignat: καί μιν δ' ἑσὸ πύον δὴ πύδας. IVGA FLECTIT] ἰώιος ποσει, Eurip. Vt autem, celfo Nysæ de vertice, Apollon. lib. 2. Bacchum νυσῆιον ἕνα vocat. Catull. Sæpe vagus Liber Parnassi ἐ vertice sommo Thyndas effusus euantes crinibus egit.

Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ Sacra ferens? nosco crines, incanaque menta 810 Regis Romani, primus qui legibus urbem Fundabit, Curibus paruis, & paupere terra

Missus

Missus in imperium magnum. cui deinde subibit; Otia qui rumpet patriæ, refidesque mouebit Tullu. in arma viros, & iam defueta triumphis 815 Agmina. quem iuxta sequitur æstantior Ancus, Nunc quoque iam nimium gaudens populumque vis & Tarquinius reges, animamque superbam Vltoris Bruti, fæcesque videre receptos? Consul is imperium hic primus, fæuasque secure 820 Accipiet, natosque pater, noua bella mouentes Ad pœnam pulcra pro libertate vocabit Infelix: vt quinque ferent ea fata minores: Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupiditas.

B INCANA MENTIA] Catull. Smyrnam incana diu sæcula prouolliet: supra: barbas, incanaque menta, de hircis. IÆSTANTIOR ANCVS] De Ancō honorificè lib. 3. Lucret. Lumina sis oculis etiam bonus Ancus] inquit, Qui melior multis quàm tu fuit, improbe crebus. Quod autē gaudentem popularibus auis] inquit, videtur ex Euripide circumlocutione δημοκρατῆων vertisse: qui de Vlyste in Hecub. ἐπὶν ὁ πύον ἀφρον κοπίς, ἡδύλογο, δημοκρατῆων λαμπράδης πείδη εσπῆν, vbi alij δημοκρατῆων scribunt, hoc est, δημοκρατῆων, & κενόδοξαυτῶν. Ancum autem primum Fortune templum Romæ fundasse est auctor Plutarch. in lib. De fort. & virt. Rom. his verbis: ἐσὸτ' ἑμὲν γὰρ ἰδρύσατο τύχης ἱερὸν μετὰ τὸν ἀγῶνα θυραυλικῆς, καὶ τέταρτον δὲ τὸ Ῥωμαίου γένουσι βασιλῆος, καὶ τὰς πῶν τῶν χυλῶν τῆ ἀνδρία παρῶν ἡμῶν, ἢ πλείον ἐἰς τὸ νικῆν τύχης μέτεσι. SÆVAS QVE SECVRVS] Proper. Tunc animi venere Decij, Brutique secures. De securibus autē, & magistratus insignibus hæc Plutarch. ἐν Ῥωμαίων. διὰ τὴν ἀρετῆων αἱ Ῥώδων σιωδεδεμένας ἀρετῆων πύλας ἑσὸτ' ἑμῶν; ἀπύτερον ἐπὶ σύμβολον ἐσὸ τὸ μὴ εἶναι ἀρετῆων ἐπὶ καὶ λαυμένινυ τῶν ἀρετῶν τὸ ἀρετῶν, ἢ διατελεσῶν καὶ μέλλουσιν ἑμπετοῦ τῆ ἀρετῆ, τὸ λύν ἀρετῆ τῶν Ῥώδων ποικίλης ἀρετῆς μεταγρῶναι ἀρετῆς καλῆς ἐπὶ δὲ τῆς καλῆς τὸ μὲν ἰσχυρὸν ἐσὸ, τὸ ἢ ἀπύτερον, αἱ μὲν Ῥώδων νουδεδεσῶν τὸ μεταδεδεσῶν δυνάμειον, αἱ δὲ πελέκεις ἀπύδουσι τὸ ἀπύδουτον. INFELIX, VTCVNQVE FER. EA FATA MIN.] Scire licet, tantam fuisse pœcis patribus in liberos potestatem, vt in eos citra iudicium capere possent. Vnde Valerius lib. 5. Bruti animi latus exemplum Cassius, filium, qui tunc pœcis abis ἡστανίαν legem primus tulerat, postquam illam potestatem deposuit, adhibito propinquoꝝ & amicorum consilio, affectati regni crimine domi damnauit, verberibusque affectum necari iussit. Eam tamen effusam potestatem reuocatum constat lege Inauditum, II. ad leg. Cornel. de fcar. nec id temerè, cūm & in seruos crudum immanèque dominorum imperij coercitum humanitate legum fuerit. VINCEAT AMOR PATRIÆ] Nimirum & Plutarch. in Polit. præcep. ex poëta aliquo, ἀρετῆς καὶ ἀρετῆων ἑμῶν τὸ ἀναφρονῆσαι, φιλῶ τῶν, ἀλλὰ πύδων ἑμῶν μάλλον φιλῶ. Valerius lib. 5. cap. 8. sub titulo, qui seueri aduersus liberos, tragice huic asperitati patrocianans, Exiit, inquit, patrem, vt consulem ageret, orbisque viuere, quam publice vindictæ deesse, maluit.

Quin Decios, Drufosque procul, fæuumque securi 825 Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum. Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis, Concordes animæ nunc, & dum nocte prementur; Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ Attigerint, quantas acies, stragemque ciebunt! 830 Aggeribus focer Alpinis, atque arce Monæcci Descendens, gener aduersis instructus Eois. Ne pueri, ne tanta animis astuescite bella: Neu patriæ validas in viscera vertite vires: Tuque prior, tu parce; genus qui ducis olympo: 835 Proiice tela manu sanguis meus.

PARIBVS QVAS FVLGERE CERNIS IN ARMIS] Infrâ lib. 9. paribus non inuidet armis. SILUMINA VITÆ] Imitatione Lucretij lib. 10. Vnde animale genus generatim in lumina vitæ Redducit Venus. Sunt tamen qui hic lumina vitæ, malint ex eodem Lucretio: vitæ cūm limen iniret; & limen leti, apud eundem: aded vt emendandus mihi videatur locus ille eiusdem Lucretij lib. 1.



lib. 1. ubi de Epicuro, Ipse Epicurus obit decurso lumine vitæ: nam pro lumine lumine omnino legendum existimo. Curvum enim videtur decurrere lumen vitæ: est enim luminis & ignis decurrere potius quam decurri. Præterea decurrere limen transfertur elegantius à spatio & curriculo hippodromi, ut partem pro toto accipiamus: nam limen pro carceribus & ipse Maro supra usurpavit: Corripunt spatia auditu, limenque relinquunt. ARCE MONŒCI Tacit. lib. 19. Ann. Monæci meminit. Fabius Valens è sinu Pifano sæuitiæ maris, aut aduerfante vento portum Herculis Monæci depellitur. Hinc scilicet ducto Herculi nomine, quod (ut interpret docet) communem cellam cum alio deo repudiaverit, & ex augurali effete disciplina suam deorum cuique ædem dicare: ut constat ex illo Valerij lib. 1. In qua cum Marcellus quintum consulatum gerens templum Honori & Virtuti, Clastidio prius, deinde Syraculis potitus, nuncupatis votis debitum consecrare veller, à collegio pontificum impeditus est, negante vnam cellam duobus diis rectè dicari. futurum enim, si quid prodigij in ea accidisset, ne dignosceret utri rem diuinam fieri oportere, nec duobus, nisi certis diis, vnâ sacrificari solere. Ea pontificum admonitione effectum est, vt Marcellus separatis ædibus, Honoris ac Virtutis simulacra statueret. PROIICE TELA MANV] Subest vis quedã huic verbo. Cæsar lib. 3. Bel. ciuil. Cum plures arma proiicerent, ac fugæ simile iter videretur. Hom. II. 5. χειρὸς δ' ἐμβαλεν ἔγχυτο. Græci ῥίπτεν ὄπλα, vnde ῥίπτασι.

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho Victor aget currum cæsis insignis Achiuus. Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas, Ipsumque Æaciden, genus armipotentis Achilli, 840 Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineræ. Quis te magne Cato tacitum, aut te Cossæ relinquat? Quis Gracchi genus? aut geminos, duo fulmina belli, Scipiadas, cladem Libyæ? paruoque potentem Fabricium? vel te sulco Serrane ferentem? 845 Quo festum rapitis Fabij? tu maximus ille es, Vnus qui nobis cunctando restituis rem.

CAPITOLIA AD ALTA CORINTHO—ERVET ILLE ARGOS, &c.] Vide Pontanum in Anton. hunc locum contra Hyginum & Gellium defendentem. Extat autem de excidio Argorum elegans Epigramma lib. 1. ἀργὸν ὄμιμον ἐμὲ καὶ ἑλλὰδ' ἰερὸν θύρας, καὶ χροσὴν τὸ πάλαι ἀρσέει ἀριόπολι, ἐσβέσαι ἠρώων κείνων κλέει, οἱ ποτε τοιοῦτος ἤρειψαν καὶ γῆς θεοδύουον εἴσανον ἀλλ' ἢ μὲν κρείστων ἐξίπλους, αἱ δὲ προσδοσάει δέινουδ' ἀμύκων αἴλια βουκολλῶν. Item eod. lib. de euerfione Corinthi, ποδὸ τὸ σπείλεπτον κἀλλο σέο δαρι κέουδτε, ποδ' σφράσαι σφύργων, ποδ' τὰ πάλαι κτέανα; ποδ' νηοὶ μακάρων, ποδ' δόματα, ποδ' δὲ δάμυρες σισύφια, λάωνδ' αἰ ποτὲ μεσάδες; καὶ δὲ γ' ἐδ' ἴχνη πολυκάμμορε σέο λέλειπται, πάντα δ' συμμάριαι ἐξέφαρχ πύλαμε, κοῦμαι ἀπόρθητοι νηπιίδες ὠκεανοῦ ποδρα σὸν ἀχέων μίμνομον ἀλλυόνες. De Mycenis autē sunt & eodem libro hi quoque versus: εἰ καὶ ἐρημαῖν κέχρημαι κύνες ἐνθα, μνηστή, εἰ καὶ ἀμαρτοσύνη ταντος ἰδέιν σκαστέλι, ἴλου τὲς καθορῶν κλεινὴν πύλην ἢς ἐπάπτοι τείχεα, καὶ ἀριέμυ πάντ' ἐκένωσα δέμον, γνῶσεται ἐνθα ὅσον πᾶρ ἔειπνον, εἰ δὲ με γῆρας ὕβελισεν, ἀφροδίτη μάρτυρι μαινοῖδη. Quantum autem ad Lucium Mummiū Corinthi euerforem, quem hic significari sentiunt interpretes, & auorum Troiæ vltionem, non debet lectorē ob leporem latere Græcum Epigramma lib. 3. τὸν μέγαν ἀφροκίεωνδον ἀχαιϊκὸν ἐλλὰδ' ἄςραν, καὶ διπλὴν ἰδὲ μὲν σὺν προφον ἠῖνα λάου ἐσθελίξαι, ἀφροκίηται δὲ νεκρῶν ὄσαι σαρδεις εἰς ἐπέχει σάπλαι, τὸς δὲ δέμον ἀριέμω ποδὶ ἀρσίνων ἀρχαῖους ἀλλυόνες κτερέων νόσφισον αἰνεσάδαι. TEMPLA ET TEMERATA MINERÆ] Calab. v. cum inimica numina flagranti Troiæ infultarent, ἀλλ' ἢ μὲν ἐδ' αὐτῆ ἐσφραν προτογῆναι πᾶμπαν ἀδακεις ἔλεω, ἐπεί ρα οἱ ἐνδεδι νηοὶ χροσάνδρηυ ἴχνηυον ἰλλέει ὄβεμει ἴδες θυμοδ' ἠδὲ νόου βεβωλημένω, ἢ δὲ οἱ αἰγὸν εἰσπᾶσαι βάλει πῆμα καὶ ἀνέμυ τίσουτο λάβως. Græci autem Mineræ templum ἀδύλαιον vocant, vt Iunonis, ἠεράων. Est etiam ἀδύλαιον ἀφροκίητον ἀφροκίητον ποσειδωνιάτου κἀμπυ, teste Eustathio, καὶ τὴν ἴχνηυον ἴχνηυον. DVO FVL. BELLI SCIPIDAS] Cicero pro Corn. Balbo: Cum duo fulmina nostri imperij subitò in Hispania Cn. & Pub. Scipiones extincti occidissent: & Lucret. lib. 3. Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror, Ossa dedit terræ proinde ac famul infimus esset. Ita & duo lumina ciuitatis Cicero quoq; vt & Epig. lib. 3. Πασάφαι μινητὲ, &c. PARVOQUE POTENTEM] Horat. Viuitur paruo bene. S V L C O SERRANE SERENTEM] Sulcos legit Turnebus. Serranus autem, qui & Seranus, prius Atilius dictus, à serendo hoc cognomen fortitus est: vnde Plin. lib. 18. cap. 3. Serentem inuenerant dati honores Serranum, vnde cognomen.

Excudent alij spirantia molliùs æra: Credo equidem: viuos ducent de marmore vultus: Orabunt causas meliùs: cælique meatus

850 De-

850 Describent radio, & surgentia sidera dicent. Tu regere imperio populos Romane memento, (Hæ tibi erunt artes) paci que imponere morem, Parcere subiectis, & debellare superbos. Sic pater Anchifes, atque hæc mirantibus addit.

EXCVDENT ALSPH. MOL. ÆRA] Contrarium reddidit Horat. Quid sculprum infabrè, quid fufum durius effret. Hanc autem mollifet excudendi artem & loquendi formam Turnebus ad illud Callistrati retulit: εἶδες ἀν ὅπ καὶ σερὸς ἀν εἰς τὴν ποδ' ἰλλέει ἰχνηυον ἐμαλόητο. Vt autem, vltus duc. de m. m. vult. Lucret. 5. Et profum quamuis in acuta & tenuia posse Mucronum duci fastigia procuendo. Ducere vultus de, Itatuarium est vocabulum, & item fuforium, respondetque illi barbaro vocabulo, quod releuare dicimus. Apuleius lib. 1. Florid. modos omnes effigiandi complectens, de Alexandro: edixit vniuerso orbi suo, ne quis effigiem regis temerè assumularet are, colore, cælamine, quin ipse solus eam Polycletus are duceret, solus Apelles coloribus delincaret, solus Pyrgoteles cælamine excudat: quamuis codex excluderet habeat. HÆ TIBI SINT ARTES, PACISQUE IMPON. MOREM] Nimirum ciuili scientiæ totius potissimæ partes belli administradi, pacisque tenendæ & vtendæ ratione & solertia contineri videntur, cum bellum non alium finem quam sibi oppositam pacem spectare videatur, nec motus omnes bellici aliò, quam in quietem definire possint: vnde non tantum voluit pœta Romanum belli artibus præ cæteris gentibus, sed & pacis studiis & more excellere, vt assuetudine & institutione paci colendæ se dederet & consecraret. Scilicet & Aristoteles lib. 2. Pol. pugnans in Laconicam repub. Lycurgum notat, quod ciues ad bellum tantum victoriamque, non item ad pacis cultum instituerit & duxerit, vt qui felici successu sape prælium experientur, pacis autem otia ferre & ducere nescirent, vtpote ad virtutis partem non solidam, integritatemque virtutem conformati, & in otio languentes, & inuicem tumultuantes, his ferè verbis: ἀλλ' ἢ δὲ τῆ ἀσπιδέσει ποδ' νομοδέτι ἐπιπῆσειεν ἀντις, ὄπρ καὶ Πλάτων ἐν τὲς νόμοις ἐπιπῆσειεν ἀντις; καὶ μέρει ἀρετῆς ἢ σάσαι σάσαι εἰς ὅδ νόμων ἐστὶ τὴν ποδ' ἀλλυόνων ἀντι καὶ χροσὴν ποδ' ἰλλέει ἰχνηυον ἐμαλόητο. Vt autem hinc morem paci, in eandem partem accepit & lib. 8. Saturni gentem, haud vinclo, nec legibus, æquam Sponte sua, veterisque Dei se more tenentem.

855 Aspice, vt insignis spoliis Marcellus opimis Ingreditur, victorque viros supereminet omnes. Hic rem Romanam magno turbante tumultu Sistet eques, sternet Pœnos, Gallumque rebellem: Tertiæque arma patri suspendet capta Quirino.

860 Atque hic Æneas (vnâ namque ire videbat Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis: Sed frons læta parum, & deiecto lumina vultu) Quis pater ille, virum qui sic comitatur euntem? Filius? ane aliquis magna de stirpe nepotum?

865 Quis strepitus circa comitum? quantum instat in ipso est? Sed nox atra caput tristi circumuolat vmbra.

SPOLIIS MARCELLVS OPIMIS] ἀφροκίηνα vocant. SVSPENDET CAPTA QUIRINO] Quamuis Seruius agnoscat capta, maull tamen Passeratius varia, vt lib. 3. Georg. Et duo rapta manu, diuerso ex hoste trophæa. GREGIVM FOR. IYVEN. ET FVLG. AR. SED FRONS, &c.] Eth i versus sapiunt illos Eurip. in Phæn. de Parthenopæo, de quo Antigone de muris spectans ad pedagogum hæc: τὲς δὲ ἐτ' ὄμιλ' ἀμὲν μῆμα ζῆδου ἀρεῆς, κατὰ βόσρυχο, ὄμιμασι γοργὸς, εἰσὸν εἰν νειάις; παιδ. λοχίος. ἀντιγ. ὡς ἀρχὸς ἰνὸν ἔσθρο ποδὶ πᾶσιπο. ἀμφοτέρη; πᾶσι δ. ὅ δ' ἀπ' ἀφροκίηνα ἀταλάτης γόνω. Vt autem Poëta subdidit, Quis strepitus, &c. sic & Soph. in Tyr. πολλοὺς ἔχων ἀνδρας λοχίτας οἱ ἀνὴρ ἀρχηγέτης. SED NOX ATRA CAP. TRIST. CIRC. VMBRA] Suprà 2: Sed nox atra caua circumuolat vmbra. Eurip. in Hipp. σάτ' ἀμφοτέρων κρύπτε νηφέλαις & Æsch. σογία καὶ ἐπ' ἀχλύς τις πεπῶθη & Epig. 3. κωάνων διαπάτου ἀμφοτέρων νέω & Nicand. de morsis à phalangio, qui caligine & vertigine tentantur, καὶ δὲ σπεί προτάφοις & Calab. 8. ἀλλοῖ δὲ μιν ἀμφοτέρω νύξ.

Tum pater Anchifes lacrymis ingressus obortis. O nate, ingentem luctum ne quære tuorum.

h 4

Osten-

870 Ostendent terris hunc tantum fata, neque ultra  
 Esse sinent: nimium vobis Romana propago  
 Vifa potens superi, propria hæc si dona fuissent.  
 Quantos ille virum magnam Mauortis ad urbem  
 Campus ager gemitus! vel quæ Tyberine videbis  
 Funera, cum tumulum præterlabere recentem!  
 875 Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos  
 In tantum spe tollet avos; nec Romula quondam  
 Vlllo se tantum tellus iactabit alumno.  
 Heu pietas! heu prisca fides, inuictaque bello  
 Dexterâ! non illi quisquam se impunè tulisset  
 880 Obuius armato, seu cum pedes iret in hostem,  
 Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.  
 Heu miserande puer, si qua fata aspera rumpas:  
 Tu Marcellus eris. manibus date lilia plenis,  
 Purpureos spargam flores: animamque nepotis  
 885 His saltem accumulem donis, & fungar inani  
 Munere.

FVNERA, CVM TVMVLYM] Seruius, historicique auctores sunt funus Marcelli lectis sexcentis ornatum curatumque fuisse, hoc honoris genere à Græcorum consuetudine deducto, qui in funeratione, & funebri pompa sæpe tororum mentionem faciunt, vt Eurip. in Suppl. de Theæo, qui & armis Argiuorum cadauera receperat, & ritè sepeliuerat: *ἡ ἀστροσεγὴ δὲ νύξ, ἢ κάλυψε σάματι.* IN TANTVM SPE TOLLET AVOS] Sophocl. in Tyr. ἐλπίσιν ἐξείρειν, & ἐξείραδαι, & ἐς ποσὸν δὲ. SEV CVM PEDES IRET IN HOST. SEV SPVMANTIS EQU] asine est illud Hom. Od. ἀπὸ δὲ μὲν ἀφ' ἵππων ἀνδράσι μάρνασθαι, καὶ ὅτι καὶ περὶ τὸν ἔθνη. MANIBVS DATE LILIA PLE- NIS] Epigr. lib. 3. βάλλεδ' ὑπὲρ τύμβου πάλια κενά· vnde & Anacreon de rosa: τὰ δὲ χυροσθὸν ἀρκεί, ἢ νε- κροῖς ἀμύσει. Alludit, credo, Maro Marcellum lugens ad Græcorum morem, qui conspergere flo- ribus sepulcra ante diem morte immatura interceptorum solebant, referentes ad momentanei vi- goris & æui breuitatem, quæ flores carpit, humanos casus, vt constat ex epistola Græca Petales ad Simalionem, vbi obiectat illa amanti, lacrymis quidem se ab eo rigari ac perlui, corollis que & flo- ribus, vt intempestiuos tumulos, consterni, necessariis autem muneribus profusus destitui, his ver- bis: ἐγὼ δὲ ἢ τάλαινα θρήνησθαι οὐκ ἐρρωσὶ ἔχω; στεφάνια μοι καὶ ῥόδα ὡσπερ ἀώρω τάφῳ πέμπει· quamuis non inconsideratè alij ἄωρον τάφον, sepulcrum exoletum, παρετὸν, cariosum, sentum, & victum accipiant, vt quod renouare, interpolare, & floribus veluti fucare antiqui solebant. FUNGAR INANI MUNERE] Nempe quòd officium honorarium illud Anchisæ ἀποστέπαιον non esset, nec ad aucten- dendum Marcelli fatum quidquam proficeret. Vide eum locum Æn. 11. vano mæsti comitamur honore. Certè pari sententia Eurip. in Iphig. in Taur. videtur dixisse, δ' ἐσπιν' ἐξ αὐδάσῳ τὰν ἐν θρήνης μούσῳ, νέκυσθαι μέλειον, τὰν ἐν μοιπαῖς αἰδάσθαι ἄνθρα παλιάνων.

fic tota passim regione vagantur  
 Aëris in campis latis, atque omnia lustrant.  
 Quæ postquam Anchises natum per singula duxit,  
 Incenditque animum famæ venientis amore:  
 890 Exin bella viro memorat quæ deinde gerenda,  
 Laurentesque docet populos, urbemque Latini:  
 Et quo quemque modo fugiatque, feratque laborem.  
 Sunt geminæ somni portæ: quarum altera fertur  
 Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris:  
 895 Altera candenti perfecta nitens elephanto:  
 Sed falsa ad cælum mittunt insomnia manes.  
 His vbi tum natum Anchises, vnaque Sibyllam  
 Prosequitur dictis, portaque emittit ebuma:

Ille

Ille viam fecat ad naues, sociosque reuifit.  
 900 Tum se ad Caietæ recto fert littore portum:  
 Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.

SVNT GEMINÆ SOMNI PORTÆ] Ex Hom. Od. τ. ἵπει δὲ ὄνειροι ἀμύχανοι ἀκεστόμωδοι γίνονται, ἀλλὰ πᾶντα τελείει ἄνθρωποι. διαὶ γάρ τε φύλαι ἀμνησίων εἰσὶν ὄνειρον· αἱ μὲν γὰρ κεράσαι τετλόχευ, αἱ δ' ἐλέ- φοντι· ἥ δ' οἱ μὲν κ' ἐλδοσι διαὶ κριστοὶ ἐλέφαντες, οἱ δ' ἐλεφαίρον] ἐπέ ἀεράωτα φέροντες· οἱ δὲ διαὶ ξεσῶν κε- ράων ἐλδοσι δύεζ, οἱ δ' ἐπιμα κραινώσει, βροσθ' ὅτε κέν τις ἴδῃ. Ad quas geminas portas alluditur Epig. lib. 3. ὁ μέγα βασιλιάδω σφοδρὸν σφείπυσον ὄνειρον, ἢ ἔπειδὸν κεράων, εἰ δ' ἐλέφαντες ἔφει. Et apud Plat. in Charm. lib. 3. ὁ ἐφ' ἑσθλὸν τὸ ἔμψυχον, εἴτε διαὶ κεράων, εἴτε δὲ ἐλέφαντες ἐλάλυθεν. Colaihus: διαὶ τὸ φύλαι αἰξὸν ὄνει- ρων, τὴν μὲν ἀμνησίων σφάρον ἀπλάμπετο κλισίῳ ἐνθεν ἀναθρώσκουσι θεῶν ἡμερτέες ὄμοφαί. Alludit & ad has por- tas Prop. lib. 4. in somnio. Nec tu sperne piis venientia somnia portis: Cum piâ venerunt somnia, pondus habent. Et Plato has etiam poeticas portas in Charmide videtur agnoscere, his verbis: ἀκουε δὲ ἐφ' ἑσθλὸν τὸ ἔμψυχον, εἴτε διαὶ κεράων, εἴτε δὲ ἐλέφαντες ἐλάλυθε. Vide autem Arist. lib. De somn. & vig. & diuin. per somn. VFRVS DATVR EXITVS VMBRIS] Theocr. in Europa: εἴτε καὶ ἀπὸ κέρας πημάνει] ἐν ὄνειρον. PORTAQVE EMITTIT EBVRNA] ἀπὸ πέμπει. Hom. Il. ω. ὄμοφαινοντ' ἀνὰ θυμὸν ὄπως κεράων βασιλιάη νηὶν ἀπὸ πέμπει λαδῶν ἱεροῦς πύλασφους. Cum autem Seruius per portam cor- neam oculos innui monet, credo eum duci Empedoclis decretis, qui, vt docet Aristot. lib. De sens. vult visionem committi per radios, & emicantis cuiusdam ab oculis ignis effusionem, non secus quam à laterne cornu lumen emitti solet, his versibus, quibus est initium, ὅς δ' ὅτε τις ἀφ' ὀφθάλμου γέγον ἀπὸ λατο λάχρον χειμῆλιον διὰ νύκτα πρὸς σέλας αἰδομένοιο. ILLE VIAM SECAT AD NAVES] Græca imitatione: Eurip. in Phœn. ὁ τὴν ἐν ἀστροῖς ἐξ αὐτῶν τέμνων ὁδὸν ἦλπε· & Epigr. τέμνω πτόρον. Ipse quoque alibi scindere viam dixit. Et Plato leg. ζ. καὶ δὲ ἀπὸ ὁδοῦ τέμνω] καὶ ἀπὸ ἰστέον· & eodem, τὴν νῆα ἐν ἥρῃ παρόντων λόγων τετμημένω ὁδὸν τῆς νομοθεσίας· & Epig. 7. πὰρ κρημνὸν τέμνω πτόρον. Catull. Noua flumina temeti placido viam secabant fluitantia fonitu: & Aristoph. ἐκκλ. διὰ μέσω γὰρ αἰθέρι τήμων κέλευθον πύλα τιθήμη ὑποσφύρον.

P. V. MA.

P. V. MARONIS ÆNEIDOS LIBER SEPTIMVS.



LITTORIBUS nostris Æneia nutrix Æternam moriens famam Caieta dedisti: Et nunc feruat honos sedem tuus: ossaque nomen Hesperia in magna (si qua est ea gloria) signat. At pius exequiis Æneas ritè solutis, Aggere cõposito tumuli, postquam alta quierunt Æquora, tendit iter velis, portumque relinquit. Aspirant auræ in noctem: nec candida cursum Luna negat. splendet tremulo sub lumine pontus.

AT PIVS EXEQVIIS] Exequi profunere antiqui vsurpabant, quod cadaver elatum fererentur multi: vnde & exequiae, quæ εντάφια Græcis dicuntur. Vide Turneb. ASPIRANT AVRAE IN NOCTEM] Crebra est mentio apud Casarem auræ nocturnæ in navigatione. SPLENDET TREMVLO SVB LVMINE PONTVS] Apollon. de Argo: οράσθη δ' ὄψ' ἠελίου σολογί τῆς ἑσπῆς. Vt autem splendere sub tremulo lumine dixit, saepe Lucretius tremorem splendorem vocat. Dum tremor est clarus, dum cernitur ardor eorum: Idem; Sub terris ideò tremulum iubar hæsitat ignis. Ignis siquidem, cui ἰσχυρὰν astra putarunt Platonici, tremulas esse flammias leuitate & calore constat: vnde in Pharmac. supra, Corripuit tremulis altaria flammis: Et Propert. Armorum radiis picta tremebat aqua.

- 10 Proxima Circææ raduntur littora terræ: Diues inaccessos vbi solis filia lucos Affiduo resonat cantu, tectisque superbis Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum, Arguto tenues percurrens pectine telas. 15 Hinc exaudiri gemitus, iræque leonum Vincla recusantum, & fera sub nocte rudentum: Setigerique fues, atque in præsepibus vrsi Sæuire, ac formæ magnorum vlulare luperorum. Quos hominum ex facie Dea sæua potentibus herbis 20 Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum. Quæ ne monstra pij paterentur talia Troës, Delati in portus, neu littora dira subirent, Neptunus ventis impleuit vela secundis, Atque fugam dedit, & præter vada feruida vexit.

PROXIMA CIRCÆÆ] Sic Apollon. 4. ποτιμὴ παρεμύθησεν ὄχθας quod & ὠρεμπίειν dicunt. Totus autem hic locus ex Homeri est imitatione Od. lib. e. de Calypso. πῶς γὰρ ἐπ' ἐμαρθρῶν μέγα κλισίῃ, πηλοῖσ' ἐδ' ἰὼν κέδρου τ' ἀκρότατο δούρου τ' ἀνά νῆσον δδ' ὄδει, δαιμόνιον. ἢ δ' ἐνδον ἀειδέουσ' ἐπὶ κελῆ, ἰσὺν ἐπιγυμνῆν, χρυσέην κερκίδα' ὑφαίνου, ἢ ληθ' ἐπέεσσιν ἀμυροπέδῃσι πλεθόδοσσι, κληῖθρη τ' αἰγιόχοις τε, καὶ δρόσῃσι κυπέλασσι. De Circe autem Od. n. SOLIS FILIA] Hom. Od. e. de Calypso: νῆσος δὲνδρῆσσι, δεῖ δ' ἐν δώμασιν αἰτλαυτὸν θυγάτηρ. De Circes autem genitura varia est auctorum sententia, vt docent hæc interpretis Apollon. verba: κίρκη δὲ ἀδελφὴ, τινὲς δὲ θυγατὲρα φασὶν εἶναι. ταύτην δῖος ὁμιλοῖσιν ὡς θυγατὲρα αἰήτου καὶ ἑκάτης τῆς ἀρσέως, ἀδελφὴ δὲ μιν εἰσὶ λέγει. ἠλλῶ γὰρ φησὶν ἰσὺς γυμνέως δύο ἐν τοῖς ποταμοῖσι ζεῖντοίσι, οἳ ἀνόματα ἴω, ἄρσος, καὶ αἰήτης· τούτοις δὲ καταρχὴν τὴν γάλακτα, καὶ αἰήτην μὲν κολοχίους, καὶ μαιώτας, ἀρσέας δὲ τῆς παυσαῖης βασιλεύσασαι, καὶ γῆμι γυμναῖα καὶ ἔγχωρον πῆλα, καὶ γυμνέως αὐτῶν θυγατὲρα, ἢ ὄνομα ἐκείνη. οἳ δ' οὐκ ἔμφοι τινὲς ἐγχωρίας ἢ ἐκείτων φασὶν αὐτῶν γυμνέως ἀνδρῶν καὶ τῶν κωνηγητῶν, καὶ ἀπὸ τῶν θανατοῦσι μίξας ἀρεῖν, καὶ ἐμπεροτάτην γερονέειν ἢ τῆς δολιχητῆρον, καὶ ἢ ἰσὺς δυνάμενον, καὶ τὸν ἐαυτῆς πατέρα φαρμάκοις ἀποκτείναι. ταύτην γῆμιαδὲς περιπέσειαν εἰς κολοχίους αἰήτη τῶν περὶ ἀδελφῶν, ἀφ' ἧς γυμνέως κίρκη καὶ κίρκησαν· τὴν τε κίρκην ἀρσέως ἀρσέως ἀρσέως τὴν ἐαυτῆς μιντέρας, τὰ μὲν διαμύσασαν παρ' αὐτῆς, τὰ δὲ καὶ αὐτῆν ἐξ ἀρκηκίαν ποιεῖν τε καὶ δεῖν δὲ μὴ εἶναι δὲ νεοτέρας μὲν κίρκης, οὐχ ἠπομένω δὲ αὐτῆς. ταύτην γὰρ ὀδύνην ἠσίοδ' ὁ δὲ φησὶ τὴν κίρκην τῆς ἠλίας θυγατὲρα εἶναι. Multis autem verbis lib. 4. Apollon. Circes, Medæ, & Iafonis conciliū describit. Vrit odor, noct. in lym. cedrym] Ad hunc locum adducit illum Helychij Turneb. λαμπρῶς

λαμπρῶς, φέρῃσ' ὄψ' ἠελίου, λαμπρῶς, ἔφ' ἠελίου εἰς τὸ φατίζεν αὐτοῖς ἕρηδ' ἕληα καὶ δαδία. De Calypso Hom. e. πηλοῖσ' ἐδ' ἰὼν κέδρου τ' ἀκρότατο δούρου τ' ἀνά νῆσον δδ' ὄδει, δαιμόνιον. ARGVTO TENVES] Hic versus fuit à Virg. in Georg. vsurpatus. Argutum autem pectinem vocare videtur Poëta, vt radiam teptorium Græci κερκίδα vocant, ὅθεν τὸ κρέμειν, à strepitu quem inter texendum edit, vt ex Eurip. in Electra obseruauit: φασὶν. ἢ ἐστὶν εἰς τὴν γλῶσσαν ἰσχυρῶν κερκίδ' ὅτι γυναικὶς ἀν' ἐξυφασίᾳ σῆς — ἠλεῖται. εἰ δὲ κίρκη ἀρσέως, πῶς ἀνὰ τὸν ὄν παῖς, νύ τ' αὐτῆν ἀν' ἐχθρῶν vbi κρέμειν πέπλους δὲ κερκίδα ὑφαίνου. HINC EXAUDIRI GEMITVS] Ex Od. n. δῖον δ' ἐν βήλαρσι τετυγμένα δώματα κίρκης ἕσασσι λέσσοι περικέκληται ἐπὶ χόρῳ, ἀμφὶ δὲ μιν λυκοὶ ἵσαν ὀρέστροι, ἢ δὲ λέοντες, τοὺς αὐτῆ κατέβησαν, ἐπεὶ κινὰ σάσματ' ἔδωκε. Vt autem leonum gemitum, Hom. Hym. Ven. βαρυσφθόρον τὲ λέοντων. rudorè hic dat leonibus, vt Græci βρυχάσασ. SETIGERIQUE SVES] Lucret. 6. Setigeris subus acie venenum est. DEASÆVA] δεινὴ δεῖα, & δεινὴ, frequens Hom. INDVERAT CIRCE IN VLTVS] Seru. Corrumpebatur in illis sensus: animum namque idem manebat. οἳ δὲ σὺν τῷ ἔχον καρπῶδες, φανώτε, ἰσχυρῶς τε καὶ δέμας ἀνταρῶ νοδὸς ἠσίοδ' ὁ δὲ τὸ πάρος. Eurip. in Troad. λίγυσι δ' ἢ σὺν μορφοῦσιν κίρκη. Tali phrafi Lucret. lib. 4. Ac nos in fraudem induimus, frustramur & ipsi: & supra Georg. 1. cum se nux pluitima syluis Induit in florem. NEPTVNVS VENT. IMPL. VELA.] Sic Lucret. 5. Ventorum animas secundas: πνοῆς πηλοῦσιν, Eurip. vocat. vnde ἐκαστομένῃ, ferri secundo vento, & οὐρομένῃ, & οὐρομένῃ γαῖας. & B Orph. δδόνος ἀκρότατο πῆρῳσεν αἰήτης. Sed & vêtus secundus, perferens, & οὐροσ, φέρῃσ' ὄψ' ἠελίου. & Homero, ἰσχυρῶν ἀνέμων. Latini tamen non semper vtiq; secundam navigationem, vt ventum secundum, prosperam accipiunt, sed ad ordinem numerumque referunt, hoc est, si vento spirante & ferente nauis destituta fuerit, vt ad remigum operam confugiamus, vt Græci δδύτηρον πλοῦν, vt noui incommodè obseruasse mihi videtur Martyr in lib. Eth. 2. eo loco: ἦσ' ἡ ἀκρότατο μὲν ἐστὶν ἀμφοτέρωσιν, τὸ δὲ ἦσ' ὄψ' ἠελίου. ἐπεὶ οὐδὲ τὸν μετὰ τὸν κίρκης χαλεπὸν, κατὰ τὸν δδύτηρον φασὶ πλοῦν, τὰ ἑλὰ χρεῖα λιπήσῃσ' ἦσ' ἠελίου.

- 25 Ianique rubescebat radiis mare, & æthere ab alto Aurora in roseis fulgebat lutea bigis: Cum venti posuere, omnisque repedit resedit Flatus, & in lento luctantur marmore tonfæ. Atque hic Æneas ingentem ex æquore lucum Prospicit. hunc inter fluuio Tyberinus amceno Vorticibus rapidis, & multa flauus arena In mare prorunpiti. variæ circumque, supraque Affuetæ ripis volucres, & fluminis alueo Æthera mulcebant cantu, lucoque volabant: 35 Flectere iter sociis, terræque aduertere proras Imperat, & lætus fluuio succedit opaco.

AVRORA IN ROSEIS FVLG.] Hom. κροκόσπεπλος, & χρυσοῦσιν ἠέσ. MARMORE TONFÆ] Cat. Tenerumque vidit Attin prope marmora pelagi. LVCTANTVR] 8. En. remo vt luctamen abesse. ÆTHERA MVLCIBANT CANTV] Lucret. lib. 4. Et mundi speciem violare ferenam, Aëra mulcentes motu.

- Nunc agè, qui reges, Erato, quæ tempora rerum, Quis Latio antiquo fuerit status, aduena classem Cum primùm Ausoniis exercitus appulit oris: 40 Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnae. Tu vatem, tu diua mone. dicam horrida bella: Dicam acies, actosque animis in funera reges, Tyrrhenamque manum, totamque sub arma coactam Hesperiam. maior rerum mihi nascitur ordo: 45 Maius opus moueo.

NVNC AGÈ, QVI REGES ERATOV] Videtur hoc principium desumptum ex 3. Apoll. e. δ' ἠελίου ἐσπῆσιν, ὅθεν ἡ ἑσπῆς, καὶ μοι ἔνισται vbi interpret τὴν ἐσπῆσιν φασὶν ὄρεσθιν ἀρκηκίαν, ἀλλόγως δὲ ἀπὸ λῶνις μαιωρέως τὴν ἐσπῆσιν φασὶ τῆς ἀρσέως ἀρσέως, λέγω δὲ τὴν γαμικῶν, γάμις δ' ἀρσέως καὶ ὄρεσθιν ἐσπῆσιν. Cuius Apollonij exemplo ne imperitè & otiosè Virgilius videatur Erato hinc inuocasse, attendendum forsan est, ex Lauinia nuptiarum procreatione & ambitu, tanquam flabello, totum quod canendum Poëta suscipit bellum, exarsisse: quamuis auctorem interpret laudet non vulgarem, qui con-

tenderit,



tenderit, nihil interesse vnā an omnes Musas inuocet, quia πάσαι εἰσὶν οὐσὶ μάς ὅτε πῦνόμεν λέξαι. A Poëta etiam in Epigr. ὅσαι ἠοδῶν ἡ οἰαί, nullas cantandi amoris partes Erato videtur attribuisse his verbis, ὅσαι εἰς Διόνυσον ἔρατόν ποδὸν ἔρατο, ἑρ. ΤΥ VATEM, ΤΥ ΔΙΥΑ ΜΟΝΕ] Admonuit me Paterius, alludere poetam ad Monetam deam, matrem Musarum, quæ Græcis μημοσύνη. TYR- RHENAM QVE MANVM] Græci quoque χερσὶν pro copiis dicunt. Eurip. in Rhes. πᾶσι πῆλα πη- λυίας χερσὶ. MAIVS OPVS MOVEO] Tib. Seu tibi par poterunt, seu, quod spes abnuitt, vlti- Site minus, certeque canent minus, omne mouemus Hoc tibi, ne tanto careat mihi no- mine charta.

Rex arua Latinus, & vrbes

Iam senior longa placidas in pace regebat.  
Hunc Fauno, & Nympha genitum Laurente Marica  
Accipimus: Fauno Picus pater: isque parentem  
Te Saturne refert: tu sanguinis vltimus auctor.  
50 Filius huic fato diuūm, prolesque virilis  
Nulla fuit, primaque oriens erepta iuuenca est.  
Sola domum, & tantas seruabat filia sedes,  
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.  
Multi illam magno è Latio, totaque petebant  
55 Ausonia. petit ante alios pulcerrimus omnes  
Turnus auis, atausisque potens: quem regia coniux  
Adiungi generum miro properabat amore:  
Sed variis portenta Deūm terroribus obstant.

NYMPHA GEN. LAUR. MARICA] Dea litoris Minturnensium, iuxta Lirim fluiuium: vnde Horat. & innantem Maricæ litoribus tenuisse Lirim. Videtur autem alios Latini natales, quam Maro, Hesiodus reculisse in Theog. ἡλέου θυγάτηρ ἑσπριονίδου γένει δδναπήσ παλαστήρουσ ἐν φι- λότητι εἰς ἑσπρίον λατίνων ἀμύμονά τε, κρατερόν τε, οἱ δὲ τοι μάλα τήλας μυχῶν νησῶν ἱεράων τᾶσιν τερσσωσίαν ἀγα- κλυτοῖσι ἀνεκασον. Vnde & Maricam pro Circe Lactantius accipit. PARENTEM SATVR. RE- FERT] Apoll. 2. περὶ πα δ' ἡλέου γόνσ ἐμμεναί. SOLA DOMVM, ET TANT.] ἐπικληρίτην virginem significat: non quod orba aut parentibus aut gentilibus esset, sed quam vniuersum ius succedendi, aut tota hæreditas respiceret: in qua etiā significatione ἐπικληρίσ ab Aristot. in Polit. accipitur: item & 8. Ethic. ἐπικληροὶ γυναικῶν ἀρχουσι & Plutarch. οἱ χερματίων ἔνεκα λαμβάνοντες ἐπικληρίους, quibus πνε- κληρία, παμπερία, hoc est, ἡ πάσα κτήσις, & κληρονομία obuenit, aut obuentura est. Vide autē apud Ari- stot. lib. Pol. a. orta bella & seditiones ex nuptiali causā, propter orbas & benè doratas puellas. Vt au- tem hic matura viro, Plutarch. in Lycurgo πεπεροῖς ἢ ὀργώσας παρθένοῖς, maturas & virorum appeten- tes. Matura autem simpliciter, vt hic, γάμου ἀνάστα, & ἀεισ dicitur. Quod autem hic notat Seruius in iure pubertatē non solum ab annis, sed & corporis habitu spectari solitam, vt & supra eo Eclog. loco obseruauit, Alter ab vndecimo iam tum me ceperat annus, nescio an Romana omnino iura respexerit, cum marium quidem antiquo iure Romanorum, non item puellarum nuda corpora ex- plorarentur. Quod me mouet, vt credam Seruium Platonis leges potius respexisse, qui ita lib. De leg. 1. i. statuit, τὴν δὲ ποδὸν ἑξ ἡμίμου χρόνου συμμετρίαν τὴν ἢ ἀμείβαν ὁ δικαστὴς σκοπῶν κενότα, γυμνοῦς μὲν ποδὸν ἀρσένων, γυμνὰς δὲ ἡμπαλοῦ μέγχι δευόμενοι τὰς θυλάσας. Non omittendū item κερβάλλον à Græcis indicium Naturæ in pupis dici, & pilos in loco obscæno. MULTI ILLAM MAGNO È LATIO] Eurip. in Iphig. τᾶντι οἱ τὰ πρῶτ' ὠλισσαμένοι μηνσῆρες ἡλδον ἐλλὰ δσ νεαλίω & Pind. Pyth. Od. 9. τὴν μάλα πη- λοὶ ἀρεστῆς ἀνδρῶν ἀπρον σύγγονοι, πολλοὶ δὲ ἢ ξείνων, ἐπεὶ δαυτῶν εἰδσ ἐπλετο. Petere autem procati esse alibi docet Seru. & Catull. Non si se Iupiter ipse petat. Eurip. in Elect. πῦσ τὴν ἐπειδὴ δαυτῶν εἰχ ἦθεσ χρο- νσ, μηνσῆρες ἦ πτω ἐλλὰ δσ πρῶτοι χθονός & Calab. 1. πολλὰ δ' ἀχρόαντο κερ' οἰκία νοσῆσαντες τοῖσι ἀλόροισι ποδῶν λεχέουσι λαύται. Et Hom. Od. δ. Penelopen πολυμήστου βασίλειαν vocat, quæ à tot procis ambire- tur. ADIVNGI GENERVM MIRO PROPER. AMORE] Hom. Od. 5. οἱ δὲ γάμου ἀπὸ δαυτ.

Laurus erat tecti medio in penetralibus altis,  
60 Sacra comam, multosque metu seruata per annos:  
Quam pater inuentam, primas cum conderet arces,  
Ipse ferebatur Phæbo sacrasse Latinus,  
Laurentisque ab ea nomen posuisse colonis.  
Huius apes summum densæ (mirabile dictu)  
65 Stridore ingenti liquidum trans æthera vectæ

Obsedere

Obsedere apicem: & pedibus per mutua nexis  
Examem subitum ramo frondente pependit.  
Continuò vates, Externum cernimus, inquit,  
Aduentare virum, & partes petere agmen eisdem  
70 Partibus ex iisdem, & summa dominarier arce.

PENETRALIBVS ALTIS] Hom. Il. γ. μυχῶν δδου ὄηλοῖο. METV] ὄεισ, οἰονὲ δεσηδαιμονίξ. LIQVIDVM TRANS ÆTHERA] Suprà liquidū ignem dixit. OBSEDERE APIC. ET PED. PER MYT. NEX. EXAM.] Idem supra lib. 4. Georg. Iamque arbore summa Confluere, & lentis vnam deducere ramis. Vt autem hic pedibus per mutua nexis, Theocr. in Hel. ποσὶ ἀρεπλέτοις, aliàs ἀρεπλέσδω Eustathius βοτρηδὸν πῆξ εἰδσ λέρνται αἰ μέλισσαι, ἡρου ἐξηρημέται ἀλλήλων, ὡς αἰ ἔστ βοτρηδων ἴσος, ἀπὸσ δὲ τὸ βοτρηδὸν ἀσροφῶν πᾶσδὺς πρὸς σημαίνει. Recurre ad superiorem locum, vnam de- ducere ramis.

Præterea castis adolet dum altaria tedis:  
Et iuxta genitorem astat Lauinia virgo:  
Visa (nefas) longis comprehendere crinibus ignem,  
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari,  
75 Regalesque accensa comas, accensa coronam  
Insignem gemmis, tum fumida lumine fuluo  
Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis.  
Id verò horrendum, & visu mirabile ferri:  
Namque fore illustrem fama, fatisque ferebant  
80 Ipsam, sed populo magnum portendere bellum.

COMPREDERE CRIN. IGN. ATQVE OM. ORNATVM, &c.] Cæsar: flamma ab vtro- que cornū comprehēsa, naues sunt combustæ quinque. Sic & Eurip. de Glaucæ pharmacis Medea & dolo malo conflagrante, χροσὸς δ' ἀμοδὶ κερτὶ κέμινσ πᾶσασ δαυμασδὸν ἰσ νάμα παμπεδῶν ποδὸς, πῆ- σ πᾶσ ἢ λέπλοὶ σὸν τέλειον δαυρῆματα λδκλει δαυτῶν σάρκῃ τῆς ἀνοδᾶίμωνσ. TVM FVM. LVM. FVL. IN- VOL. ET TOTIS] Seruius, incendiū bellicum, inquit, significat: his enim duobus ab augurio di- stat Acanij, fumo, & asperzione flammaram, cuius prodigij fit mētio supra lib. 2. vbi & Ser. Ignis autem quo purior est, hoc ἀκαπτότερσ. Vide & illum superiorem locum lib. præcedente, Non ille faces, & fumea tedis Lumina: vbi & Seruium. Vt autem Vulcanum hic pro igne, Eutip. in Orest. πῶν ἀήραισον ἔρωτῶν vocat.

At rex sollicitus monstros, oracula Fauni  
Fatidici genitoris adit, lucosque sub alta  
Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro  
Fonte sonat, sæuamque exhalat opaca Mephitin:  
85 Hinc Italæ gentes, omnisque OEnotria tellus  
In dubiis responsa petunt. huc dona sacerdos  
Contulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti  
Pellibus incubuit fratris, somnosque petiuit:  
Multa modis simulacra videt volitantia miris,  
90 Et varias audit voces, fruiturque Deorum  
Colloquio, atque imis Acheronta affatur Auernis:  
Hic, & tum pater ipse petens responsa Latinus,  
Centum lanigeras mactabat ritè bidentes:  
Atque harum effultus tergo, fratrisque iacebat  
95 Velleribus: subita ex alto vox reddita luco est.

MEPHITIN] Mephitis vt dei, deæ ue, meminit Tacit. lib. 19. Ann. in excidio & incendio Cre- monæ, temporibus Vitellianis. Solum Mephitis templum stetit ante mœnia, loco seu numine de- fensum. ET CÆSARVM OVIVM SVB NOCTE, &c.] Vide Aristot. De diuinat. per somn. qui non videtur vsquequaque cum Académicis consentire: qui constituerunt diuina quædā somnia, quæ consopito corpore, vigilante anima, boni causâ hominibus apparere solent: quorum causam iudicant

iiidem Academici & Iamblichus animorum diuinitati ascribunt, quod hominis animum dicat diu-  
plicem habere vitam, alteram cum corpore, alteram ab illius commercio omnino semotam, vigi-  
lantesque homines vita illa vti, quæ animæ cum corpore est communis, somni verò tempore, ab il-  
la velut animi vinculis solutos, diuiniore vti vita, quæ & materia sui expers, & à generationis con-  
tagiis sit prorsus immunis: hinc fieri, vt dormientibus expergiscatur vitæ illius species per se per-  
manens, separabilis, separataque, siue diuina, siue intellectualis sit, futurorumque clara cernat ini-  
tia. Quamobrem antiquam medicinam primò multum somniorum prædictionibus conualuisse  
illi ipsi auctores sunt, & in fano Esculapij per somnium multos morborum causas edoctos profe-  
cisse. Quorum somniorum rationes Synefius mundano deo, Porphyrius dæmonibus tribuit, De-  
mocritus idolis, quæ nec immortalia penitus, neque citò intereuntia, sed quæ longa uia perdurent,  
vnde & sibi bonorum occursum idolorum solebat precari, quorum voce clara moneri sæpenumie-  
ro se quoque affirmabat. Vide Plutarch. de Socrat. dæm. Tangit quoque hanc per somnium diui-  
nationem Eurip. in Iphig. in Taur. οἱ πολλοὶν μέρων τὰ τε σφῶντα, τὰ τ' ἐπειθ' ἔσοιτ' ἐμείλλε πυρρῶν, ὅππυ κτ'  
δνοθερεῖς γὰρ, δινὰς ἐρεχθ' ον. Socrates quoque apud Platonē admoniti in somnis se narrat, esse sibi in-  
tra diem tertium moriendum: ἐδὲ τίς τις ἰσογυῖα παροτρύνουσα, καὶ δὲ εἰς εἰδῆς, λελία ἡμέτερα ἔχουσα, καὶ ἕσαι  
μα καὶ εἰπῆν, ἀ σάκερατες, ἡματὶ καὶ βυτὰ τῶ φθίνω ἐρεώλων ἰαοῖ. Dictata est quoque Athenis Herculi μύθη  
ædes, quod furti per somnium reuelasset cui Attico. Interpretes verò somniorum & coniectores,  
δνειροπάλαι, & δνειρομάντιες, & δνειροφρονες dicebant. Orpheus χρησμορδὸν δνειρον εἰρητοῖς vocat. O V I V M  
P E L L I B V S I N C V B V I T ] Apoll. i. μαλακοῖς δὴ κέσθη οἶόν. Videtur autem hic morem Maro respe-  
xisse Dodonæ syluæ fatidicæ, cuius sacerdotes πολλοὶ ab incubandò χερμακοτοῖ dicebantur: vt videre  
est apud Sophocl. in Trach. κινεῖται κινὰ τῶς πάλαι ἕμυθροε, ἀ τ' ορεῖων, ἢ χερμακοῖ τ' ἔγω Σελιδὸν ἐστῆ-  
δων ἀλοθ' εἰσερχαίμελλω σφός τῆς πατρῷας ἢ πολυγλώσσου θρυός. Qui sacerdotes etiam χερμακῆδες & χερμα-  
γωα dicebantur. Vide apud Seru. quid sit incubare Ioui. Pelles autem villosas & ouium, & verue-  
cum, quas hyeme lectis superponebant, κάρδια vocabant, vt φάδους, quas æstate. Hoc autem Maro-  
nis, Ouium pellibus incubuit, videtur manare ab illo Lycophronis, δερεῖς δ' ἡλίω τὸ μένον ἔχουσι μύθους  
χρησῆ καὶ ὄππυ πᾶσι νυκτερῆ φάπυ. I N C V B V I T ] Incubare dicuntur, inquit Seruius, qui dormiunt ad  
accipienda responsa. Plaut. in Curcul. Namque te incubare fatius fuerat Ioui, qui tibi auxilio in in-  
uentendo fuit. Nescio autem an hunc fatidicum incubitum respexerit Propert. hoc versu, Expe-  
rior somnum, & de te mihi somnia quero. S O M N O S Q V E P E T I V I T ] Tib. Non arces, non val-  
lus erat, somnumque petebat Securus varias dux gregis inter oues,

- Ne pete connubiis natam sociare Latinis
- O mea progenies, thalamis neu crede paratis.
- Externi veniunt generi, qui sanguine nostrum
- Nomen in astra ferant, quorumque à stirpe nepotes
- 100 Omnia sub pedibus, quæ sol utrumque recurrens
- Aspicit Oceanum, vertique, regi que videbunt.
- Hæc responsa patris Fauni, monitusque silenti
- Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus:
- Sed circum latè volitans iam fama per vrbes
- 105 Ausonias tulerat, cum Laomedontia pubes
- Gramineo ripæ religauit ab aggere classem.

GRAMINEO RIP. REL. AB AG. CLASSE] Cæ. Bel. ciu. lib. 3. Neque lignandi, neque  
aquandi, neque naues ad terram religandi potestas fiebat. Graecis autem λογγῶνες dicuntur saxa in  
portu, de quibus naues religari solent: & funem nauticum, quo nauis in littore religatur, πῆμα, &  
κρημνίσσον, τὸ ἀπόγειον χειρῶν Græci vocant. Propert. lib. 3. de Poeti naufragio: Nam ubi nocturnis ad  
*μισόζων, μέσση* — *ὁ μεσση* Græcis dicitur mediator, factor pacis, arbiter, & sequester. IVSTIS-  
 SIMVS VNVS, — DITISSIMVS ARVIS] Vnde & Hesiod. *πλούτη δ' ἀρετὴ καὶ κῆδ' ὁπιδεῖ.*  
 Sic & Hom. Od. σ. *δουλιχίησ' ἐὺντ' ἔμεν, ἀφνεόντε* & Il. β. *αἶδὲς ἠέτιων* — *ἀφνεός τε ἀμαδός τε, μέλισσα δὲ μὴ*  
*σφεν ἕκτωρ* quæ eò tendunt exempla, vt discamus, vt ille, *μόρις πινύων εἶναι δημοσίου ζώοντων.*

- 340 Quinque greges illi balantum, quina redibant  
 Armenta: & terram centum vertebat aratris.  
 Atque ea per campos æquo dum Marte geruntur:  
 Promissi dea facta potens vbi sanguine bellum

Imbuit,

- A Imbuit, & primæ commisit funera pugna:  
 Deserit Hesperiam, & cæli conuexa per auras  
 Iunonem victrix affatur voce superba.
- 545 En perfecta tibi bello discordia tristi.  
 Dic in amicitiam coëant, & fœdera iungant:  
 Quandoquidem Aufonio resperfi sanguine Teucros.  
 Hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas:  
 Finitimas in bella feram rumoribus vrbes:
- 550 Accendamque animos insani Martis amore,  
 Vndique vt auxilio veniant: spargam arma per agros.

QUINQUE GREGES ILLI BALANTVM] *Gregem* etiã dici de bobus non dubium est  
 & maioribus animalibus, etiã si hic distinxisse videatur. Certè Homerus Od. *μ. ἀγέλας* bobus tri-  
 buit, *σώας* ouibus: *ἐπὶ δὲ βοῶν ἀγέλας, τόση δ' οἶων πάσα κλά.* Eumæus subulcus Od. *ξ.* de Vlyssis heri  
 facultatibus, *διδάξει' ἐν ἠσπίδι ἀγέλας, τόση πάσα οἶων, τόση σὺν σὺβόσῃ, τόσ' αἰπύρια πᾶσι τ' ἀγῶν βοσκουσι*  
 qui versus Il. λ. repetitur sub persona Nestoris. Nec absurdum illud Il. υ. vbi Homerus diuitias Erich-  
 thonij commendat, non ab auri cumulo metallorumue, sed ab armētis & pecore, *εὐχθῆθινον βασιλῆα,*  
*ὃς δὲ ἀφνεότατος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων, γὰρ τριχίλια ἴπποι ἔλατ' ἡκάτα βοιωκόωντο θήλειαι πάλισιν ἀγαλλόμεναι*  
*ἀπαλοῖσι.* Sunt non indocti, qui redditum, non redditum dici velint, pro censu & prouentu annuo,  
 ab his formis poetis familiaribus: redeunt armenta, grauis are manus, caesus, & dona. T E R R A M  
 C E N T. V E R T. A R A T R I S ] Proper. 3. Nec mihi mille iugis Cæpania pinguis aratur. V B I S A N -  
 G V I N E B E L L V M I M B V I T ] Lucret. lib. 6. imbucere etiã igni tribuit: Multa que præterea prius  
 ipso tacta vapore Eminus ardescunt, quam comminus imbuat ignis. Vide illud supra Buc. Im-  
 buetagnus. Calab. lib. 6. *ποῖδ' ἔμπαλιν ὀρμήσαντες ἀμῶντι δένδρον ἀφνεο μετ' ἀργείοισι θρόνους.* & Molch. *πάνα*  
*δὲσθ, τὰ γδ πύρι πάντα βέβαλλαι.* i. imbuta, & in cæta igne. Item Calab. 8. *ἐδδῆτο δ' αἰματι πολλῶ δεινὸς*  
*ἔρη.* P R I M Æ C O M M. F V N E R A P V G N Æ ] *μάχην σιωπῆς, & τῆς μάχης κατήρξατο.* I N S A N I  
 M A R T I S A M O R E ] Suprà, *ὀπιομηνία.*

- C Tum contra Iuno. terrorum, & fraudis abundè est:  
 Stant belli causæ: pugnatut comminus armis.  
 Quæ fors prima dedit, sanguis nouus imbuit arma.
- 555 Talia connubia, & tales celebrent hymenæos  
 Egregium Veneris genus, & rex ipse Latinus.  
 Te super ætherias errate licentiùs auras  
 Haud pater ipse velit summi regnator olympi.  
 Cede locis: ego, si qua super fortuna laborum est,
- 560 Ipsa regam. tales dederat Saturnia voces.  
 Illa autem attollit stridentes anguibus alas:  
 Cocytique petit sedem, supera ardua linquens.  
 Est locus Italiæ in medio sub montibus altis  
 Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
- 565 Amfancti valles: densis hunc frondibus atrum  
 Vrget vtrinque latus nemoris, medioque fragofus  
 Dat sonitum faxis, & torto vortice torrens.  
 Hic specus horrendum, & sæui spiracula Ditis  
 Monstrantur, ruptoque ingens Acheronte vorago
- 570 Pestiferas aperit fauces: queis condita Erinnys  
 Inuisum numen terras, cælumque leuabat.

FRAVDIS ABVNDE EST] Sueton. in Cæs. Di. c. cum genitio etiã vsurpauit: se iam pridem  
 gloriæ, potentiaque abundè adeptum. more Græcorum, qui *ἀλῆς* etiã iungunt genitio: Aristot.  
 lib. Eth. *κ. τ' μὲν οὐκ τοιούτων ἀλῆς, τὰ δ' εἰρημῆνα ἀπὸ τῆς ἠδονῆς ἐπέλασται.* & Apollon. 2. *ἀσπτεμνόμενοι γάλλης*  
*ἀλῆς* & Cic. ad Atticum, *ἀλῆς σπουδῆς* vt ἀδῆλυ genitio ite: Hom. Od. σ. *φίμη ἀδῆλυ ἐλάων κακόστη* — &  
 Plato De repub. *ἀδῆλυ τ' τοιούτων* & in Charim. *ἐπειδὴ τ' τ' τοιούτων ἀδῆλυ ἐχρῆται.* A M S A N C T I V A L L E S ]  
 Amfancti







- Horridus, Herculeoque humeros innexus amictu.
- 670 Tum gemini fratres Tyburtia moenia linquent,  
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,  
Catillusque, acerque Coras, Argiua iuuentus:  
Et primam ante aciem densa inter tela feruntur:  
Ceum duo nubigenae, cum vertice montis ab alto
- 675 Descendunt Centauri Omolen, Othrynque niualem  
Linquentes: cursu rapido dat euentibus ingens  
Sylua locum, & magno cedunt virgulta fragore.

IN BELLA DOLONES] Grammatici à dolo deducunt dolones: quod pugio in corpore teli conditus lateat. Sueton. in Claudio, cum dolone ac venatorio cultro praestolantes. Et Iurifconsultus I. si ex plagis ad I. Aquil. Flagello, inquit, quod in manu habebat, in quo dolon inerat, vulnerate B tabernarium coeperat. Pollux minimum in nauì velum δολωνα vocat, vt maius ἀκάπρον, maximū ἐπιδρομον. TEGMEN IMMANE LEONIS] λεοντήν ἢ λεοντέλιον. FRATRIS TYBURTI DICTAM COG. GENT.] Horatius tamen Tybur moenia Catilli vocauit, vt videatur existimasse Tybur à Catillo conditum. Viri docti ex librorum veterum consensu Tiburni fratris legunt. NVBIGENAE] φεληγενεῖς. MAGNO CEDUNT VIRGULTA FRAGORE] Sophocli. in Antig. ὄσα δ' ἐνδρόν ὑπέστη, κλάνας ἐπισάξεν. Graeci autem κολοσσῶν proprie dicunt stipularum strepitum, fascium, vel lignorum, dum trahuntur, excitato puluere.

- Nec Prænestinae fundator defuit urbis,  
Vulcano genitum pecora inter agrestia regem,
- 680 Inuentumque focis omnis quem credidit ætas,  
Cæculus. hunc legio late comitatur agrestis:  
Quique altum Prænesti viri, quique arua Gabinae  
Iunonis, gelidumque Anienem, & rosida riuis  
Hernica saxa colunt, quos diues Anagnia pascit,
- 685 Quos Amasene pater. non illis omnibus arma,  
Nec clypei, currusue sonant. pars maxima glandes  
Liuentis plumbi spargit. pars spicula gestat  
Bina manu, fuluosque lupi de pelle galeros  
Tegmen habet capiti: vestigia nuda sinistri
- 690 Instituere pedis: crudus tegit altera pero.

CÆCVLVVS] Huius genealogia est ἀδελφὸν αὐτοῦ ad Seruij, de quo vide Plutarch. in lib. De fort. & virt. Rom. GLANDES LIVENTIS PLVMBI SPARGIT] Proper. 4. Plumbea cum tortæ sparguntur pondera fundæ. CRVDVS TEG. ALT. PERO] Crudum peronem videtur dixisse, vt Apollon. ἀμύδις ἰμάτιος πυργαῖος, μύρμηκας tum etiam crudum, quod sit calceus rusticus è crudo corio: πλοκατῆς, ἀρβύλι, φαιμάκων, καρβατίων. Graeci autem πεζέτερον militem altero pede nudum, altero armatum vocant: quam vocem Pollux Macedonicam esse vult: vnde & socios Philippi πεζέτεροι. D Alij πεζέτερον malunt.

- At Mefapus equum domitor Neptunia proles,  
Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro,  
Iam pridem resides populos, desuetaque bello  
Agmina in arma vocat subito, ferrumque retractat.
- 695 Hi Fescenninas acies, æquosque Faliscos,  
Hi Soractis habent arces, Flauiniaque arua,  
Et Cymini cum monte lacum, lucosque Capenos.  
Ibant æquati numero, regemque canebant:  
Ceum quondam niuei liquida inter nubila cycni,
- 700 Cum sese è pastu referunt, & longa canoros

Dant

- Dant per colla modos: sonat amnis, & Asia longè  
Pulsa palus.  
Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto  
Misceri putet, aëriam sed gurgite ab alto
- 705 Virgeri volucrum raucarum ad littora nubem.

IBANT ÆQVATI NVMERO] Hom. II. λ. 770 δ' ὡς δρῦδων μετελευσὼν ἔθνεα πολλὰ χλωσὼν, ἢ γερῶν, ἢ κύνων δουλιχόδεραν ἀσπίδι ἐν λειμῶνι καὶ σπῆρῶν ἀμύδι βέετρα, ἐνθα ἢ ἐνθα ποδῶν ἀγαλλόμενα σθερῶν κλερῶν δὲν σπῆρῶν ἔντων, μαρσῶν δ' ἐτε λειμῶν & Apollon. lib. 4. ἢ ὅτε κλεῖ τάνοντο ἐπ' ὄρεσι πακταλοῖο κύνων κύνων ἐν μέλοιο, ἀμύδι δ' λειμῶν ἐρσῆσι βεβήμας, ποταμοῖο δ' ἐ κλεῖ βέετρα. Vt autem hic longa canoros Dant per colla modos, ἀλλοιωχῶνας κύνων Ep. Gr. vt hic Hom. δουλιχόδεροις & vt hic nubem volucrum, Epigr. lib. 3. ἀλλοιωχῶνας πῆλιν ἔθρον ἀπῶντα ἔσοτο· & eodem libro, ἔλον ἀνιρῆσιμον κείνο νέσοτο γαρέντων. Facit autem ad hunc locum Virgilij, superioris illius cognitio lib. 1. Georg. Varias pelagi volucres, & quæ Asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. Asia autem palus, & pratium Asium, in Lydia sunt. Nimirum & Apollonij interpres scribit, principio Lydiam vocatam fuisse Asiam: ἀσία δ' τὸ σφύερον ἐκαλεῖτο ἢ λυδία, ἢ δαυρῶ· ἀσία ἐν λειμῶνι, ἢ κεδάσιν ἀσία λέγει. Quod autem epitheton dat cycnis à raucedine Maro, secundum morem patrium & prouinciae locutum poetam vult Seruius; tanquam in Italia rauciores sint, & habeantur olores ὀδινάτεροι.

- Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum  
Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar:  
Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens  
Per Latium, postquam in partem data Roma Sabinis.
- 710 Vna ingens Amiterna cohors, prisci que Quirites,  
Ereti manus omnis, oliuiferæque Mutusca:  
Qui Nomentum urbem, qui Rosca rura Velini,  
Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Severum,  
Casperiamque colunt, Forulosque, & flumen Himellæ:
- 715 Qui Tyberim, Fabarimque bibunt, quos frigida misit  
Nursia, & Hortinae classes, populi que Latini:  
Quosque secans infaultum interluit Allia nomen.  
Quam multi Libyco voluntur marmore fluctus,  
Sæuus ubi Orion hybernis conditur vndis:
- 720 Vel cum sole nouo densæ torrentur aristæ  
Aut Hermi campo, aut Lyciæ flauentibus aruis.  
Scuta sonant, pulsuque pedum tremit excita tellus.

CLAVDIA NVNC A QVO] Gentis Claudia, à Claudio deductæ, mentionem facit honorificam Tacit. lib. Annal. 12. per multos annos, sine adoptione, suo gentili decore continua & nixa; his verbis, de Claudio imperatore. His euictus, biennio maiorem natu Domitium filio anteponebat, habita apud Senatum oratione in eundem, quem à libertino acceperat, modum. Annotabant periti D nullam antehac adoptionem inter patricios Claudios reperiri, eosque ab Appio Claudio continuos durauisse. IN PARTEM DATA ROMA SABINIS] Suprà, In partem prædantque Ionem. INFAVSTVM INTERL. ALLIA NOMEN] Non semel deletas ad Alliam Romanas copias auditor est quoque Plutarch. qui συστομισμοῖς huius fluij causam reddit ἐν ρωμαῖν. his verbis: διὰ τὴν μετὰ κελάνδρας ἡμέραν ἢ νόνας, ἢ εἰς διὰς ἀνέξοδον ἢ ἀνευδῆμτον τῆσιν; σφόδρον, ὡς οἱ πλείοσι νομίζουσι, ἢ λίβητοῖσιν, μετὰ τὰς κύνων πλίας εἰσόδου, ὡς νυκτὸς κελάνδρας, ἐξέροντες οἱ χιλιάρχοι τὸ σπῆρμα ἀπὸ τὸν ἀνδρῶν ποταμῶν, ἀνεξῆρτῆσιν ἄνθρωπο κελάνδρας, ἢ τὴν πάλιν ἀπῶλεσαν. νομισθῆσις δ' μετὰ τὰς εἰσόδου ἀπορῆσιν, ἀπορῆσιν, ὡς φησὶ, σφόδρον τὸ ἐξο· ἢ δεισιδαιμονία, ἢ κατῆσιν εἰς τὴν ἀπὸ τῶν ἐλάθειαν τὴν μετὰ τὰς νόνας, ἢ τὴν μετὰ κελάνδρας, ἢ τὸ τὸ μὲν ἐξὶ πολλὰς ἀντιλογίας. ἀλλὰ τὸ δὲ ἡμέρα τὴν μετὰ τὴν ἡπίσθησαν, ἢ ἀνδρῶν διὰ τὸν ποταμῶν κελάνδρας ἀπορῆσιν, ἢ πολλὰς ἀπορῆσιν οὐσῶν, ἐκ ἐν παντὶ μὲν τὰς ἀνευδῆμτον ἀπορῆσιν, ἀλλὰ ἐκ τῶν ἐν τῶν νόνας, τὰ τὰς μετὰ νόνας, ἢ κελάνδρας ἀπῶλεσαν ἀπορῆσιν ἀπῶλεσαν τὴν δεισιδαιμονίαν ἀπορῆσιν. Et ἄλλαι ἡμέραι in Camillo apud eundem Plutarch. pro die Allienfi, ab Allia fluuio, ad quem victi sunt Romani magna à Gallis strage: Apud eundem tamen in Problem. pro eodem scribitur ἀλλία. Et Tacit. Ann. lib. 18. De Vitellio. Apud ciuitatem, cuncta interpretantem, fimefthi ominis loco acceptum est, quoda maximū pontificatum adeptus Vitellius, de carimonis publicis 15. Kal. Aug. edixisset, antiquitus inuisito die Cremerensī, Allienfi que cladiibus. SÆVVS VBI ORION] Nempe

Nempe ortus, occasusque Orionis Graecis formidabilis, uterque tempestuosus & turbulentus, ut A supra ex Aristor. docuimus 3. Meteor.

Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis
Curru iungit Halesus equos, Turnoque feroces
725 Mille rapit populos, vertunt felicia Baccho
Maffica qui rastris, & quos de collibus altis
Aurunci miserè patres, Sidicinaque iuxta
Equora, qui que Cales linquunt, amnisque vadofi
Accola Vulturini, pariterque Saticulus asper,
730 Ostorumque manus. teretes sunt aclides illis
Tela, sed haec lento mos est aptare flagello.
Læuas cetra tegit, falcati cominus enses.
Nec tu carminibus nostris indictus abibis
OEBale: quem generasse Telon Sebetide nympa
735 Fertur, Teleboum Capreas cum regna teneret
Iam senior: patriis sed non & filius aruis
Contentus, latè iam tum ditione premebat
Sarrastes populos, & quæ rigat æquora Sarnus:
Quique Rusfras, Batulumque tenent, atque arua Celennæ:
740 Et quos maliferæ despectant mœnia Bellæ,
Teutonico ritu soliti torquere cateias.
Tegmina queis capitum raptus de subere cortex:
Ærataque micant peltæ, micat æreus ensis.
Et te montosæ miserè in prœlia Nursæ
745 Vfers, insignem fama, & felicibus armis.
Horrida præcipue cui gens, assuetaque multo
Venatu nemorum, duris Æquicola glebis,
Armati terram exercent, sempèrque recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

FALCATI COMINVS ENSES] Expressit harpas Graecorum, qui sunt curuicasti, vt obseruauit Turnebus, qui que & falces dicuntur, qualem Perseo tribuunt poetæ. Inde falcitij. INDICTVS] ἀνομιματῶν, supra ab indico, indicti honores templis. MONTOSÆ MISERIN PRÆLIVRSÆ] Non montosa: eam siquidem vocem vt barbaram docti explaudunt.

750 Quin & Marrubia venit de gente sacerdos,
Fronde super galeam, & felici comptus oliua,
Archippi regis missu fortissimus Vmbro:
Vipereo generi, & grauiter spirantibus hydris
Spargere qui somnos cantuque, manuque solebat:
755 Mulcebátque iras, & morsus arte leuabat:
Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Eualuit: neque eum iuuère in vulnera cantus
Somniferi, & Marsis quæsitæ in montibus herbæ.
Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,
760 Te liquidi fleuère lacus.

MISSV REGIS] Vt Æsch. in Pers. ἐν πάσης ἀσπίος ἐπιθεῖ δεινῆς βασιλέως ἑσπαστομενῆς. SED NON DARDANIÆ] Hom. in Catal. οἰωνιστῆς, ἀλλ' ἐν αἰωνοῖσιν ἐρύσαστο κίεζ μάλαιναν. Vide illud lib. 9. Sed non augurio potuit depellere pestem.

Ibat

Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello
Virbius, insignem quem mater Aricia misit,
Eductum Ægeriæ lucis, humentia circum
Littora, pinguis vbi, & placabilis ara Dianæ.
765 Namque ferunt fama Hippolytum, postquam arte noueræ
Occiderit, patriasque explerit sanguine pœnas,
Turbatis distractus equis ad sidera rursus
Ætheria, & superas cæli venisse sub auras,
Pæoniis reuocatum herbis, & amore Dianæ.
770 Tum pater omnipotens aliquem indignatus ab vmbtris
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,
Ipse repertorem medicinæ talis, & artis,
Fulmine Phœbigenam Stygias detrufit ad vndas.
B At Triuia Hippolytum secretis alma recondit
775 Sedibus, & nymphæ Ægeriæ, nemori que relegat:
Solut vbi in syluis Italis ignobilis æuum
Exigeret, versoque vbi nomine Virbius esset.
Vnde etiam Triuiæ templo, lucisque sacratis
Cornipedes arcentur equi: quod littore currum,
780 Et iuuenem monstis pauidi effudère marinis.

VIRBIVS] παρμύθη, παρμύθη. HUMENTIA CIRCVM LITTORA] Sunt qui Hymentia legant: verum hæc lectio nulla ratione defendi posse videtur, vt me opportunissimè admonuit D. Giphanius: nisi Hippolytum prætexamus Atticæ suæ memorem Atheniense quoque nomen Hymeti montis nouo & mutato solo dedisse, vt supra veteres factitasse docuimus in Geog. vbi de Galese egimus. Mauult tamen idem Giphani. doctique omnes παρμύθη humentia retinere, etiam si Cex affinitate & quadam huius loci cognatione cum sequente illo, Eductum Martis luto Simethia circum summa, pinguis vbi & placabilis ara Palici, per vocum διοφανίαν Simethia non ridiculè legi posse vtrobi que videatur. PLACABILIS] Forfan non amplius humano sanguine gaudentis, vt quæ, auctore Euripide, θυσιᾶς ἤδεται ἑρτοποιόνους, aut eo loco sacrificia & humanas victimas non poscentis. Hic autem versus ex Ennio est, cuius, pinguis vbi & placabilis ara Palici. Scilicet & Græci πῶρα νῆον. ARTE NOVERCÆ] βουλομασι μνηστῆρας. Vide Eurip. in Hippol. PÆONIIS REVOCATI HERB.] Sic & Plutarch. in opusc. παιονίους λῆρον φαρμάκοις. Æschyl. tamen in Agam. ὅτι δὲ τῆ δει φαρμάκων παιονίων, diuera scriptura ratione. ET AMORE DIANÆ.] Æsch. in ἐπιθῆ ἀρεσταιρίως ἀρτίμυθῶ ἑυλοισι, σὺ τ' ἀλάοις θεοῖς. ÆGERIÆ NYMPHÆ, NEMOR. RELEG.] Tale quid Callim. in hym. Iouis, νῆδῃ δέ σὺ δ' ὄνα νομίσασαι κελδὶ μὲν ἔσσ κρητῶν, ἵνα κρήφα παιδῶν. AD LYMENA SVRGERE VITÆ.] Hom. II. π. ἀπὸ φῶος δὲ τῆ νελίου -- ἀνγῶος. IPSE REPERTOREM MEDICINÆ TALIS] Sic & Androgeona quendam in vitam reuocatū ab Æsculapio memorauit Propert. lib. 2. Et deus extinctum Creffis Epidaurius herbis Restituit patriis Androgeona focis. FVLMINIB PHOEBIGENAM.] De fulminatione Æsculapij paulò aliter sensisse videtur Pindarus, vt auctor est Plato de Rep. lib. 3. καὶ τοὶ ἀπεθεωμιτες γὰ ἡμῖν οἱ βαγμδοτικοὶ, τῆ πῖδαρῶ, ἀπόλωνθ μὲν φασιν ἀσκητιὸν εἶναι, ἐπὶ δ' ἔχουσὸν πεδῶν πλοῦσον ἀνδρα θανάσιμον ἢ δὲ ἐν τῷ ἰάουδῃ, ἔθεν δὲ τῆ κερωνοῦ τῶν αὐτῶν ἡμῶς δὲ, καὶ τὰ ἀπεθεωμιμένα, ἐ πεδῶν αὐτῶν ἀμφοτέρων, ἀλλ' εἰ μὲν θεοδὸν, ἢ ἢ, φῶσμεν, ἀρροκέρδης, εἰ δ' ἀρροκέρδης, ἢ ἢ ἢ. Apollon. autem lib. 4. Videtur cum enarratione Seruij consentire: κατὰ δ' ἐπὶ ἐξῆν ἔθεντο, εἰς ἀρ' ἀπόλωνθ τὰ δὲ δ' ἀρροκέρδης ἡμῶς ἐμφέρει δ' ἴνας, ἀτε μῦθος γὰ θε παρῶν, ἢ ἢ ἢ ἀρροκέρδης ἡμῶς εἰσαφίκεται, οὐρανὸν ἀγγλῆντα λιπὸν ἐν πατρὸς ἐπιπίης, γράβουθ σπεί παιδὶ, τὸν ἐν λιπαρῆ κερέρει δ' ἴα κούρον ἐπικτεν ἐπὶ ἀρροκέρδης ἀμῶνιο. Sic & Eurip. in Alcest. de Æsculapio: δμαδέντας γδ ἀνίτη σ' ἄρην αὐτὸν εἶλε διδόνον πᾶσῶν πυρὸς κερωνοῦ. Eo quoque loco Æsch. in Agam. οὐδὲ τὸν ὀρθοδῶν ἢ ἢ ἢ ἀνέγειν, ζῆ: αὐτ' ἔπαισ' ἐπὶ ἀλαβεία γα. Interpres: τὸν ἀσκητιὸν γδ ἀρροκέρδης ἀνέγειν τὸν ἐπὶ πλοῦτον, ὡσε μὴ ἐπὶ βαβῶν. Vide hanc de Æsculapio fabulam in Pyth. Pind. Od. 3. IGNOBILIS ÆVVM EXIGERET] Eurip. in Iphig. δὲ ἀκινδύμον ἐλον ἐξῆ παρῶσ, ἀγγῶς, ἀλλῆς, hoc est, ἀγνωσθ, ἀγνωστῶ & Hom. Od. de Telemacho. ἀλλὰ ἔκμηθ τῆ μάγῶ τῆ μὲν νέμειθ. PAVIDI EFFVDERE] Græci pauidum equum ἰσορῆν vocant. Sunt qui sternacem dictum putant à Marone, non quòd, vt cespitator, sed vt consternari & terri facillè solitus, sefforem excutiat. Grammatici tamen malunt à sternendo sternacem deducere: vt ἐρδοπῆρα, ἀναχατίζοντα, τῆ οὐραχρητιστῶ.

Filius ardentis haud fecius æquore campi
Exercebat equos, curruque in bella ruebat.

I 3

Ipsè







UT BELLI signum Laurenti Turnus ab arce Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu: Vt que acres concussit equos: ut que impulsit arma: Extemplo turbati animi. simul omne tumultu Coniurat trepido Latium: seuitque iuuentus Effera. ductores primi Meffapus, & Vfens, Contemptor que Deum Mezentius, vndique cogunt Auxilia, & latos vastant cultoribus agros. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem: Qui petat auxilium, & Latio consistere Teucros, Aduectum Æneam classi; victos que Penates Inferre, & fatis regem se dicere posci, Edoceat, multas que viro se adiungere gentes Dardanio, & late Latio increbrescere nomen. Quid struat his cepris: quem, si fortuna sequatur, Euentum pugnae cupiat, manifestius ipsi, Quam Turno regi, aut regi apparere Latino.

UT BELLI SIGNVM] Seruius, Tria ponit militiae genera, Legionam militiam, Coniurationem, Euocationem. Quantum ad Euocationem attinet, Turnebus doctè distinguit inter Caesaris milites, Centuriones, & Euocatos: vbi Euocatos ex Dione dici probat homines militiae profectos, & emeritis stipendijs, qui tamen rursus militatum euocantur. Sunt autem haec Dionis verba: ... nimirum reuocatos intelligat. Videtur autem Liuius, quod nec ignorasse Seruium constar, Milites appellasse eos, qui legitima militiae nomen dedissent, & à coniuratis discreuisse, his verbis: Ut consul, quos praeter milites, sociosque navales, coniuratos haberet, dimitteret. ET RAUCO STREPERYNT] Prop. Nil tibi sit rauco pretoria classica cornu flare. COGVNT AYXIL.] συμμάχουσι, συναρμόζουσι. CONIVRAT LATIVM] Notat Seruius, coniurati esse: nempe & Horat. in Arte, coniurat amice. Iurisconsultus in l. i. §. prim. ff. Depositi. Eum tamen deponere tumultus, vel incendij, vel caeterarum causarum gratia intelligendum est, qui nullam aliam causam deponendi habet, quam imminens ex causis supradictis periculum. quid sit autem tumultus (vt Budæus docuit) non potest apertius, quam à Cicerone Antoniana 8. explicari, cuius haec sunt. Potest enim bellum esse sine tumultu, tumultus sine bello esse non potest. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde etiam nomen ductum est tumultus. Itaque maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticum, tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus, praeterea nullum tumultum nominabant. Grauius autem esse tumultum quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent. Insignia autem tumultus idem ipse Antoniana quinta expressit. Rem sine vlla mora administrandam, & confestim gerendum cenfeo, tumultum decerni, iustitiam iudici, saga sumi dico oportere, delectum haberi, sublati vacationibus in vrbe & in Italia. Vnde & tumultuari: & deurbem Demostheni: & Plutarcho in Caesare, μεταξυ των τετρακτύων, tumultum decernere. Vide Seruium de tribus militiae generibus, tumultu, sacramento, & euocatione. MITTITVR ET MAGNI, &c.] Nota breuiter & concise mandatorum, instruenda, fungenda que legationis conceptam formulam, cui summaria & pressa expositio postulatorum Æneae Tarchontem de iungendis copijs sollicitantis, infra lib. 10. ita respondet, vt nihil vtrique aut desit, aut redundet.

Talia per Latium. qua Laomedontius heros Cuncta videns, magno curarum fluctuat aestu: Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc: In partes que rapit varias, per que omnia versat. Sicut aque tremulum labris vbi lumen ahenis Sole percussum, aut radiantis imagine lunae,

Omnia

Omnia peruolat latè loca, iamque sub auras Erigitur, summi que ferit laquearia tecti. Nox erat, & terras animalia fessa per omnes, Alituum, pecudumque genus, sopor altus habebat: Cum pater in ripa, gelidique sub ætheris axe Æneas tristi turbatus pectora bello, Procubuit, setamque dedit per membra quietem.

ANIM. NVNC H. CEL. NVNC DIV. ILLVC] Græcis proprie διαζεν, cum vacillans animus huc & illuc impellitur: vnde & διασπαις & διασπαις. & poëtis διασπαις epitheto crebro Vlyssi ab Homero tributum. Vnde in hanc sententiam Od. a. άλλα μοι ἀμφοῖν ἰδοῦσθαι διασπαις δάει] ἴππος. Idem alibi: ἀπὸ τοῦ ἄλλοι δίασπαις ὄραται] ἔνθα νύ ἔνθα. Celerem autem animum dixit; vt Hom. Od. 11. ἀνεύει ὄσπερ ἄλλοι τὸ νόημα. SICVT AQVÆ TREMVLM] Ex Apoll. 3. ἡελίου αἶς τις τε δόμους ἐν πάλλει] ἀγρηῖ ἴδαται] ἐξ ἀνοδοῦ τοῦ δῖο νέον ἢ λέειπτι, ἢ ποῦ ἐν γαυλῶ κέχρη] ἢ δ' ἔνθα νύ ἔνθα ὁκεῖν εὐροάλαγχετὶ πινάσσι] ἀίονουσα. Et Lucret. lib. 6. Prætere folis radiis iactatur aqua Humor, & in lucem tremulo rarefcit ab æstu. Idem quoque risum tremulum dixit. Atque vt hic; Peruolat latè loco, idem 2. nemora auia peruolantes: & lib. 4. Iamque rubrum tremulis iubar ignibus erigere altè Cum ceptat natura, supraque extollere montes. ALITVVM, PECVD.] Lucretio hæc vox familiaris, vt lib. 5. Alituum potro gemitus alis omne videmus fidere, & passim. Vt autem, sopor altus, βαδύς ὑπνός] frequens poëtis.

Huic deus ipse loci fluuius Tyberinus amœno, Populeas inter senior se attollere frondes Visus. cum tenuis glauco velabat amictu Carbasus, & crines vmbrosa tegebat arundo. Tum sic affari, & curas his demere dictis. O fate gente deum, Troianam ex hostibus urbem Qui reuehis nobis, æternaque Pergama seruas: Expectate solo Laurenti, aruisque Latinis, Hic tibi certa domus, certi (ne absiste) Penates: Neu belli terrere minis. tumor omnis, & ira Concessere deum. Iamque tibi, ne vana putes hæc fingere somnum, Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus, Triginta capitum fœtus enixa, iacebit Alba solo recubans, albi circum vbera nati.

HVIC DEVS IPSE LOCI] ἐστόμπος, ἐπιχώριος] deus. Platoni ἀνδρῶν ποταμῶς, vt & ἀποχθόνιοι ποταμοὶ ἔχον, in ipsa terra fontes habens. TVMOR OMNIS, ET IRA] Sic Græcis οὐδ' αἰνεῖν, turgere est, timere, irasci, ἐφασάμεν, superbire, & οὐδῖμα pro ferocia, ira, & animi interdum elatione accipitur. Recurre ad illum locum, tumida ex ira tum corda residunt. ALBI CIRCVM VBERA NATI] Nati hic, τὰ ὄντια, χορηγία.

Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum. Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis, Ascanius clari condet cognominis Albam. Haud incerta cano. Nunc qua ratione, quod instar, Expedias victor, paucis, aduerte, docebo. Arcades his oris, genus à Pallante profectum, Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti, Delegere locum, & posuere in montibus urbem, Pallantis proavi de nomine Pallantum. Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina. Hos castris adhibe socios, & fœdera iunge.

Ipsè

Ipse ego te ripis, & recto flumine ducam,  
 Aduersum remis superes subuectus ut amnem.  
 Surge agè nate dea, primisque cadentibus astris  
 60 Iunoni fer ritè preces, iramque, minasque  
 Supplicibus supera votis. mihi victor honorem  
 Perfolues. ego sum, pleno quem flumine cernis  
 Stringentem ripas, & pingua culta secantem,  
 Cæruleus Tybris, cælo gratissimus amnis.  
 65 Hic mihi magna domus, celsis caput vrbibus exit.

TER DENIS VRB. RED. ANNIS] Ex Lucret. lib. 1. Quinetiam multis solis redeuntibus an-  
 nis: vbi docuit Lambinus expressam à poëta vim Græcæ vocis *επιαντος*, tanquã in se rediens. Quod  
 & supra apertius Georg. lib. 2. significauit Maro: Atque in se sua per vestigia voluitur annus. CLA-  
 RI COGN. ALBAM] Proper. Et stetit Alba potens albæ suis omine dicta. HI BELLVM ASSI-  
 DVE DV. CVNT] *Ducunt non gerunt* dixit, vt ostendat belli continentiam, & vsitatum exercitium B  
 belli cum vicina gente, vt Græci *ἀμείν πόνεμον*, & *ἀγειν*, hoc est, *πολεμίζοντες*, quod accedit ad illud  
 Æschyli *καταδύειν πόλεμον*, ad quod alludens Ennius, Non cauponantes bellum, sed belligerantes:  
 Hom. *ἀπομιτον πόλεμον πολεμίζειν*. PRIMISQVE CADENTIBVS ASTRIS] Vide illud 2. Æn.  
 cadentia sidera somnos. IYNONI FER RITE PRECES] Væioues placandi, & propitiãda no-  
 centia numina, vt supra docuimus ex Hom. & Apollon.

Dixit, deinde lacu fluuius se condidit alto  
 Imã petens. nox Æneam, somnúsque reliquit.  
 Surgit, & ætherij spectans orientia solis  
 Lumina, ritè cauis vndam de flumine palmis  
 70 Sustulit, ac tales effundit ad æthera voces.  
 Nymphæ, Laurentes Nymphæ, genus amnibus vnde est,  
 Túque ò Tybri tuo genitor cum flumine sancto,  
 Accipite Æneam, & tandem arcete periclis.  
 Quo te cunque lacus miserãntem incommiõda nostra  
 75 Fonte tenent, quocunque solo pulcerrimus exis:  
 Semper honore meo, semper celebrabere donis,  
 Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum,  
 Adsis ò tandem, & propiús tua numina firmes.

RITE CAVIS VNDAM DE FLV. PAL.] Videtur hi versus respicere antiquam religionem  
 & ritus Græcorum ab Hesiodo obseruatos: *μυδ᾽ ἔπειτ' εἰσάεινον ποταμῶν καλλιέρων ὕδαρ ποσοὶ ἀφ᾽ ἑσπέρης*  
*ἔξῃ ἰδὼν ἐς καλά βέετρα, χεῖρας νιφάμεν* - πολυηρέτω ὕδατι λελῆρῃ, ὅς ποταμῶν διαβῆ κακίτητι χεῖρας ἀντιπῶ, τῶν  
 δὲ θεῶν νημεσάσι, καὶ ἄλλα δ᾽ ἄλλα δ᾽ ἄπαν δόξασα. Vnde & Hom. Od. β. ἰὼν ἐπὶ δῖναι διαλάσσης, χεῖρας νιφάμεν - πα-  
 ραῖς ἀλδς, ἀχεῖ ἀδύνη, & Od. μ. χεῖρας νιφάμεν - ὅδ' ἐπίσκεπες ἡν ἀνέμοιο, ἠρό μιν πάντεσσι θεοῖς οἱ ὀλυμπῶν  
 ἔρχουσι. NYMPHÆ LAURENTES] Ex Callimacho in Hym. in Del. *νύμφαι δεσπλίδες ποταμῶν ἡῶν*  
*εἶπατε παρῆι*. QVOCVNTVE SOLO PVL. EXIS] De Enipeo Hom. Od. λ. δς πολὺ κλάμς - πα-  
 τα μῆσ' ἐπὶ γαίαν ἴποι. Et hæ laudes, quamuis compendiosæ, sapere mihi videntur versus hos, qui apud  
 Dionysium Afrum laudes eiusdem fluuij continent. *δύβεις ἐλασόμεν - καὶ δαυρὸν ῥῖον εἰς ἀλα βάλει, δύ-  
 βεις ἐν ῥέτρῃ ποταμῶν βασιλεύουσι - ἀλλων, δύβεις, ὅς ἡμερτελὶ ἀναστῆμεν* - ἄνδρα ῥά μιν, ῥά μιν πρῶτασαν ἑμῶν  
*εἰργαν ὄμιον ἀνάκτων*. Vt autem hic *cornigerum*, sic supra, taurino cornua vultu, de fluuiio.

Sic memorat: geminasque legit de classe biremes:  
 80 Remigióque aptat, socios simul instruit armis.  
 Ecce autem subitum, atque oculis mirabile monstrum:  
 Candida per syluam cum fœtu concolor albo  
 Procubuit, viridíque in littore conspicitur, fus:  
 Quam pius Æneas, tibi enim, tibi maxima Iuno  
 85 Macctat sacra ferens, & cum grege sistit ad aram.  
 Tybris ea fluuium, quàm longa est, nocte tumentem

Leniit,

Leniit, & tacita refluens ita substitit vnda;  
 Mitis vt in morem stagni, placidæque paludis  
 Sterneret æquor aquis, remo vt luctamen abesset.  
 90 Ergò iter inceptum celerant rumore secundo.

GEMINASQVE LEG. DE CL. BIREMES] Notat Turneb. Poëtam posteriora tempora re-  
 spexisse: necdum enim Æneæ sacula talia inuenisse nauigia, quæ sequentia exhibuerint. CVM  
 FOETV CONCOLOR] *ὁμοχρῶ*. TYBRIS EA FL. QV. LONG. EST; NOCTE] Sup. lib. 4. ca-  
 dem forma, hyemem inter se, quàm longa, fouete. TVMENTEM LENIIT] Hom. Od. ε. δδ' *ἀν-  
 τικῆ παύσιν ἐν ῥῖον, ἐξ ἧ δὲ κλύμα, ἀφ᾽ ὅδε δὲ οἱ ποῖνα γαλιβύλω, τὸν δ' ἐσάωσι ἐς ποταμῶν ἀεσσοῦς*. ET TACIT A  
 REFL. ITA SVBST. VND A] *ἀνύματ*. Ita autem *ὠκεανὸν ἀγαλαρρήνῃ* vocat Hom. Vt autem in  
 morem stagni, *λιμνάζοντα* intelligit. STERNERET ÆQVOR AQVVS] Sæpe Hom. & Apollon;  
 ἔσθρασι πόντον, & ἔσθρασι, pro eo quod est *γαλιβύλω ἐπιήσασα*: vt supra admonuimus. RVMORE SECVN-  
 D O] Sic & Tacit. lib. Ann. 3. non dissimili vndæ & famæ murmure: Auclum deinde gaudium nu-  
 ptis Neronis & Iuliæ Drusi filia: vtque hæc secundo rumore, ita aduersis animis acceptum, quod  
 B filio Claudij focer Seianus destinareretur. Idem Tacit. lib. 14. rumorem aduersum secundo opponere  
 videtur: Ergò non iam Nero, cuius immanitas omnium questus anteibat, sed aduerso rumore Se-  
 necærat, quod oratione tali confessionem scripsisset. Rumorem autem hic omen interpretatur Tur-  
 nebus ex poëta vetere, cuius est, Soluere imperat secundo rumore, aduersaque aui. Putaui ego ali-  
 quando, hic *rumorem* non tam pro studio, & fauore, & plausu, vt Grammatici, & omine, vt Tur-  
 nebus, quàm pro aquæ murmure & stridore remis proficillæ, & palmulis, & rostris verberatæ, ac-  
 cipiendum. Id vt crederem faciebat; quod murmur, & murmurare de aquis huic poëta cæterisq;  
 satis familiare est, quodque ipse supra, spumas salis ære ruebant, dixit, vt si *rumor* à ruendo traha-  
 tur, pro sono facile & quouis strepitu vsurpari possit: habet enim verbum impetum quandam &  
 sonum, vt, fama ruit, vnde & rumor pro fama: &, Quæ data porta, ruunt: &, Vnde ruunt toridem  
 voces: quod si stare posset, *rumorem* hic acciperemus *secundum*, non murmur editum à nauigio, &  
 pronò alio labente (patet enim ex præcedentibus aduersum amnem à Troianis tentari & supera-  
 ri) sed *secundum* prosperum intelligeremus, vt cui Tybris aspiraret, & faueret. Fauet autem huic sen-  
 tentiæ illud lib. 10. *Labitur alta secans fluctu que, æstuque secundo: & illa passim per hoc opus spar-  
 sa, clamore secundo, fremitu secundo, & huinimodi.*

Labitur vncta vadis abies: mirantur & vndæ;  
 Miratur nemus infuetum fulgentia longè  
 Scuta virùm fluuiio, pictasque innare carinas.  
 Olli remigio noctemque diemque fatigant:  
 95 Et longos superant flexus, variisque teguntur  
 Arboribus, viridesque secant placido æquore syluas:  
 Sol medium cæli conscenderat igneus orbem:  
 Cum muros, arcemque procul, & rara domorum  
 Tecta vident, quæ nunc Romana potentia cælo  
 100 Æquauit. tum res inopes Euandrus habebat.  
 Ocyus aduertunt proras, vrbique propinquant.

PICTASQVE INNARE CARINAS] *μιλοπαρῆους*, hoc est, vt docet interpretes Homeri, *μῆλτρο*  
 D *φορῆς βεβαμμένας*. REMIGIO NOCTEMQVE DIEMQVE FATIGANT] Proper. 4. Sat tibi  
 sunt noctes, quas de me Paule fatiges. ROMANA POT. CÆLO ÆQVAVIT] Suprà, æquata-  
 que machina cælo: sic & Epig. *ἄνω σὶ πρὸς ὀλυμπὸν ἐμακρωτέρω καλοσθέντων δὲ ῥάδου ναῶν* - ἰδὲ ἀπὸ ἀέλιου.

Fortè dic solennem illo rex Arcas honorem  
 Amphitryoniadæ magno, diuisque ferebat  
 Ante vrbem in luco. Pallas huic filius vnã,  
 105 Vnã omnes iuuenum primî, pauperque senatus,  
 Thura dabant, tepidusque cruor fumabat ad aras.  
 Vt celsas videre rates, atque inter opacum  
 Adlabi nemus, & tacitis incumbere remis:  
 Terrentur visu subito, cunctique relictis  
 110 Confurgunt mensis: audax quoq; rumpere Pallas

Sacra



Sacra vetat, raptoque volat telo obuius ipse:
Et procul è tumulo: iuuenes, quæ causa subegit
Ignotas tentare vias? quò tenditis? inquit,
Qui genus? vnde domo? pacémne huc fertis, an arma?

FORTE DIE SOLENN. ILLO] Hom. imitatione, qui Od. γ. inducit Telemachum interuenientem Nestoris sacrificio & epulo, vbi dat Homerus penè similes partes Pisistrato Nestoris filio, quas hic Pallas Euandri filius sustinet. TACITIS INCUMBERE REMIS] Infrà 10. tacitis subremigar vndis. RUMPERE PALLAS SACRA VETAT] Alludit Maro ad religionem ritusque Romanorum, quibus piacularare erat sacra, sacrificia, ludôsue Diis institutos aut cæptos vlla interuentus occasione interrumpere. Vnde & locum prouerbio factum constat: Salua res est, senex saltat: qui quidem Pontificalis iuris gnarus, cæteris ad arma scena deferta concurrerentibus, & ingruenti vrbi Hannibali occurrentibus, piculum continuata saltatione procurauit, & anteuertit: quam superstitionem sapit & illud supra de Heleno: Ne qua inter sacros ignes in honore Deorum Hostilis facies occurrat, & omina turbet. Nec eam ego tantùm ad Heleni Euandri que tempora referendam puto, sed & Iudæorum animis altius infedisse docet Plutarch. in lib. περὶ δεσποδαιμ. his: ἐν τῷ αὐτῷ συμβατῶν ὄντων ἐν ἀγνῶνταις καθ' ἑαυτοὺς ἄνθρωποι, ἅβ' πολέμιον κλίμακας πορροπιδόντων καὶ τὰ τεύχη καταλαμβάνοντων, ἐκ ἀνέστησαν, ἀλλ' ἔμειναν ὡσαύτως ἐν σαγνῇ μὲν τῇ δεσποδαιμῶν, σαυδεδεμένοι. In superiore autem Virgiliano versu malo omnia turbet legere, etiam si Terentius Dauum dixerit interrumpere omnia. IUVENES, QUÆ CAUSA SUBEGIT] Talis est ἀπηγορευμένη apud Hom. Od. γ. δ' ἔστιν τίς ἐστί: τῶν πᾶσι δ' ἔργα κέλευται; ἢ π' κτ' ἀπὸ τῆς, &c. vt & supra monuimus. Tam curiosam tamen & instantem interrogationem hospitalē poeta Epig. Gr. negauit, his verbis: εἰ δὲ ἔρεωμαι τίς; πῶθεν; ἢ ἐπὶ τῶν ἑπι φιλοξενίας.

- 115 Tum pater Æneas puppi sic fatitur ab alta:
Paciferæque manu ramum præterdit oliuæ.
Troiu genas, ac tela vides inimica Latinis;
Quos illi bello profugos egere superbo:
Euandrum petimus. ferte hæc, & dicite lectos
120 Dardaniæ venisse duces, focia arma rogantes.
Obstupuit tanto percussus nomine Pallas:
Egredere ô quicumque es, ait: coramque parentem
Alloquere; ac nostris succède penatibus hospes:
Accepitque manu, dextramque amplexus inhæsit.
125 Progressi subeunt luto, fluviumque relinquunt.
Tum regem Æneas dictis affatur amicis.
Optime Graiugenum, cur me fortuna precari,
Et vitta comptos voluit præterdere ramos:
Non equidem extimui, Danaum quò ductor, & Arcas,
130 Quodque à stirpe fores geminis coniunctus Atridis.
Sed mea me virtus, & sancta oracula diuum,
Cognati que patres, tua terris didita fama,
Coniunxere tibi, & fatis egere volentem.

CVI ME FORTVNA PRECARI] Hellenismum docet Seru. Græci enim sæpe ἀρετὴν δὴ, & ἀπόδειξι. ET VITTA COMPT. VOL. PRÆT. RAM.] Vide illud lib. præcedente: Præferimus manibus vittas, & verba precantum: nam hic κλάδος ἰκασίως, & ἑρὰ τέμματα innuit, sæpe Euripidi memorata. Sic & Tacit. lib. 17. Ann. Cum haud ignari discriminis sui Viennenses, velamenta & infulas præferentes, vbi agmen incesserat, arma, genua, vestigia prehensando flexere multum animos: erant quippe pacis flagitata ea insignia. SED MEA ME VIRTVS] Lucret. 1. Sed tua me virtus tamen, & sperata voluptas. Videtur autem hic heroica laude fretus Æneas virtutem ipse sua apud Euandrum sine inuidia protestari: tum quòd falsum sibi nihil assumit, parta tot exhaustis bellis casibusque gloria: tum quòd confidentia huiusmodi valere dicitur à Plutarcho in lib. περὶ ἀντιστοχῶν. ad erigendos confirmandosque eorum rebus dubiis animos, quibus cum negotium nobis intercedit, vt his verbis per Vlyssis exemplum docuit, & Homeri auctoritatem: καὶ σῆστο δ' εἶμιε συνιδεῖν ὄμιον. τὸν δὲ ἐδούσατα πεποικίαν ἀπαδεικνύοντων ἢ ἐταίρων ἀφ' ὧν τὸν φόβον καὶ κλύδωνα τὸν αἰετὸν τὴν χάριν δὴ ἀπαμεινύσκοντα τῆς αὐτῆς δεινότητος καὶ ἀνδρείας, ἐ μὲν τὸδε μετίζον. — καὶ δὴ ἢ ὅτι κύνων. εἴ τις ἐπὶ γλαυφῶν κερσεφῶν βίη, ἀλλὰ καὶ ἄνδρα ἐμὴ ἀρετῆ, βουλή τε, νόσφ' ἐκ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδ' ἐπὶ δὴμα γαργυρῶν, εἰ δὲ σφίσι τὸν ὄμιον.

A δ' ἀποδύσθαι τὸν ὄμιον, εἰ δὲ κρότον, εἰ δὲ ποτ' πρὸς αὐτοῦτος, ἀλλὰ καὶ ἢ ἀρετῶν καὶ τὴν ὀπίσθην ἐπέχον τὸ δειρῶν τοῖς φίλοις δειρῶντος. μέγα δὲ ἐν καιροῖς ἐπισημασθεὶς ὁμοῦ καὶ πρὸς ἀνδρῶν ἡγεμονίᾳ ἐμπειρίαν καὶ δυνάμειν ἔχοντος. Ad eum porrò morem, supplicumque habitum, alluisse omnino Valerius videtur lib. 4. cap. 7. sub titulo de amicitie vinculo, vbi in inuidiam excurrit, quam negat vlla fuga, aut infulis misericordie placari posse, his verbis: Verum nulla tam modesta felicitas est, quæ malignitatis dentes ricordie placari posse, non euitare possit. At quo secessu quosdam fugeris, aut quibus infulis misericordie permulseris, non cohibebis, ne alienis malis, perinde ac bonis suis, latentur ac gestiant. Diuites sunt aliorum iacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus. Eleganter autem Valerius ἀπὸ χαριστικῶν depingit. COGNATI QUÆ PATRES] Insinuatio Rhetorica à genealogia, & cognatione, cuius reuentia διὰ ἀμύγητον & ἠρόδωλον genti, laribus, & familiis præfecit: vt passim apud Pindarum. DIDI-TA FAMA] Vt supra, diditur rumor: Lucr. 2. Dum facile in venas cibus omnis diditur: vox frequens Lucretio. Et Tacit. lib. Ann. 11. Clarum ex eo, dedita per prouincias fama, parare iter ad Germanicos exercitus: vbi omnino, didita fama, legendum ex hoc Maronis loco.

- 135 Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & auctor,
Electa (vt Graij perhibent) Atlantide cretus,
Aduerhitur Teucros: Electram maximus Atlas
Edidit, ætherios humero qui sustinet orbes.
Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.
140 At Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas,
Idem Atlas generat, cæli qui sidera tollit.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab vno.
His fretus non legatos, neque prima per artem
Tentamenta tui pepigi. memè ipse, meumque
145 Obieci caput, & supplex ad limina veni.
Gens eadem, quæ te, crudeli Daunia bello
Insequitur. nos si pellant, nihil abfore credunt,
Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant:
Et mare quod supra, teneant, quodque alluit infra.
150 Accipe, daque fidem. sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuuentus.

ELECTRA ATLANTIDE CRETVS] Apoll. lib. 1. ἐκείνου ἦσαν ἐς ἡλένης ἀτλαντίδος vbi in-terpres, τὴν αὐτοκράτειρα λέγει. αἰεὶ δ' ὅκει ἡλένη ἢ ἀτλαντος, καὶ ὀνομαζέτο ἑαυτὴν ἐγγυρῶντα στρατῶν, καὶ φησὶν ἡλενηος ἡλενηοῦ καὶ ἡλενηος ἐγγυρῶντα δὲ τρεῖς παῖδας, δάρδανον τὸν εἰς ἰσθμὸν καποικῆσαντα, ὃν καὶ πολυάριθμοι λέγουσιν ἑαυτὸν ἐγγυρῶντα καὶ ἡετίωνα, ὃν καὶ ἰσθμὸν ὀνομαζέουσι, καὶ φησὶν καρχασιώδων αὐτὸν ὑβρίζοντα ἀγλαμὰ τῆς δῆμιπτος πρὸς τὴν ἑρμῶν καὶ αὐτῶν, καὶ ἡετίονα καὶ αὐτῶν, καὶ αὐτῶν ἡλενηος αὐτῶν τῆς Θέλης ὀνομασῶν — ἀτλαντος ἢ φησὶν ὅτι διὸς καὶ ἡλένης ἐγγυρῶντα ἰσθμὸν, καὶ δάρδανον. CYLLENES GEL. CONC. IN VERT. FVDIT] Sophoc. quoque in Aiace καὶ ἡλενηος γονοκτόνον vocauit. NEQUE PRIMA PER AR-TENTAM. TVI PEPIGI] Od. γ. pudenter Telemachus timens compellere Nestorem Mineræ respondet, πῶς τ' ἂν ἀποστῆμι αὐτῶν, εἰ δὲ τι ποῦ μῦθοισι πεπερήμαι πυκνοῖσι, αἰδῶς δ' αὐτῶν νέον ἀνδρῶν χερσῶν ἐξέρεωσιν vbi μῦθοισι πεπερήμαι referri posse videtur doctis ad has voces, Tentamenta pepigi, &c. D Nondum tamen didici ab interpretibus, quid sibi velit Maronis hæc forma, Tentamenta Euandri pangere vel pacisci: neque dum aut quisquā mihi, aut ego ipse satisfacio. Cogor itaque καὶ ἀποστῆμι αὐτῶν fortasse sententiam meam dicere: quæ est, vt credam alluisse Maronem ad bolidum demissiones, aut specilla chirurgica, quibus artifices vulnera explorant, aut etiā ad instrumenta quibus putearij & aquileges terræ naturam periclitantur, eam figentes, & depactis præcutis ferreis, ferratissue obeliscis, qualitates eius experiuntur: tuente hanc meam opinionem verbo ipso pangere, quod est πινυμεν & figere: & sententia ad rem satis accommodata; vt sit talis, vt dicat Æneas, nulla se ἀποστῆμι αὐτῶν vultuisse, antequam in colloquiū veniret cum Euandro, nec vlla eius tentamenta, βασάνοις, pepigisse: id est, nullis eum specillis defigere, hoc est, explorare vultuisse, sed syncerè & rectà eum aggredi. Quamuis & sint qui Pangere tentamenta accipiant pro componere, & struere: vt pangere versus, & vites. Si fallor tamen, dabis, lector doctè, & mihi nutanti hoc in loco, vt pletisque aliis, veniam. ACCIPE, DAQUE FIDEM] Sic Græci πρὸς διδόναι καὶ δέχεσθαι.

Dixerat Æneas: ille os, oculosque loquentis
Iamdudum, & totum lustrabat lumine corpus.
m Tunc

155 Tunc sic pauca refert. Vt te fortissime Teucrum  
 Accipio, agnoscoque libens: vt verba parentis,  
 Et vocem Anchisæ magni, vultumque recordor?  
 Nam memini Hefiones visentem regna fororis  
 Laomedontiaden Priamum Salamina petentem,  
 Protenus Arcadiæ gelidos inuisere fines.  
 160 Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta:  
 Mirabarque ducēs Teucros, mirabar & ipsum  
 Laomedontiaden: sed cunctis altior ibat  
 Anchises. mihi mens iuuenili ardebat amore  
 Compellare virum, & dextræ coniungere dextram.  
 165 Accessi, & cupidus Phenei sub mœniâ duxi.  
 Ille mihi insignem pharetram, Lyciasque sagittas  
 Difcedens, chlamydemque auro dedit intertextam,  
 Frenaque bina, meus quæ nunc habet aurea Pallas.  
 Ergo, &, quam petitis, iuncta est mihi fœdere dextra:  
 170 Et, lux cum primùm terris se craftina reddet,  
 Auxilio lætos dimittam, opibusque iuuabo.  
 Interea sacra hæc (quando huc venistis amici)  
 Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes  
 Nobiscum, & iam nunc sociorum assuescite mensis.

VT TE FORTISS. TEVC. ACC. AG. LIBENS] Eurip. in Herc. *ὡς ἀσμεν* ὁ σ' ἐσείδον ἐς φάσιν  
 μάλιν; ἀγνοῖσθαι, ἀπὸ γνησιότητος. In quam sententiam & Menelaus Od. δ. Pifistrato Nestoris filio respon-  
 dens: *ρεῖα δ' ἀργύρας* ἔδωκεν ἄνδρ' ἄνδρ' ὅτι κρονίαν ἄλβον δὲ πικρὰν γαμέοντι γεινομένωτε. TVM MIHI  
 PRIMA GENAS] Lucr. 5. Iuventas Occipit, & prima vestit lanugine malas. Hom. Od. λ. *ἄρην σφῶν*  
 ἄσπο κροτάφοισιν ἰάλοισι ἀνδρῶσιν, πικρὰσαι τὴν ἡβῆν ἀνδρῶν λάχνη. & Pind. in Olymp. *ἄρῆς δὲ δεινῶν*  
*λάχνην μὲν ἡβῆν ἔρεπον*. Æsch. in *ἑστῶν* εἰργεῖ δ' ἰούλ' ἄρην διὰ παρῆδων, ὄρας φουσίους, παρῆς ἀντὶ λυα  
 σφῆ. Homerus quoque *χρῆσις ἄτλι* vult esse ἡβῆν τὸν ἄσπιν, vt in Protag. meminit Plato: & Græci  
*ἄρην* primo vigore ætatis adulescentes. His autem verbis, *vestibat genas flore*, alludit ad ἀνδρῶν  
 Græcorum. SED CUNCTIS ALTIOR IBAT] Imitatur Maro receptam inter mortales opinio-  
 nem de heroibus, quos non solum animi dotibus, sed & corporis magnitudine, & præstantia, ho-  
 mines superare cæteros, persuasit sibi iam olim boni simpliciorisque sæculi sanctimonia, vt que ex  
 illis insignibus, virtutibusque, imperia, magistratusque decerneret, Indorum potissimum atque  
 Æthiopum exemplo, qui proceritati corporis, liberalitati que, & dignitati vultus, regna deferre so-  
 lerent, vt aduertit Aristot. lib. Pol. 7. his: *εἰ μὲν τοῖσιν εἴησαν τοσοῦτον διαφέροντες ἄλλοι ἢ ἄλλων, ὅσον τοῖς θεοῖς,*  
*ἢ τοῖς ἡρώεσσιν ἢ τοῖς ἀνδράσιν διαφέρειν, ὅσους ἄλλοι κτ' ἢ τὸ σῶμα πολλὰ ἔχοντες ἄλλοι, ἔτι κατὰ τὴν*  
*ψυχὴν, ὡς τε ἀναμοισθήπιτον εἶναι, ἢ φανεράν τινι ἄλλοι τῶν ἀρχαίων τῶν ἀρχαίων τινι ἢ ἀρχαίων, δὴλον ὅτι βέλτερον αἰε*  
*τὸς αὐτοῖς, τὸς μὲν ἀρχαίων, τοῖς δ' ἀρχαίων κατὰ τὴν ἄρην*. ἐπεὶ δὲ τὸ οὐ βέλτερον λαβεῖν, ἢ δὲ ἔστιν, ὡς αὐτὸς ἐν ἰνδῶν φησὶ  
 Σκύλαξ, εἶναι τὸς βασιλεῖς τοσοῦτον διαφέροντας ἢ ἀρχαίων, φανερόν ὅτι διὰ πολλὰς αἰτίας ἀναγκάων πάντας  
 οὐκ αἰσθάνονται τὸ κτ' ἢ μὲν ἀρχαίων ἢ ἀρχαίων. DIMITTAM, OPIBVSQUE IUVABO] ἀποστέλλω.  
 Plato in Hipp. Maio. π. — ἔχοντες χρεῖματα, ἢ σὺ δὲ διαμῖνον τὰ μέγιστα αὐτοῖς ὠφελεῖν, οὐ πᾶσι σε ἀργυρίου  
 ἀπέπεμψεν; SACRA ANNUA] ἐνιαυσίαι θυσίαι. QVÆ DIFFERRE NEFAS] Alludit ad anti-  
 quos Numæ sacrorum ritus, qui tam arcta religione continebantur, vt ne nuntiato quidem repen-  
 tino in urbem hostium incurfu rumpi aut interpellari possent. Vnde & suprâ: *audax quæ rumpere*  
*Pallas Sacra vetat.* Vide Plutarch. in Numa, & lib. De superstitione.

175 Hæc vbi dicta, dapes iubet, & sublata reponi  
 Pocula: gramineoque viros locat ipse fedili,  
 Præcipuumque thoro, & villosi pelle leonis  
 Accipit Æneam, folioque inuitat acerno.  
 Tum lecti iuvenes certatim, aræque sacerdos  
 180 Viscera tosta ferunt taurorum, onerantque canistris  
 Dona laboratæ Cereris, Bacchumque ministrant.

Vescitur

Vescitur Æneas simul, & Troiana iuuentus  
 Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.  
 Postquam exempta fames, & amor compressus edendi,  
 185 Rex Euandrus ait.

PRÆCIPVVM QVÆ THORO, ET VILL. PEL. LEO. ACC.] Od. α. *ἀντὶ δ' ἐς ἄρην εἶπεν*  
*ἄρην, κατὰ λῆτα πετάσας κελόν, δαδὲ δὲ κέρον*. & Od. γ. *ἔλα χεῖρα ἢ ἰδρυσσε κέρον δαυτὶ κῶσιν ἐν μαλακοῖσι*. Et  
 Od. ε. *ἔσθρεσεν δ' ἄρην ἰονδῶν* ἄρην ἀργῶν ἀπὸ ἰουάνων μέγα ἢ δασύ, ἡεῖρε δ' ἄρην δὲ ἴσθι μιν ὡς ἄσπο-  
 λυτο. Sic & in epulis præcipuum honore, hoc est, discubitu honoratissimum, inter cœnuias dixit  
 Tacit. lib. 19. Ann. Sciscitanti causam, apud Carcinam Thuscum epulari multos, præcipuum ho-  
 nore Iunium Blaſum nuntiatur. SOLIO ACERNO] Imitatione Apollonij: *ἀντὶ δ' ἐν ἰσθῶ βασι-*  
*λεῖς μὲν αὐτῶν ἰδέας πολλὰς δίδας λαοῖσι δαδῶσι*. Nimirum heroicis temporibus reges ipsi *μῶσαι,*  
 hoc est, folio ligneo, vtebantur. TVM LECTI IUVENES] Sophocl. in OEdip. Tyr. *ἡδῶν λευκῶν*  
 & Eurip. Suppl. *λευκῶν δ' ἀργύρας δαδῶν ἀδελφῶν κέρους*. DONA LABORATÆ CERERIS] Eufor-  
 ma Quid laborate merguntur in æquore puppes: & Græci *εὐπορεύω, & εὐπορεύω* vt de efficto cane  
 poëta Epig. lib. 4. *σύνει* ὁ ἴσθι σπυνημένῳ, ἢ δ' ἄρην μὲν, ἀλλ' ἄρην πεινημένῳ ἀπομαρτυροῦντος ἔσθῃ. VESCI-  
 TVR PERPETVI TERGO BOVIS] Hoc est, vt poëta, *νότισσι διλυκέεσσιν*. II. n. τοῖσι ὃ βοῶν ἔρδωσιν  
 ἀνάξ ἀνδρῶν ἀγαμέμων, ἄρσεντα, παν τῶν κέρων, ἔσθῃ μὲν κρόνον, νότισσι δ' αἰάντα διλυκέεσσιν ἔρεσσιν. Et Od. ε.  
 νότισσιν δ' ἀδύσση διλυκέεσσιν ἔρεσσιν ἀργῶν ἰδρῶν ὄρε. EXIA autem *lustralibus* videtur *καθαρτικῶν* intelligere:  
 REX EVANDRVS AIT] Seruat decorum poëta, qui verbosum senem inducit, exëplo Homertis  
 qui Nestorem II. α. δ. n. λ. & φ. non amulsis hominibus velut in scenam videtur penè ἀδολογητῶν προ-  
 ducere, & *σπερμολύρον*.

Non hæc solemnia nobis,  
 Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram  
 Vana superstitio, veterumue ignara deorum  
 Imposuit. sæuis hospes Troiane periclis  
 Seruati facimus, meritosque nouamus honores:  
 190 Iam primùm faxis suspensam hanc aspice rupem:  
 Difsectæ procul vt moles, defertaque montis  
 Stat domus, & scopuli ingentem traxere ruinam:  
 Hæc spelunca fuit vasto submota recessu,  
 Semihominis Caci, facies quam dira tegebat,  
 195 Solis inaccessam radiis: semperque recenti  
 Cæde tepebat humis, foribusque affixa superbis  
 Ora virum tristi pendebant pallida tabo.  
 Huic monstro Vulcanus erat pater. illius atros  
 Ore vomens ignes, magna se mole ferebat.  
 200 Attulit & nobis aliquando optantibus ætas  
 Auxilium, aduentumque dei. nam maximus vltor  
 Tergemini nece Geryonis, spoliisque superbus  
 Alcides aderat, taurosque hæc victor agebat  
 Ingentes: vallemque boues, amnemque tenebant.

HANC TANTI NVMINIS ARAM] Huius aræ magnæ meminit his verbis Tacit. lib. Ann. 15.  
 Sed vetustissima religione, quod Seruius Tullius Lunæ, & magna ara, fanumque, quæ præfenti  
 Herculi Arcas Euander sacrauerat, ædesque Statoris Iouis vota Romulo, Numaque regia, & de-  
 lubrum Vesta, cum Penatibus populi Rom. exusta. In quam sententiam & Plutarch. *ἐν Ῥωμαίων.* in  
 cap. διατὶ τῆς ἡγεμονίας γεινομένης θυσίας, &c. ὡς δὲ φασὶν ἔνιοι, ἢ μὲν τῆς ἀνθρώπων ὄντων ἐπὶ βοῶν ἰδρῶσιν αὐτῶν τὸν  
 ἀνδρῶν αὐτῶν, ἢ θυσίαν προσευχῆν. VANA SUPERSTITIO] *δεισιδαιμονία, ἢ δεισιδαιμονία.* Seruius vult  
 superstitionem timorem esse superfluum & delirum, aut abaniculis dictam, quia multæ supersti-  
 tes per ætatem delirant, & stultæ sunt: aut secundum Lucr. Superstitionem esse superstantium re-  
 tum, id est, cælestium & diuinarum, quæ super nos stant, inanem & superfluum timorē. Videtur  
 autem Seruius indicare illos Lucretij versus lib. 1. Sub religione — Quæ caput à cæli regionibus  
 ostendebat, Horribili super aspectu mortalibus instans: SEMIHOMINIS CACI] Fabulam  
 Caci ad amorem detorquet Plutarchus in *ἑρωτικῶν* ἀξίον δὲ σαφῶς φησὶ τῶν υἱῶν μνημονεύσαι. τὸν γὰρ  
 ἡρώεσιν παλαιῶν Ῥωμαίων κἀκεῖν ἰστοροῦσι τὸν ἢ φλόγας ἀφ' ἑαυτοῦ διὰ τὸ εὐματῶν ἔξω ἑρῶσας, αὐτῆ δ' ἀληθῶς μαυρομένη  
 m z

την φθέρηται, ἢ διὰ τῶν μελῶν ἀναφέρει τὴν ἀπὸ τῆς καρδίας διεκρίθηται. TEGEBAT] In nonnullis codicibus legitur tenebat, exiguo & sensus & scripturæ discrimine. TERGEMINI NECE GERONIS] A] Observavit Pafferatus, legendum esse Geryonæ, auctore Servio ad illud è septimo Æn. postquam Laurentia victor Geryona extincto Tiryntius attingit arua: vbi malè Geryone pro Geryona dicit legi. Sciendum que Servio declinari, Geryones, Geryonæ (vnde est, Tergemini necè Geryonæ) vt Anchiſes, Anchiſe: vnde vsurpasse Sallustium Geryonis dicentem. Videtur autem Lucretiū imitari Servius, apud quem legerat lib. 5. Quidue tripeçtora tergemini vis Geryonai: Obseruauit tamen ego Græcis γηρουόνης, γηρουόνης, & γηρωών, ὄν, variari. Cæterum de Geryone vide supra lib. 6. Pertinent autem ad loci huius enarrationem hæc Hesiodi in Theog. χρυσάωρ δ' ἔτεκε τριπέδαλον γηρουόνηα, τὸν μὲν ἄρ' ἐξενάειξε βίη ἠερελέην, βουσι παρ' εἰλιπέδοσι περὶ δούρα ἐν ἐρυδίῃ, ἦματι τῷ δὲ τῶ βοὸς ἠλάσεν ἀρυμετώπις τιμωδ' εἰς ἑρλιώ, διαβέας πέρον ὠκεανοῖο, ὄρδοντε κτείναις, ἢ βουκόλον ἀρυτιόνα σαδμῶν ἐν ἠερεσίῃ πέριλυ κλυτὸ ὠκεανοῖο. Geryonæ autem meminit Plato, & huius abactionis in Gorg. sub persona Calliclis, vbi de iusto, quod lege & natura constat, agit, docetque in Socratem exemplo Herculis natura superiore inferiori legem dare, his verbis: διὰ δὲ μοι ἢ οὐ πίνδραρ ἡμῶν ἐγὼ λέγω, ἐν δὲ ἐκινυμένω ἐν τῷ ἀσμάτι, ἐν ᾧ λέγει ὁ πινίμω ὁ πάντων βασιλεύς διὰ τῆς τε καὶ ἀθανάτων, ὅτι ἢ δὴ, φησιν, ἀγχι βιαιῶς τὸ δικαιότατον ἄσφατάς χειρὶ, τεμνόμεναι ἔργισιν ἠερελέοις, ἐπεὶ ἀσφατάς λέγει οὐ τὰ πῶς, τὸ δὲ ἄσφα οὐκ ὀπίστωμαι, λέγει ἢ ὅτι οὐτε ἀσφάμεν, οὐτε δὲ ὄντ' ὅτ' ἡμεῖς ἠλάσασα τὰς βοὸς, ὡς τούτου ὄντ' ὅτ' ἀδικίῳ φύσει, ἢ βοὸς ἢ τὰλλα κτήματα εἶ πάντα τοῦ βελτίου ἢ καρείου ἢ τὰς χεῖρας ἢ τὴν ἰστίαν.

- 205 At furis Caci mens effera, ne quid inaufum, Aut intentatum scelerisue, dolive fuisset: Quattuor à stabulis præstanti corpore tauros Auertit, totidem forma superante iuuenças. Atque hos, nequa forent pedibus vestigia rectis,
 xit, Apollon. lib. 4. de Apolline: δειδῶν ἢ μίης ἐπ' ὑψηλῶν δρύους δ' ἐξ ἰσοπέσει χεῖρας ἀνέσχετο ὑφί-  
 στειν ἀντὶς ἡμῶν. De Apolline quoque  
 Actio Higinus: Callimachus in iisdem finibus ad Apollinis Actij templum, quod Argonautæ pro-  
 ficiscntes statuisset existimantur in eo loco qui Pagasæ vocatur. Semper autem Apollinem Teucris,  
 Romanis que fauentem poëta inducit, & veluti Iuliæ familiæ præfidem, vt cuius insignia Teumiq;  
 Augustus vsurpauit, & cui hanc victoriam acceptam retulit, nuncupatis ei ludis Actiis, certamine  
 gymnico, nauali, equestri insignibus: quo fit vt suspicer, hominum nostrorum quendam, antiqui-  
 tatum bene peritam, in libro quem de religione Romanorum nostra lingua scripsit, diligèter for-  
 san errauisse: qui simulacrum, meo iudicio, fratri dicatum, forori adiudicat, eum imago mihi ad  
 Apollinem, non Dianam, referenda videatur. Constat autem totius simulacri œconomia, parte al-  
 tera, imberbi deo, crine in nodum collecto, pharetram ex humero suspensam habente: altera facie, D  
 templi situ in medio, nauale trophæum continente, cum trunco galeam, rostrum nauis, loriam,  
 scutum, tela pensilia, anchoram, clauumque distinguente, & de præcisivis ramis sustinente, cum hac  
 in superliminari parte superscriptione: **I M P. C A S.** superaddita in supremâ templi frōte II Graci  
 figura, hoc typo, f. Illud tamen simulacrum hac constructione auctor ille, deceptus virginali &  
 fœmineo Apollinis vultu, & conformata dei in nodum coma, qui & intonsus, & paritate armorū,  
 atque maxime argumento figuræ illius, quam & tripodem vocat, & pro triquetra accipit, ad Au-  
 gusti victoriam reuocit, classem reportatam à Sexto Pompeio in Sicilia: quasi eam prosperitatem Im-  
 perator eo monumento testatam, Dianæ beneficio ascripserit: quamvis figura illa, non satis exactè  
 trigona, Trinacriam non conuincat, sed tripodem Pythium sapere videatur: nec item de nuncu-  
 patione & consecratione Augusti Dianæ facta mihi constet, quem ludos superiores, Apollinæres  
 dictos, magna veneratione Apollini instaurasse, nemo est qui nesciat: vt excusationem mereatur  
 error meus, si, pace viri docti, malim symbolum illud Apollini Actio imputare, nisi quid lectori  
 forte melius succurrerit: cum fateri necesse est, repertum mihi nuper admodum Siciliae simulacrum,  
 vt antiquarij censent, muliebri vultu, cum hac tripodis nota & signo. Certè & Actius Apollo, qui  
 in Leucadio litore colebatur sub nomine numineque custodis, in magna erat religione: vnde Pro-  
 per.

per. Actia Virgilium custodis littora Phœbi, Cæsaribus & fortes dicere possent rates: & in carmine de  
 Actiaca victoria ex persona Apollinis ad Augustum Proper. tibi militat arcus, Et fauet ex humeris  
 hoc onus omne meis: & post paulò: Actius hinc traxit Phœbus moniméta, quòd eius Vna decem  
 vicit missa sagitta rates. Alij tamen, vt supra admonuimus, ὑπὸ τῆς ἀκτῆς deducunt: vnde & ἀκτῆς  
 Catullus littoralium deorum, de fæselo, meminit: Neque vlla vota littoralibus dijs Sibi ef-  
 fectis. Est & non dissimile huic loco illud apud Callim. in hym. Deli de Marte: ὑφίβει δ' ἐσμελάγνα  
 ἐξ ἀκτῆς τὸν ἄνω ἀκροῦ δούρωσι τοῦτο ἔλεγε καὶ ἐπέμεινε δ' ὅσους οὐραεὶ καὶ πεδίων κερωνίων. Orpheus quo-  
 que meminit Epaetij: ἰερά τὸ εἶδος ζῶντι παρομοιάζει καὶ ἐπαπτερό δ' ἀπόλλωνι. Certè suspicor poëtam Actium Apol-  
 linem dicere, οἶον ἐπὶ ἀκτῶν, vel ἀκτῶν, vt supra, tanquã ex littorali promontorio pro Augusto pugna-  
 rit, vel vt ἀκτῶν dicat ἡμῶν τὸ ἀγρεν, τουτέστι ἀγγύλας, frangere, vincere: vnde Proper. vicit missa sagitta  
 rates. Scilicet consentit cum Propertio mirè Maro, qui per imperfectum dixerit *arcum intendeat*,  
 ac si nondum elapsa sagitta statim ad primam arcus diuini aspectationem, consternati Ægyptij, fu-  
 ga sibi consulerent. Sunt autem Phœbi sagittæ, vt ex Homero liquet, radij, vnde & ἀκτωκόλιον.  
 INDI OMNIS ARABS ] Epig. οἰδεὶς ἀπὸς μοι ἐὼ ὅ ἁ δ' ἄλλοις ἐνδὸς ἀπ' ἀκτανοῦ.

B *Ipsa videbatur ventis regina vocatis*  
*Vela dare, & laxos iamque immittere funes.*  
 Illam inter cædes pallentem morte futura  
 Fecerat ignipotens, vndis, & lapyge ferri.  
 710 *Contra autem magno mœrentem corpore Nilum,*  
 Pandentemque sinus, & tota veste vocantem  
 Cœruleum in gremium, latebrosaque flumina victos.  
 At Cæsar triplici inuectus Romana triumpho  
 Mœnia, diis Italis, votum immortale, sacrabat  
 715 *Maxima ter centum totam delubra per urbem.*  
*Lætitia, ludisque viæ, plausuque fremebant:*  
*Omnibus in templis matrum chorus: omnibus aræ:*  
 Ante aras terram cæsi strauere iuueni.

C **MAGNO CORPORE NILVM**] ἐπιμάρτω, ἐπιμαρτω, ἐπιμαρτω' μέγαν νεῖλον vocat Æsch. in Perf.  
 Vt autem hic, *Pandentemque sinus*, ita Hom. II. φ. de Scamandro Troianis fauente: ζῶσος δ' ἐσάω καὶ καλὰ  
 ἰμῶνα, κρηπίων ἐν δὴνση βαθεύσαν μεγάληνησιν, δεινὸν δ' ἀμφοτέρω καλλιέων ἱσάτο κέρμα. In eandem senten-  
 tiam & Proper. lib. 3. de Cleopatra: Fugisti tamen in timidi vaga flumina Nili: Accepere tuæ Ro-  
 mula vincula manus. **VOTVM IMMORTALE SACRABAT**] Hoc est nuncupatis votis debitum  
 consecrabat. In quam sententiam & verba Valerius lib. 1. de Marcello. In qua cum Marcellus quin-  
 tum consulatum gerēs templum Honori & Virtuti, Clastidio prius, deinde Syracusis potius, nun-  
 cupatis votis debitum consecrare vellet, à collegio augurum impeditus est. **TOTAM DELVB.**  
**PER VRBEM: LÆT. LVDISQVE**] Ex Bacchylidæ fragmentis: συμποσίον δ' ἐρεσσῆς ἑρδοντ'  
 ἀρχαὶ παιδικῶν δ' ὑμνοὶ φλέγοντ' & Apoll. 4. ἐγλάσασαν — ἐρηνοσασ ἀπαιδὸν ἀτραπτοὶ πεδίων, ἐν δὲ ἰσροῦ-  
 ἴσασ ἀρχαίς.

D *Ipsæ sedens niue candentis limine Phœbi,*  
 720 *Dona recognoscit populorum, aptatque superbis*  
 Postibus. incedunt victæ longo ordine gentes,  
 Quam varix linguis, habitu tam vestis, & armis.  
 Hic Nomadum genus, & distinctos Mulciber Afros,  
 Hic Lelegas, Carasque, sagittiferosque Gelonos  
 725 *Finxerat. Euphrates ibat iam mollior vndis,*  
 Extremitique hominum Morini, Rhenusque bicornis,  
 Indomitique Daæ, & pontem indignatus Araxes.  
 Talia per clypeum Vulcani dona parentis  
 Miratur, rerumque ignarus imagine gaudet,  
 730 *Attollens humero, famamque, & fata nepotum.*

**IPSE SEDENS NI. CAND. LIM. PHOEBI**] In templo, inquit Scruuus, de solido marmore  
 effecto, allato à portu lunæ, qui est in Liguria: Ascensus, candentis, resplendentis interpretatur.  
 Certè

Certè hîc, *candentis, μαρμαίροντ* accipio *ἀπὸ τοῦ μαρμάρου*, qua voce & marmor, & marmoris luciditas significatur, & *μαρμαρυγή*. QVAM VARIÆ LINGVIS] Lucret.lib. 5. Quòque modo genus humanum variante loquela Cœperit: vnde & *μέροτες ἀνθρώποι*. Lingua autè vt & apud Græcos à Latinis pro dialecto sæpe vsurpatur, vt apud Hom. *ἄλλῃ δ' ἀλλῶν γλώσσῃ*. DISCINCTOS AFROS] *ἀμείβοχρητους*. Hom. *ἄλλ' ὄσους, ἄλλ' ὄνοις*, vel ob calorem, vel *οἰονεὶ ἀνθρώποις ἢ εἰσέλοις*. DONA RECOC. POP.] Aurum coronarium innuit. EUPHRATES IBAT IAM MOLL. VND.] Tanquam scilicet sese submitbens, & Augusti dominatum agnoscens. Nimirum & huic fluuio vim futuri præfagam & fatidicam non solum accolæ, sed & aduenæ persuasum habebant, vt patet ex illo Taciti lib. Ann. 5. vbi Vitellij meminit, qui ad Euphratis ripam aciem admôrat, sub his verbis: Sacrificantibus, cum hîc more Romano suouetaurilia dant, ille equum placando amni adornasset, nuntiatèr accolæ Euphratem nulla imbrium vi, sponte & immensum attolli, simul albertibus spumis in modum diadematis sinuare orbes, auspiciam prosperi transgressus. quidam callidiùs interpretabantur initia conatus secûda, neque diuturna: quia eorum quæ terra cæloque portenderentur certior fides, fluminum instabilis natura simul ostenderet omina, raperetque. Superiùs idem ferè de Nilo: & Horat. minores voluere vortices: imitatione Homerii lib. II. 4. qui Xanthum inducit magnis vndis vorticibusque intumescentem, vt Achillem à Troianorum cæde arceret: *δεινὸν δ' ἀμὲν ἀγλῆνα κινάμενον ἱσάτο κέσμα, ὠδὲι δ' ἐν σάκκῃ πτόπῃαν βέβη*. EXTREMITATE HOM. MORINI] Sic Hom. Od. 2. Ethiopes vocauit *ἔθροίτους ἀνδρών*. Et Plin. lib. 19. cap. 1. vltimi hominum existimati Morini: *Rhenus* autem *bicornis*, *ῥήνας* Græcis. PONTEM INDIGN. ARAXES] Seruius Xerxem ponte Araxem tentasse admonet. Isidorus scripsit Araxem ab Alexandro ponte stratum æstu & inundatione opera omnia disturbasse, & iugum excussisse. Hunc autem fluuium Eustathius vult nomen sortitum *ἐκ τῆς ἀρῶσεν τῆ ὀξυπτη τοῦ ῥέματι*. ATTOLLENS HVM. FAM. ET FATA NEP.] Epig. lib. 5. *ἀγίδα γὰρ βλασφημίαν ἐπαμαδὸν ἦεν ἀείρον*.

P. V. MA-

*[Faint, mostly illegible text in the left column, likely bleed-through or a second column of commentary.]*



TQVE ea diuersa penitus dum parte geruntur:  
 Irin de cælo misit Saturnia Iuno  
 Audacem ad Turnum. Iuco tum fortè parentis  
 Pilumni Turnus sacrata valle sedebat:  
 Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est.  
 Turne, quod optanti diuûm promittere nemo  
 Auderet, voluenda dies en attulit vltro.  
 Æneas vrbe, & sociis, & classe relicta,  
 Sceptra Palatini, sedemque petiuit Euandri.  
 Nec satis, extremas Coriti penetrauit ad vrbes:  
 Lydorumque manum, collectos armat agrestes.  
 Quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poscere currus:  
 Rumpemoras omnes, turbataque arripe castra.  
 Dixit, & in cælum paribus se sustulit alis:  
 Ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.  
 Agnouit iuuenis, duplicesque ad sidera palmas  
 Sustulit, ac tali fugientem est voce secutus.

QVOD OPTANTI D. PR. N. AVDERET] Tale quid apud Comicum in Phorm. Dij vstram fidem, Quam sæpe temerè eueniunt quæ non audeas Optare! Talis est & Græca sententia scenica. *τὰντόματον ἢ μὲν κερδία βουλιὰς*. VOLVENDA DIES EN ATTULIT] Lucret. lib. 6. Sic voluenda ætas commutat tempora rerum: vbi participium præsens tempus, non futurum significat. LVCO TVM FORTE PARENTIS] Turnebus accipit de eo, qui mortuis feriat, vt Pilumnus pro mortuo à Turno coletetur. Nescio tamen, an ad Pilumni *ἑσθῆσαν* potiùs pœta respexerit, cum diis ex hominibus factis heroibus lucum sacrare antiquitati solenne esset, vt supra libro superiore, Syluano fama est veteres sacrasse Pelasgos Agrorum, pecorisque deo lucumque, diemque: & lib. 5. de Anchise iam inter deos relato: atque hæc mea sacra quotannis Vrbe velit posita templis sibi ferre dicatis: vt verisimile sit, Turnum tum in valle Pilumno sacra, tanquam in sacro & religioso loco confedisse, solitum quotannis diuinos ei honores instaurare. THAVMANTIAS] Ieu quasi Ieu vult dicam Seruius, fauente Hesiodi carmine in Theog. *παῖδες δὲ θαύμαντ' ὀυγῆτι πτόμας ἀνὰ Ἴου ἀγγελλίης ποιεῖν* ἐπ' ἀρέα γότα θαλάσσης, ὅσπ' ὄτ' ἔεις καὶ νεῖμα ἐν ἀθανάτοις ἔρη] & Hom. II. 8. *ἴωτε πορφυρέην Ἴου θνητοῖσι ταυόσῃ ζέως ἔξ οὐρανὸθεν, σέρας ἔμμυνοι ἢ πάλαιοι, ἢ καὶ γρημῆσσι διδουλάσσι*, ὅς βέε τῆ ἔργων ἀνθρώποις ἀνέπυσον ὄθι γῆσιν, μήλα δὲ κίβηει. Sic autem arcum Aristot. lib. De mundo definit: *ἴεις ὄθι ἔμμοσσι μήλα τμήματ' ἢ σάλωσι ἐν νέφει νοτερῶ καίλα καὶ σωεγεί σφὸς φαντασίαν, ὡς ἐν κελύπτῳ θεωροῦσαν καὶ κύλλα σφὸσφείραν*. De qua, vt supra admonuimus, lib. 3. Meteor. fusiùs disputat. Platoni autem in Cratylo, *ἴεις ἀπὸ τοῦ ἔρειπ' εἰκε κελκλιμένη, ὅτι ἀγγελοῦ* lib. & in Theæteto, *μήλα γὰρ φιλοσόφου σῶτο τὸ πτόμα* *θαυμάειν, ἢ γὰρ ἀλλῆ ἀρχὴ φιλοσοφίας ἢ αὐτῆ, καὶ εἰσιν ὁ πτόμα ἴεν θαύμαντ' ἔκγονον φήσας, οὐ κελὼς γυμναλοῦσιν* nimirum quod Irim vt deorum nuntiam eloquentem in Cratylo describit. Alludit autem ad τὸ θαύμα, cum Thaumantis filiam neptémue dixit, quod ab admiratione, dubitatione, ignorance Philosophia primordia sua sortita sit. Quem certè Platonis locum suppressio eius nomine Aristot. lib. D Metaph. primo intexuit.

Iri decus cæli, quis te mihi nubibus actam  
 Detulit in terras? vnde hæc tam clara repentè  
 20 Tempestas? video medium discedere cælum,  
 Palantesque polo stellas: sequor omina tanta,  
 Quisquis in arma vocas. & sic effatus, ad vnam  
 Processit, summoque hausit de gurgite lymphas,  
 Multa deos orans, oneravitque æthera votis.  
 25 Iamque omnis campis exercitus ibat apertis,  
 Diues equum, diues pictæ vestis, & auri.  
 Messapus primas acies, postrema coercet



Tyrriidæ iuuenes, medio dux agmine Turnus  
 Vertitur, arma tenens, & toto vertice supræ est.  
 30 Ceu septem furgens sedatis amnibus altus  
 Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,  
 Cùm refluit campis, & iam se condidit alueo.  
 Hic subitam nigro glomerari puluere nubem  
 Prospiciunt Teucris, ac tenebras insurgere campis.  
 35 Primus ab aduersa conclamat mole Caius:  
 Quis globus, ô ciues, caligine voluitur atra?  
 Ferte citi ferrum: date tela: scandite muros.  
 Hostis adest: eia. ingenti clamore per omnes  
 Condunt se Teucris portas, & mœnia complent.

IRI DECUS CÆLI] Ex Hom. Il. σ. τει δειδ, τίς τ' ἀρ σέ δειδ' ἐμοὶ ἀγγελ' ἦκε. MEDIUM DISCE-  
 DERE CÆLVM] Lucret. Diffugiunt animi terrores: mœnia mundi discedunt. SEQVOR OMI-  
 NA TANTA, QVISQVIS ES] sic suprâ 4. sequimurque deorum Quisquis es. Plutarchus in  
 Mario, ἐν τούτῳ ν. ἀμύνει ὁ μάει τὰς χεῖρας, καὶ ἀπὸς τὸν οὐρανὸν ἀναχθῶν, πύξεται τοῖς θεοῖς καὶ ἐπιπέμει. &  
 Persius, Hæc sanctè vt poscas Tyberino in flumine mergis Manè caput bis terque & noctem flu-  
 mine purgas. SEDATIS AMN. ALT. PER TACITVM GANGES] Annibus, alueis, ἀνύμαντι, &  
 ἀφ' αἰὸς ῥέων' vt frequens apud Hom. est epitheton Oceani ἀκαταρρέτης. Horat. Non rura, quæ Liris  
 quieta Mordet aqua taciturnus amnis. Plato in Theæteto: οὐρανὸν ἐλπίου ῥέδμα ἀλοφρητὶ ῥέοντι. Tibul. de  
 Cydno: tacitis qui leniter vndis, Ceruleus, placidis per vada serpit aquis. MœNIA COMPLENT]  
 Sic & Cæsar Bell. gall. Portas claudere, murum complere cœperunt.

40 Namque ira discedens præceperat optimus armis  
 Æneas, si qua interea fortuna fuisset:  
 Neu struere auderent acies, neu credere campo:  
 Castra modò, & tutos seruarent aggere muros.  
 Ergò, etsi conferre manum pudor, iraque monstrat,  
 45 Obiiciunt portas tamen, & præcepta faceffunt,  
 Armatique cauis expectant turribus hostem.  
 Turnus, vt anteuolans tardum præcesserat agmen,  
 Viginti lectis equitum comitatus, & vrbi.  
 Improuisus adest, maculis quem Thracius albis  
 50 Porrat equus, cristaque tegit galea aurea rubra:  
 Ecquis erit mecum, iuuenes, qui primus in hostem?  
 En, ait, & iaculum intorquens emittit in auras,  
 Principium pugnae, & campo sese arduus infert.  
 Clamorem excipiunt focij, fremituque sequuntur  
 55 Horrifono: Teucrum mirantur inertia corda,  
 Non æquo dare se campo, non obuia ferre  
 Arma viros, sed castra fouere. huc turbidus, atque huc  
 Lustrat equo muros, aditumque per auia quærit.

NAMQVE ITA DISCED. PRÆCEP. OPTIM. ARMIS] Mandatum notat militibus à di-  
 scedente imperatore datum, vt inferiis paulò, Quos pater Æneas, si quando aduersa vocarent, Re-  
 ctiores iuuenem, &c. Imitatione credo, illius Hom. Od. β. De Mentore, cui Troiam proficiscens  
 Vlysses rem Ithacensem & domesticam omnem cõmendauerat: καὶ οἱ τὸν ἐν νηυσὶν ἐπέστρεπεν οἶκον ἀπαν-  
 τα, πείθεσθαι δὲ γέροντι, καὶ ἔμπροσθεν πάντων φυλάσσειν. Vt autem Optimus armis: Hom. δδ. δ. καὶ ἔγχεσιν ἔβ' ἀρίστου.  
 CASTRA MODO ET TVT.] Hoc idem consilium doctis verbis per personam Polydamantis  
 ad Troianos exequitur Calab. lib. 10. Quod tamen ab Ænea contrâ sentiente refellitur. ECVVIS  
 ERIT MEC. IV. Q. P. &c.] Ex Xenoph. ni fallor, qui cõclamasse milites memorat Cyrum in ipso  
 pugnae ardore & impetu: τίς ἐψέ; τίς ἀγαθός; τίς σφῶντι ἀνδρα κατακαλεῖ; CLAMOREM EXCIP-  
 SOCIJ, FR. SEQ. HARRISONO] Tale quid apud Plutarch. in Othone: ἐκείνων τὴν σφῶντι ἀνδρῶν  
 μετα

Α μετα πονηρῶν πολεμικῶν ἀμειψιμένων. Vt autem, clamorem excipiunt, Theocr. εἰδ. δ. εἴτε δ' ἀμοιβαίλων ἕπε-  
 κάμματα δ' ἀφ' οὐραίου ἀνδ' αὐτῶν. Vt ἑπιλαμβάνειν τὸν excipere respondeat. HVC ATQVE HVC] ἑπὶ δὲ καὶ ἑπὶ δὲ  
 δεῖρα κηρύττεισιν.

Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,  
 60 Cùm fremit ad caulas, ventos perpeffus, & imbres  
 Nocte super media, tuti sub matribus agni  
 Balatum exercent, ille asper, & improbus ira  
 Sæuit in absentes: collecta fatigat edendi  
 Ex longo rabies, & sicca sanguine fauces.  
 65 Haud aliter Rutulo muros & castra tuenti  
 Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet.  
 Qua tentet ratione aditus, & quâ via clausos  
 Excutiat Teucros vallo, atque effundat in æquor.  
 70 Classẽm, quæ lateri castrorum adiuncta latebat,  
 Aggeribus septam circum, & fluuiabilibus vndis,  
 Inuadit, sociosque incendia poscit ouantes:  
 Atque manum pinu flagranti feruidus implet.  
 Tum verò incumbunt: vrget præsentia Turni:  
 Atque omnis facibus pubes accingitur atris.  
 75 Diripuerẽ focos, piccum fert fumida lumen  
 Teda, & commistam Vulcanus ad astra fauillam.

AC VELVTI PLE. LVP. INSID.] Videtur esse ex Apoll. lib. 1. εἴη δὲ μεταξὺς τρυφῶν σχεδὸν ἡδύτα  
 τίς δὲ ἀγρῶν, ὅτι ἴα τε γῆρας ἀποσπῶσθαι καὶτο μύλων, λίμνη δ' αἰθόμενον μεταπίσσει, εἰδ' ὀπίκουρος πύμνησιν, ἀπὸ γὰρ  
 ἀπὸ τῶν αὐθιγῶν τομῆς ἔλθουσιν, ὁ δὲ σενάχων βρέμει ἀσπυτον, ὁ σφρα κέμεισιν. Recurre ad locum suprâ lib. 2. lupi  
 cen Raptores atra in nebula, &c. ad quem est accommodatus Homeri locus Il. λ. οἱ δὲ λύκοι αἰς ἀμο-  
 C εἶρα. VENTOS PERPESSVS ET IMBRES] Il. μ. αἰ τ' ἀνεμον μίμνησι καὶ σέτον ἡματι πάντα. Sub  
 matribus agni. Homero ὑπέρβλυθ' οὐίς, vel in se vel sub se agnum habens, ἕατα. SÆVIT IN ABS-  
 ENTES] Sumptum ex Varro de cane: Si veteris potuit ceruæ comprehendere lustra, Sæuit in absen-  
 tem, & circum vestigia lustrans Æthera per nitidum tenues seclatur odores. COLLECTA FAT.  
 ED. EX LON. RABIES] Virgilius & colligere sitim, & satiem. Sic & Epigram. Græc. lib. 7. εὐφροσύνη  
 μαθή ψυχῆ ἀντόματ' ὄ. SICCÆ SANGVINE FAUCES] Superiori lib. de Caco: Elifos oculos,  
 & siccum sanguine guttur: vbi exanguē, tanquã iam Caco extincto, interpretatur Sernius. ATQVE  
 MANVM PINV] Eurip. in Phœn. de obsidione Thebarum: δεξιά δὲ λαμπράδα πτάν σερμυδαῖς ἔφερον  
 αἰς σφῶντων πόλιν.

Quis deus, ô Musæ, tam sæua incendia Teucris  
 Auertit? tantos ratibus quis depulit ignes?  
 Dicite. prisca fides factò, sed fama perennis.  
 80 Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida  
 Æneas classẽm, & pelagi petere alta parabat.  
 Ipsa deũ fertur genitrix Berecynthia magnum  
 Vocibus his affata louem. da nate petenti,  
 Quod tua cara parens domito te poscit olympo.  
 85 Pineæ sylua mihi multos dilecta per annos,  
 Lucus in arce fuit summa, quò sacra ferebant,  
 Nigranti picea, trabibusque obscurus acernis:  
 Has ego Dardanio iuueni, cùm classis egeret,  
 Lætã dedi: nunc sollicitam timor anxius vrget:  
 90 Solue metus: atque hoc precibus sine posse parentem:  
 Neu cursu quassatæ vllo, neu turbine venti  
 Vincantur: profit nostris in montibus ortas.

QVIS DEVS Ô MV. TAM S.Æ. INC. TEVC. AVER.] Hom. Il. p. diuerfa sententia: ... FORMABAT CLASSEM] Hom. Od. ... I.P.S.A. DEVM FERTVR GENITRIX] Admonet Seruius hoc figmentū, quod ex iplo careat, à criticis notatum, Apollonius tamen lib. 4. nauem ipsam Argo non solum vocalem, sed & vaticinantem vectoribus inducit

Filius huic contrā, torquet qui sidera mundi:
O genitrix, quò fata vocas? aut quid petis istis?
95 Mortaline manu factæ immortale carinæ
Fas habeant? certusque incerta pericula lustret
Æneas? cui tanta deo permiffa potestas?
Immo vbi defunctæ finem, portusque tenebunt
Aufonios, olim quæcunque euaserit vndis,
100 Dardaniumque ducem Laurentia vexerit arua:
Mortalem eripiam formam, magnique iubebo
Æquoris esse deas, qualis Nereia Clotho,
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.
Dixerat: idque ratum Stygij per flumina fratris,
105 Per pice torrentes, atraque voragine ripas,
Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.

ANNUIT, ET TOT. NVTV TREM. OLYM.] Hom. Il. α. η. η. καλέεισιν ἐπ' ὄφρυς νεύει κροῖαν, εὐβρόσαι δ' ἀεγ' ἄλλ' ἐπερρώσαντο ἀνάκτορον κροῖαν ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλάλιζεν ἄλυμπον. Vt autem hic nutu tremefactum olympum narrat Virgilius, sic & Æschylus in Suppl. ἀκροστον βασιλείαν describens, μνησθήσοισι νύκτωρ σέθεν, μνησθήσοισι δ' ἐν θρόνοις χεῖρας πάν' ὀπκράνεις. Callimachus quoque in hym. Diana, de Ioue: μῦθον ἐπεκρήλωε καρήνα. & Hom. alibi, ὅτι κεν κεφαλῇ κατακλύσει.

Ergo aderat promissa dies, & tempora Parcæ
Debita completant, cum Turni iniuria matrem
Admonuit sacris ratibus depellere tedas.
110 Hic primum noua lux oculis effulfit, & ingens
Vifus ab aurora cælum transcurrere nimbus.
Idæique chori: tum vox horrenda per auras
Excidit, & Troum, Rutulorumque agmina complet.
Ne trepidate meas Teucris defendere naues:
115 Nèue armate manus: maria antè exurere Turno,
Quam sacras dabitur pinus. vos ite soluta,
Ite deæ pelagi, genitrix iubet: & sua quæque
Continuò puppes abrumpunt vincula ripis,
Delphinumque modo demersis æquora rostris
120 Ima petunt: hinc virgineæ (mirabile monstrum)
Reddunt se totidem facies, pontoque feruntur,
Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.

ERGO AD. PROM. D. ET TEMP. PAR. DEB. COMPL.] Od. λ. ἀλλ' ὅτε δὴ μῦθος τὸ καὶ ἡμέραι ἐξετέλειτο, ἀφ' ἀπετελομένων ἐπέθετο, καὶ ἐπὶ κλυδὸν ὄρασε. & Il. p. οἱ αἰὼν ἐπέειπ' ἄσπε' αἰάντο, &c. & Epigr. lib. 3. νήματ' ἀναπύσας ἀπμοίεω. Æsch. in χροῖα. videtur μοιροκράτητον ἡμῶν vocare, quod hic, tempora Parca debita completant. Plato in Epinom. ὅτε δανάτω τῆς ἀφ' τοῦτοῦτον τῶν αὐτῶν κώραν ἀναπύσας. & Calab. καὶ τότε γ' ὁσὶ ἡμελλὸν ἐτήτυμον ἡμῶν κένθη κήρες ἀπεκτελέων. Et Hom. Il. 3. ἀναπύσας οἶτον, ἀπεφροσπῆς ἀντιτῶν τελευτήσας οἶον δὴ κελὸν οἶτον ἀναπύσας ὄλων. I. D. Æ. I. Q. V. E. CHORI] De Idæis dactylis vide Apollonij interpretem: Proper. Cybelle Fundat ad Idæos cymbala rauca sonos. DELPHINVM M. Q. V. E. MO. DEMERS. Æ. Q. ROST. IMA PET.] Apollon. lib. 4. de Nereidibus, ἐν δ' αἰ μὲν χεῖρας βένθ' ἀλγῶναι αἰδέθησι δῶν.

Obstupue.

Obstupere animis Rutuli: conterritus ipse
Turbatis Messapus equis: cunctatur & amnis
125 Rauca sonans, reuocatque pedem Tyberinus ab alto.
At non audaci cessit fiducia Turno:
Vltro animos tollit dictis, atque increpat vltro,
Troianos hæc monstra petunt: his Iupiter ipse
Auxilium solitum eripuit: non tela, nec ignes
130 Expectant Rutulos. ergo maria inuia Teucris:
Nec spes vlla fugæ: rerum pars altera adempta est:
Terra autem in manibus nostris. tot millia gentes
Arma ferunt Italæ. nil me fatalia terrent,
Si qua Phryges præ se iactant, responsa Deorum.
B 135 Sat fatis, Venerique datum est, tetigere quòd arua
Fertilis Aufonia Troës: sunt & mea contrā
Fata mihi, ferro sceleratam excindere gentem,
Coniuge prærepta: nec solos tangit Attridas
Iste dolor, folisque licet capere arma Mycenis.

TROIANOS HÆC MONSTRA PETVNT] Sic & Græcis τέρρας tam monstrū vulgari significatione, quàm signum à numine dicitur, vt passim apud Hom. & Eurip. in Phœn. οἱ δ' αὖτε παρ' ἡμῶν λέγοντες τέρρας ἰδόντες, &c. SAT FATIS, VEN. DATVM] Suprà lib. 2. Sat patria, Priamoque datum. SVNT ET MEA CONTRA FATA MIHI] Imitatione illius, vt credo, Homerici Iliad γ. ἔσθ' ἢ θεοὶ εἰσι καὶ ἡμῶν, ad quod respexit Ouidius, habetq; deos pars vtraque. NEC SOLOS TANG. ATR. ISTE DOL.] In prouerbium abiit, non solos Attridas amare vxores, ex Hom. Il. ζ. οὐ μόνον φίλους ἀλλ' ἄλλος μερόπων ἀνθρώπων ἀφείδεται quem verum citat Iurifconsultus l. Si vxor. II. ad leg. Jul. de adul. Nimirum Aristot. lib. De morib. 3. inter omnes coniunctionis & amicitia species, primum locum amori coniugali tribuit his longè elegantissimis verbis: ἀνδρὶ ἢ καὶ γυναικὶ φίλια δοκεῖ καὶ εὐσυνέστατον ἄνθρωπον ὅτι τῆ φύσει συνδυαστικὸν μάλλον ἢ πολιτικὸν, καὶ ὁμοσφύτερον καὶ ἀναγκαστικόν οἴκῳ πόλει, καὶ τεινοντάτα κινήσεων ζώοις, τοῖς μὲν οὖν ἀλλοῖς ἐπὶ τοσοῦτον ἢ κοινωνία ἔστιν, οἱ δ' ἀνθρώποι εὐ μόνον τῆς τεμποπίας χάριν συνκοσμοῦσιν, ἀλλὰ καὶ ὅτι εἰς τὸν βίον, ἀποῦς γὰρ διήρη] τὰ ἔργα, καὶ ἔστιν ἔργον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, ἐπαρκόσον οὐκ ἀλλήλων εἰς τὸ κοινὸν πιδέντες τὰ ἴδια, διὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸ χεῖρισμον ἔστι δοκεῖ καὶ τὸ ἴδιον ἐν ταύτῃ τῇ φίλιᾳ, ἐπὶ δ' αὖτε καὶ ἀρετῶν εἰς ἀπηνεῖς εἶναι, ἐστὶ γὰρ ἀρετὴ ἀρετῆ, καὶ χαίρειν ἂν τῆ τοιοῦτη, σωδραμοῦ δὲ τὰ τέσσα δοκεῖ εἶναι, καὶ δὲ αὖτε οἱ ἀπηνεῖς διαλλόν] τὰ γὰρ τέσσα κοινὸν ἐξαδὸν ἀμφοῖν, σωδραμοῦ δὲ τὸ κοινόν. Vide Plutarch. in hoc argumentum ἐν ἑρωτικῷ.

140 Sed periisse semel fatis est. peccare fuisset
Antè fatis, penitus modò non genus omne perofos
Fœmineum: quibus hæc mediij fiducia valli,
Fossarumque moræ, lethi discrimina parua
Dant animos. an non viderunt mœnia Troiæ
D 145 Neptuni fabricata manu confidere in ignes?
Sed vos ô lecti, ferro quis scindere vallum
Apparat? & mecum inuadit trepidantia castra:
Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Est opus in Teucros. addant se protinus omnes
150 Hetrufci socios. tenebras, & inertia furta
Palladij, cæsis summæ custodibus arcis,
Ne timeant: nec equi, cœco condemur in aluo:
Luce palam certum est igni circumdare muros.
Haud sibi cum Danaïis rem, faxo, & pube Pelasga
155 Esse putent, decimum quos distulit Hector in annum.
Nunc adeo, melior quoniam pars acta dici est,

Quod





Mandet humo solita: aut, si qua id fortuna vetabit, Absenti ferat inferias, decoretque sepulcro: Neu matri miseræ tanti sim causa doloris: Quæ te sola puer, multis è matribus, ausa Prosequitur, magni nec mœnia curat Aesthæ.

SOCIUM SVM. ADIVNG.] Socium, συννήτορας, σωρηγόν, ξωρηγόν, συμπαράτορας. NON ITA ME GENITOR-SVBLATVM ERVDIIT] Sic Hector apud Hom. II. ζ. εἰδ' ἐ με θυμὸς ἀνώγει, ἐπιμάδων ἐμὸναι ἐδιδόξαι αἰεὶ, καὶ σφάπτει μετὰ τρώεσσι μάχεσθαι, ἀρνύμεναι πατρὸς τε μέγα κλέος ἠδ' ἔμῳ ἀντι. Erudit autem, ἐπαίδεισσε. Sophocl. in Colon. καὶ τοι σὲ θεῖσ' αὖ γ' ἐκ ἐπαίδεισαν κελόν. Laudat autem hic se, velut iure suo, in sinu amici Euryalus à militari educatione, & armorum familiaritate, quòd natalis suus in bella, Troiæque obsidione incidisset, vt disciplinam bellicam cum lacte suxisse, & hausisse videatur. SVBLATVM] Sic Latini, tollere liberos, vt Græci ἀναρεΐδου. Plutarch. in lib. αὐτὸ φιλαδέφ. ἀποθανόντων αὐτῶν παιδῶν οὐδ' ἐν ἐκ τῆς γυναικὸς ἀνελάσθη ἠδ' ἐκ τῆς τελευτῆς πολλὰ κίς, ἀλλὰ τὸν ἀνένου πατέρα θρήνησεν καὶ ἀνδράσας, ἐπὶ ζῶν ἐπέδωκε τὸ δαδμήμα, καὶ βασιλέα σφραγισσάμενος de Attalo & Eumene. EST HIC, EST ANIMVS LVCIS CONTEMPTOR] Lucis, vitæ, vt οὐδ' Græcis sæpe, pro vita: & φάσκει λίσσασθαι, frequens Euripidi, pro viuere. Græcis, θυμὸς τὸ ζῆν ἑσπέρησιν. Plutarch. in lib. πρότερον ἀδελφῶν ἰσοκράτης δὲ τὸς ἐν μὲν ἀδελφῶν περιμνησάμενος ὁ σπέρ ἀλλοτρίαις ψυχαῖς φησὶς ἐνεργησάσθαι, καὶ ἑσθ' ἀδελφῶν τῶν ἀδελφῶν ἀντι, καὶ τῶν ἀδελφῶν τῶν ζῆν. QVI VITA BENE CREDAT EMI] Sic & Aristot. 5. Polit. ἀντιδὸς ψυχῆς & ἄσχη. ἀμαρτὴ δὲν ἢ ἀρετῆ ὀνία. Vt autem hic bene emi, ἀντιδὸς Græci dicunt, & δῶνον. Pindarus quoque Pyth. Ode 6. eadem forma σφάπτει δὲ θανάτου κοινὸν ἀντιδὸν. Propert. Quòd si certa meos sequerentur funera casus, Tali mors pretio vel sit emenda mihi. QVI CVN- QVE OCVLIS] Innuit τὸν ἐπὶ τὸν δία. ABSENTI FERAT INFERIAS] Absentem pro mortuo hic poëta accipit: vt supra: sequar ignibus absens: vt & Græci nonnunquam ἀπεληλυθότα, οὐχ ὄντων, ἀποχρησμένον & Eurip. ἀπελάθειν τὸν & Chrysof. ἴσως μετὰ μικρὸν ἀπελάσσομαι χεῖρόν, vt & εἶναι pro vi- uere, & οὐκ εἶναι, mortuum esse.

Ille autem: Causas nequicquam necltis inanes: Nec mea iam mutata loco sententia cedit: Acceleremus, ait: vigiles simul excitat. illi Succedunt, seruantque vices. statione relicta Ipse comes Niso graditur: regemque requirunt. Cætera per terras omnes animalia somno Laxabant curas, & corda oblita laborum. Ductores Teucrûm primi, & delecta iuuentus, Consilium summis regni de rebus habebant: Quid facerent, quisue Æneæ iam nuntius esset. Stant longis adnixi hastis, & scuta tenentes 230 Castrorum, & campi medio. tum Nifus, & vnâ Euryalus confestim alacres admittier orant: Rem magnam, pretiumque moræ fore. primus Iulus Accepit trepidos, ac Nisum dicere iussit.

VIGILES SIM. EXC. ILLI SVCC. SERV. VICES] Il. ζ. οἱ μὲν ἀμειβόμενοι φυλακὰς ἔχον. Vnde & Eurip. in Iphig. ἀμειβόμενοι φυλακὰς τεύχεων dixit. Et Calab. κατὰ πόλιν ἐθνεα τῶν ὄντων ἀμειβόμενοι καὶ τῶν ἀμειβόμενοι ἀπὸ τῶν ἀμειβόμενοι. Vigiliae vero, σφραγισσάμενοι, παννυχίς, nocturnæ sunt tātum: ἐκκίβια, tam diurnæ quàm nocturnæ, φρουρά, φυλακὰ, σφραγισσάμενοι. ANIMALIA SOMNO LAX. CVRAS] Hom. ἀπὸ τὸν ὄντων ἐμὸν ἀντιδὸν μετὰ τῶν ἀμειβόμενοι, ἀμειβόμενοι, μάλα γὰρ κάμει φαίδιμα γῆα. DVCTORES TEVC- PR. ET DELEC. IVENT. CONSIL. Notandum poëtam consilii & consultationibus de repu- blica iuuentutem non exclusisse.

Tunc sic Hyrtacides. Audite ô mentibus æquis Æneadæ: neue hæc nostris spectentur ab annis Quæ ferimus. Rutuli somno, vinoque sepulti Conticuere. locum insidiis conspeximus ipsi, Qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto.

Interrupti

Interrupti ignes, aterque ad sidera fumus Erigitur. si fortuna permittitis vti: 240 Quæsitum Ænean ad mœnia Pallantea Mox hîc cum spoliis, ingenti cæde peracta, Affore cernetis. nec nos via faller euntes. Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem Venatu assiduo, & totum cognouimus amnem. 245 Hîc annis grauis, atque animi maturus Alethes: Dij patrij, quorum semper sub numine Troia est, Non tamen omnino Teucros delere paratis: Cùm tales animos iuuenum, & tam certa tulistis Pectora: sic memorans humeros, dextrasque tenebat 250 Amborum, & vultum lacrymis, atque ora rigabat. Quæ vobis, quæ digna, viri pro talibus ausis Præmia posse rear solui? pulcerrima primùm Dij, morcsque dabunt vestri, tum cætera reddet 255 Actutum pius Æneas, atque integer æui Ascanius, meriti tanti non immemor vnquam. Immò ego vos, cui sola salus genitore reducto, Excipit Ascanius, per magnos Nise Penates, Asfaraci que larem, & canæ penetralia Vestæ 260 Obtestor, quæcunque mihi fortuna, fidesque est, In vestris pono gremiis. reuocate parentem.

DII PATRIJ] Græcis θεοὶ πατρώοι, patrios deos significant, tam patrios à patria, quàm patet- nos, cognatos, & gentiles, vt eo Sophocl. loco in Elect. θεοὶ πατρώοι συγγενέων ἄλλὰ τοῦ ἴδου idem quoq; ἀπὸ ἐγγυῆς gentiles vocat: vnde & ζῶν ὁμύνησι, vt supra, ἔρκει, vel ἔρκει, & ξύμωμι. ANIMI MATVRVS ALETHES] Ouid. Metamorph. 8. Ante omnesque Lelex animo maturus & æuo. NON TAMEN OMNINO TEVCROS DELERE PARATIS] Non ita discrepat illud Od. δ. οὐ γὰρ πάντα θεοὶ μακάρεσσι γούνη ἀρκεσιπέδω ἔχουσιν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν τῶν ἐπὶ τῶν. Neque omnino dissimili modo Æsch. in Agam. μηχαναῖς διδὸς οὐπω θέλοντι ἐξαναλωσάμενοι. Delere autem hic, vt ἐξελίφειν idem Æsch. in Xeph. sub Electra persona, ad paternos manes: καὶ μὴ ἐξελίφειν ἀπὸ τῶν πελοπίδων τῶν θεῶν. INTEGER ÆVI] ἐπιήλικος, quod superius Bucol. ambitu verborum, firmata virum te fecerit ætas. EXCIPIT ASCANI.] ἀποδέχεται, & ἀπολαμβάνει, vt supra. Plato in Phæd. ὁ οὐδὲν κέρας ἀπολαβόν, τὸ πῶν δία, &c. & πασιμ: & ἐν δέχεται. CANÆ PENETRALIA VESTÆ] Suprà, cana fides & Vestæ. IN VESTRIS PONO GREMIIS] Hom. ἴσπερ: θεῶν ἐν γούνασι κείν' & θεῶν ἐν κόλποις.

Reddite conspectum: nihil illo triste recepto. Bina dabo argento perfecta, atque aspera signis Pocula, deuicta genitor quæ cepit Arisba: 265 Et tripodas geminos: auri duo magna talenta: Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido. Si verò capere Italiam, sceptrisque potiri Contigerit victori, & prædæ ducere sortem: Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis 270 Aureus? ipsum illum clypeum, cristasque rubentes Excipiam sorti, iam nunc tua præmia Nise. Præterea bis sex genitor lectissima matrum Corpora, captiuosque dabit, suaque omnibus arma. Insuper id campi, quod rex habet ipse Latinus. 275 Te verò, mea quem spatiis prioribus ætas

p

Insequi-

Insequitur, venerande puer, iam pectore toto  
 Accipio, & comitem casus complector in omnes.  
 Nulla meis sine te quæretur gloria rebus:  
 Seu pacem, seu bella geram, tibi maxima rerum,  
 280 Verborumque fides.

QVÆ CEPIT ARISBA] Arisbæ locis aliquibus meminit Hom. vt II. μ. ἀστὸν ὕρτακίδης ἀνὰ ἀρὶ-  
 σθῆθεν φέρον ἵπποι· item II. ο. πέμψεν δ' ἐς δῖον ἀρίσθω. IPSVM ILLVM] Sic Hom. μιν αὐτὸν coniungit  
 Od. η. ὄφρα μιν αὐτὸν εἰρήσων τῶξεν. EXCIPIAM SORTI IAM NVNC TVA MV. NI.] Sic fu-  
 pra de equis: Ducunt exortem Æneæ. Videtur autem vis huius verbi, ex eo Xenophontis loco παιδ.  
 ε. deprehendi: ἃ κέρρη γὰρ δοκῶ μεγάλλω πνῶ ημῶς χέειν ὑφείκειν, ὅτι με ἀρχαίωνων γαζήσι μὲν, ἃ ἔχει δὲ εἰς αὐτὸν  
 εἰσαυτῶ, οὐτε με ὡς δούλω ἢ ἴσοι κεντῶξ, οὐτε ὡς ἐλδοθῆσαν ἐν ἀτήμω ὀνόματι. vt ἐξ αὐρῆ δέσσαν εἰσαυτῶ, sibi ex-  
 ceptam vertamus: & idem παιδ. ζ. τοὺς δ' ἐκέλευσεν ὀδοῦ φθῆσθαι κροίσθω χηίματα, φρωτῶν καὶ θεοῖς ἐξ-  
 λῆν, ὅπῃ αὐτὸν οἱ μάχοι ἐξηγῶνται· & Hom. II. λ. τὴν ἀρετὴν ἐν τενέδω γέρον, ὅτε πέσειν ἀχλὺς, θυγατὴρ ἀρσίου  
 μεγαλήτορος, ἢ οἱ ἀγχοῖ ἐξέλον οὐκ ἔσθ' ἀεὶ δάσκειν ἀπῶντων. Hoc autem sorti excipiam tua p. a. m. i. a. p. a.  
 pere videtur illud II. π. κοῦρην ἢ ἀεὶ μοι γέρας ἐξέλον ἴβες ἀγχοῶν, δουρὶ τ' ἐμῷ κτεάσσω. Sic & Herod. B  
 lib. ε. φησὶ τὰ μὲν ἴν τῶσι θεοῖσι ἐξέλον ἀφοδίνια· & Eurip. in Troadib. ὅσαι δ' ἀκλῆροι βωδῶν, ἀπὸ σέρας τῶν δ'  
 εἰσι, τῶς φάτοισιν ἐξηγημέναι σερατῶ, vbi & Agamemnonem dicit Cassandra ἐξείρετον tuliffic. Item So-  
 phocl. in Trach. de captiuis mulieribus & Herc. τῶντας ἐμῶν δούρων πέρας πάλιν ἐξείλαθ' αὐτῶν κτήμα  
 ἃ θεοῖς κερῶν. Eadem quoque penitus forma Proper. Quæque tibi excepi tum Dea Leucothoë. I N-  
 SVPER ID CAMPI, QVOD REX HAB. IPSE LAT.] Seruius hunc agrum oblatum aut pro-  
 missum ab Ascanio, ex Homero τέμνω interpretatur, quem per honorem à republica Latinum ha-  
 buisse verisimile est, vt Tarquinius Superbus campi Martij particulam ad decus obtinuerat. Ego  
 tamen meo more malo Maronem sui interpretem huc ciere & sequi, qui lib. II. inducit Latinum  
 antiquum agrum inter Laurentum & castra Troianorum interiectum offerentem vel cedentē Troi-  
 anis ad pacem redimendam, his versibus: Est antiquus ager Thufco mihi proximus anni, Locus  
 in occasum, fines super vsque Sicanos, Aurunci, Rutulique serunt — Hæc omnis regio, & celsi  
 plaga pinea montis Cedat amicitia Teucrorum, &c. neque enim ager ille, vt Seruius recedē sensisse  
 videtur, pro Pineto, quod in Campania est iuxta Vfontem fluuium, cuius terras vicinas Thufci ali-  
 quando tenuerunt, accipi potest, cum loca ea campestria omnia esse constet, & facies locorum cum  
 hoc contextu non consentiat, celsi plaga pinea montis: fulcit enim suam meamque eo loco postero-  
 rem sententiam Seruius, Liuij, Selenæ, & Catonis auctoritate, qui in Originibus prodidit Troia-  
 nos à Latino accepisse agrum sub modo DCC. iugerum, inter Laurentum & castra Troiana situm.  
 Quamuis autem hoc quo loquitur tempore Ascanius, nondum Troianis id agri transcripsisset La-  
 tinus: præuidebat tamen Ascanius illud sibi suisque vicinitate & fertilitate commodissimum, quod  
 eadem ratione postea Latinus idem Troianis obtulit. MEA QVEM SPAT. PROP. ÆTAS] ἑμ-  
 νική δ' ἐμοὶ ἄσπερ.

contra quem talia fatur

Euryalus. Me nulla dies tam fortibus ausis  
 Diffimilem arguerit: tantum fortuna secunda,  
 Aut aduersa cadat: sed te super omnia dona,  
 Vnum oro. genitrix Priami de gente vetusta  
 285 Est mihi: quam miseram tenuit non Ilia tellus  
 Mecum excedentem, non mœnia regis Aecetæ.  
 Hanc ego nunc ignaram huius, quodcunque pericli est,  
 Inque salutatam linquo (nox, & tua testis  
 Dextera) quod nequeam lacrymas perferre parentis.  
 290 At tu, oro, solare inopem, & succurre relicta:  
 Hanc sine me spem ferre tui, audentior ibo  
 In casus omnes: perculsa mente dederunt  
 Dardanidæ lacrymas. ante omnes pulcer Iulus:  
 Atque animum patriæ strinxit pietatis imago.  
 295 Tum sic effatur.

HANC EGO NVNC IGNARAM HVIVS] ἢ δ' ab insigni pietate in matrem, imitatione  
 Homeri, qui Telemachum matre infalutata ab Ithaca soluentem inducit, & hac cautione matris  
 fatagentem: ἀλλ' ὄμωσον μὴ μήψι φήνη τῶδε μηδὲ σάουξ ἄρην· ὅτ' ἂν ἐν δακρύῃ τῇ δούδ' ἰδύαται, ἢ ἀπὸ τῶν  
 ποδῶν.

πῶσαι, ἃ ἀφ' ἑμῶν δέντ' ἀποδοῦσαι, ὡς ἂν μὴ κλαίουσα χ' ἡ χεῖρα χαλὸν ἰάπη. Sic apud Calabr. 7. celat magna  
 pietate matrem Deidamiam Neoptolemus caufam aduētus ad se Vlyffis Diomedisque, eò quidem  
 structum, vt ipsum Troiæ fatalem, in Græcorum castra militiamque perducerent, χεῖρ δ' ἢ πῶ  
 ἡμεῶν ἐπ' ἀρσθ' ἐξ ἴπ' ὄφρα μὴ ἀχρῶν μὲν ἢ ἄλλ' ἀποδοῦσαι ἀνὴρ, καὶ μὴ ἐπασύμενον μάλα λυσομένη κατε-  
 ρυαρ. ANIMVM PATR. STR. PIET. IMAGO] Non dissimile apud Hom. Od. δ. ὡς φάτο, πῶ δ'  
 ἀρετῆς ὄφ' ἴμενον ὄφρα γένοιτο, δ' ἄλλω δ' ἀπὸ βλεφάρων χαμῆδ' ἑλέε πατρὸς ἀκούσας· & Calab. 7. de Neopto-  
 lemo patrem suspirante, σονέχιστον, ἑρῶς δ' ἐμὴν εἴλε τοῦτο· & post paulò, θυμὸν ἐπαχρῶδη.

Spondeo digna tuis ingentibus omnia cceptis:  
 Namque erit ista mihi genitrix, nomenque Creusæ  
 Solum defuerit: nec partum gratia talem  
 Parua manet; casus factum quicumque sequetur.  
 300 Per caput hoc iuro, per quod pater antè solebat:  
 Quæ tibi polliceor reduci, rebusque secundis,  
 Hæc eadem matrique tuae, generique manebunt.  
 Sic ait illacrymans: humero simul exiit ensem  
 Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon  
 305 Cnosius, atque habilem vagina aptarat eburna.  
 Dat Niso Mnestheus pellem, horrentisque leonis  
 Exuias. galeam fidus permutat Alethes.  
 Protinus armati incedunt. quos omnis euntes  
 Primorum manus ad portas, iuuenumque, senumque  
 310 Prosequitur votis. nec non & pulcer Iulus,  
 Ante annos animumque gerens, curamque virilem,  
 Multa patri portanda dabat mandata. sed auræ  
 Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.

NEC PARTVM GRATIA TALEM] Supra, ἀρχόμενα, τόνον, γόνον. PER CAPVT HOC IV-  
 R. O.] Hunc locum excutit Apuleius in lib. De deo Soer. ipsumque locum Apuleij totū referre ge-  
 stio, quod conueniat & huic, & illi de Mezentio lib. 10. dextra mihi deus, &c. illum quidem à do-  
 ctilissimo viro Memmio suo pristino nitore restitutum, mihi indicatum, & à mendis infinitis vindi-  
 catum & propria industria, & beneficio veterum codicum. Sic autem habet illius contextus. Nul-  
 lus, inquis, deus humanis rebus interuenit: cui igitur preces allegabo? cui votum nuncupabo? cui  
 victimam cedam? quem miseris auxiliatorem, quem fauctorem bonis, quem aduersatorem malis  
 omni vita ciebo? quem denique, quod frequentissimum est, iureiurando arbitrum adhibebo? an,  
 vt Virgilianus Ascanius, Per caput hoc iuro, per quod pater antè solebat? ar enim, ó Iule, pater tuus hoc  
 iureiurando vti poterat inter Troianos stirpe cognatos, & fortasse inter Græcos prælio cognitos:  
 attendi inter Rutulos recens cognitos, si nemo huic capiti crediderit, quis pro te deus fidem diceret  
 an vt ferocissimo Mezentio dextra & telum, quippe hæc sola aduenerat, quibus propugnabat, De-  
 xtra mihi deus, & telum quod misile libro? Apagelis tam cruentos deos, dexteram cedibus fessam, te-  
 lumque sanguine rubiginosum: vtrumque idoneum non est, per quod adiures, vt te per ista iuretur,  
 cum sit summi deorū hic honor proprius: nam Iouis iusiurandū dicitur, vt ait Ennius. Cuius loci  
 vulnera, quæ diligentia Memmij coiere tandē, cognofces, si hūc ita constitutū cum priore contextū  
 conferte volueris. SIC AIT ILLACRYM. HVM. SIM. EXVIIT ENSEM] Non dissimile illud  
 II. κ. πῶδε δὲ μὲν ἔδωκε μενεπήβηλε· ἀρασανμίδης φάσγανον ἀμφήνης, τὸ δ' ἐν ὄφρα νηυσὶ λείπειτο. PROTINVS  
 ARMATI INCEDVNT] Hom. II. κ. τὸ δ' ἐπεὶ οὐκ ὄσποιον ἐν δεινοῖσιν ἐδύτλω, καὶ ῥ' ἴναυ, λιπέτω δὲ παρ'  
 αὐτῶν πέρας ἀήτης. ANTE ANNOS] Æschyl. in ἑπὶ δὲ ἀνδρόπαυδα ἀνδρα vocat: Pind. Olymp.  
 Ode 3. αὐάνται δ' ἢ νόοις ἐν ἀνδράσιν πολλὰ καὶ θαμὰ, ἢ ὄφρα ἢ ἡλκίως ἐπὶ νότου χέρον. Videtur autem hic poeta, vt  
 passim, ἀραπέεια & studiis Iulie familie, in persona Iuli ad Augustum alludere, eique assentari, qui  
 solutus Romanis legibus, referente Cicerone, ætatis privilegio, prima adolescentia consulatū gef-  
 sit, vt ex illo Bucol. constat: Hic illum vidi iuuenem Melibææ: & infra libro sequente: Quid pue-  
 ro belli summam, &c. Nam quamuis summa imperij potestas ab Ænea puero Ascanio demanda-  
 ta arguatur, & à malenola dea obiciatur Veneri, quia res tamen feliciter vertit, gloriam Ascanij,  
 fortunamque firmare videtur. SED AVRÆ OMNIA DISCERPUNT] Exemplo Homeri, qui  
 Dolonem non reuerfurum inducit in Græcorum castra speculatum properantem: βῆ δ' ἴναυ ποτὶ νῆας  
 ἀπὸ σερατῶ, οὐ δ' ἄρ' ἐμελλεν ἐλθεῖν ἐν νηῶν ἀψ' ἔκτοσε μύθων ἄπιστον.

Egressi superant fossas, noctisque per vmbam  
 315 Castra inimica petunt, multis tamen antè futuri  
 Exitio:

Exitio: passim vino, somnoque per herbam  
 Corpora fusa vident, arrectos littore currus:  
 Inter lora, rotasque viros: simul arma iacere,  
 Vina simul. prior Hyrtacides sic ore locutus.  
 320 Euryale audendum dextra: nunc ipsa vocat res:  
 Hac iter est: tu, ne qua manus se attollere nobis  
 A tergo possit, custodi, & consule longè.  
 Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam.  
 Sic memorat, vocemque premit: simul ense superbum  
 325 Rhamnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis  
 Extructus toto proflabat pectore somnum:  
 Rex idem, & regi Turno gratissimus augur:  
 Sed non augurio potuit depellere pestem.

EGRESSI SUPERANT FOSSAS] τὰ φρούρα δέουσαντο, Il. κ. Noctis que per vmbra cast.  
 INIM. PET.] Sic Il. eodem, de Diomede & Vlysse speculatum euntibus: βᾶν ῥ' ἴμεν ὅσ τε λείοντε δὴο  
 διὰ νύκτα μέλαιναν, ἂν φόνον, ἂν νέκυας, διὰ τ' ἔντα χ' μέλαινα ἄλμα. Vt autem noctis per vmbra, Eurip. in  
 Iphig. χερ' ἄφρονος σιάν. CORPORA FUSA VIDENT] Accedo sententiæ Victorij, qui refert  
 hæc verba ad milites ἐβριμένους χ' μεθύοντα dictos à Polybio lib. 6. historia: qui in alta rerum fiducia,  
 securique hostilis machinamenti, nec excubias agunt, nec munia militaria ex disciplina obeunt.  
 AVDENDVM DEXTRA] Pylades ad Orestem in Iphig. Eurip. πολυμήτων τοι ἔσδον ἐκ νεοδ λαβῆν.  
 HÆC EGO VASTA DABO] Suprà, vasta fessum te cæde Pelasgum. LATO TE LIM. DV-  
 CAM] Infrà, ardens Limitem agit ferro. TAPETIBVS ALTIS] τᾶπτις dictio Græca, latinitate  
 donatâ: vnde & composita ἀμφοτέρωθεν οἱ ἀμφοτέρωθεν οἱ ἐξ ἐλατῆρων ἢ δ' ὑψηλῶν διασῆς. Item ἀμφοτέρωθεν,  
 δὴ ἀμφοτέρωθεν. ΤΟΤΟ ΠΡΟΦΛΑ. PECT. SOMNV] Hoc est, veluti soporem eructabat, quam vehe-  
 mentem spiritus emissionem πύφουμα Græci vocant, πύφουσαι, & πύφουδω, hoc est, φουσηπῶς, μετ'  
 ἔρμης. SED NON AVG. POT. DEP. PESTEM] Ex Hom. ἀλλ' ἐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσαστο κήρ, μέλαιναν &  
 Xenoph. ἐπεὶ χ' οἱ μάντιες λέγον' ὅτι πῦρ ἄλλοις μὲν προσσπαροῦσιν τὸ μέλλον, ἑαυτοῖς δὲ μὴ προσπαρῆν τὸ ἔπιον &  
 Apoll. lib. 2. ἴδιον αὐτὸ μαντοσύνησι κεκρυμένον, ἀλλὰ μὲν ἐπι μαντοσύνησι ἐσάσασιν, ἐπεὶ χ' ἔχει ἡγε δὴ μιλύων idem  
 lib. 4. de Morph. μύφον νηλεὲς ἔλε πτότμω, ἀδ δὲ κῆρα δ' ἐφύξω αἴσων μαντοσύνης, ἢ γὰρ πρ' ἄσπασια δαυέται.

Tres iuxta famulos temerè inter tela iacentes,  
 330 Armigerumque Rhemi premit, aurigamque sub ipsis  
 Nactus equis, ferroque fecat pendentia colla.  
 Tum caput ipsi aufert domino, truncumque relinquit  
 Sanguine singultantem. atro tepefacta cruore  
 Terra, torique madent. nec non Lamyrumque, Lamumque,  
 335 Et iuuenem Serranum, illa qui plurima nocte  
 Luserat, insignis facie, multoque iacebat  
 Membra deo victus, felix, si protinus illum  
 Equasset nocti ludum, in lucemque tulisset.

TEMERÈ INTER TELA IACENTES] Eurip. in Bacch. ἐν δρυὶς φύλλοισι κερὸς πῶσον κέρειά  
 βαλοῦσαι. TRVNCVMQVE RELIQVIT] Suprà de Priamo: iacet ingens littore truncus. MEM-  
 BRA DEO VICTVS] Deo, χερ' ἐξοχλῶν familiare autem est poetis Bacchum pro vino, Vulcanum  
 pro igne, Cererem pro frumento vsurpare, vt doctè in lib. de Ifide obseruauit Plutarch. οἷτα ὅσων  
 ἡμεῖς τὸν ὠνοῦμενον βιβλία πλάτων, ἀνείδωμεν φάμεν πλάτων, χ' μέλαιναν τὸν ὑποκρινόμεν τὰ μανάνδρου ποιήματα  
 ὑποπλάττειν, οὐτως εἰσὶν οἱ τῶν θεῶν ἐν ἡμέταις τὰ θεῶν δ' ὄσων χ' ποιήματα κελῶν ἐκ ἐφείδοντο, πλῆθι τε ὑπο-  
 κρινόμενοι, οἱ δ' ὑπερον ἀπαῖδ' ὄσων δ' ὄσων χ' ἀμαθῶς ἀνασρέφοντες ἐπὶ τῶν θεῶν τὰ πλάτων τ' κερῶν  
 χ' τὰς παρῶν σίας ἢ ἀναγκάων, χ' ἀποκρίσεις θεῶν, γρηῃσις χ' φθορὰς οὐ προσπαροῦσιντες μόνον, ἀλλὰ χ' νομίζον-  
 τες, αὐτόπουν χ' παρῶν ὄσων χ' τεταρῶν ὄσων αὐτοῦς ἐνέπλησαν. IN LVCEMQUE TVLISSET] Oda.  
 tale quid: κῆρα ἐς ἡδ' ἴαν ἀνασρέφω.

Impastus ceu plena leo per ouilia turbans,  
 340 (Suadet enim vesana fames) manditque, trahitque  
 Molle pecus, mutumque metu, fremit ore cruento.

Nec

Nec minor Euryali cædes, incensus & ipse  
 Perfurit, ac multam in medio sine nomine plebem,  
 Fadumque, Hebesumque subit, Rhœtumque, Abarimque,  
 345 Ignaros, Rhœtum vigilantem, & cuncta videntem:  
 Sed magnum metuens se post cratera tegebat.  
 Pectore in aduerso totum cui comminus enses  
 Condidit assurgenti, & multa morte recepit.  
 Purpuream vomit ille animam, & cum sanguine mista  
 350 Vina refert moriens. hic furto feruidus instat:

IMPASTVS CEV PLENA LEO] Il. κ. ὅς δὲ λέων μολοῖσιν ἀσημέντοισιν ἐπελθῶν, ἀγρῶν, ἢ δὴ ἐστὶ κερὰ  
 φρονέων ἀνοροῦσιν. Æsch. in Eumen. λέοντα αἰματόρροφον vocat. S VAD. ENIM YES. FAMES] Calab. 8.  
 λιμὸς γὰρ ἀνεὶ δ' ἐὰν θυμὸν ἀέξει: idem ibid. de feris: ὅππότε λεωγὰν λιμῶν βεβλημέναι ἦτορ. MOLLE PEC.  
 MVT. METV] Lucr. lib. 1. Mutâ metu terram genibus summissâ petebat. TOTVM CVI COMM.  
 ENS. COND. ASSVRG.] Imitatione illius Il. π. & φ. πᾶν δ' ἔσω ἔδω ἐφ' ὅ. PVRPVR. VOM. ILLE  
 ANIMAM] Eludit Aristot. lib. 1. De animo, Critiam quandam, qui animam sanguinem definie-  
 bat, his verbis: ἔτεροι δ' αἶμα, κερδῶσιν κριτίας, τὸ αἰματῶδες τῆς ψυχῆς οἰκείωτον ὑπολαμβάνοντες, τῶν δὲ  
 ὑποκρινόμενων διὰ τὴν αἰματῶ φύσιν, &c.

Iamque ad Messapi socios tendebat, vbi ignem  
 Deficere extremum, & religatos ritè videbat  
 Cærere gramen equos, breuiter cum talia Nifus  
 (Sensit enim nimia cæde, atque cupidine ferri)  
 355 Abstinamus, ait: nam lux inimica propinquat:  
 Pœnarum exhaustum fatis est: via facta per hostes.  
 Multa virum solido argento perfecta relinquunt  
 Armaque, craterasque simul, pulcrosque tapetas.  
 Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis  
 360 Cingula, Tyburti Remulo ditissimus olim  
 Quæ mittit dona, hospitio cum iungeret absens  
 Cædicus, ille suo moriens dat habere nepoti.  
 Post mortem bello Rutuli, prædaque potiti:  
 Hæc rapit, atque humeris nequicquam fortibus aptat.  
 365 Tum galeam Messapiabilem, cristisque decoram  
 Induit. excedunt castris, & tuta capeffunt.  
 Interea præmissi equites ex vrbe Latina,  
 Cætera dum legio campis instructa moratur,  
 Ibant, & Turno regi responsa ferebant,  
 370 Tercentum, scutati omnes, Volscente magistro.  
 Iamque propinquabant castris, muroque subibant,  
 Cum procul hos læuo flectentes limite cernunt:  
 Et galea Euryalum sublustri noctis in vmbra  
 Prodidit immemorem, radiisque aduersa refulsit.

CVM IUNGERET ABSENS] Pari formâ infrâ, opponere turmas, Ne castris iungant, certa  
 est sententia Turno. SCVTATI OMNES] ἀσπίται. SVBLVSTRI NOCTIS IN VMBRA] Vi-  
 detur indicare νύκτα ἀμφιλύκην, τὸ μὴ κερδῶσιν φῶς, ἀλλ' ἐπὶ σκοτῶδες. Hom. Il. κ. ἡμῶν δ' οὐτ' ἀρ' πω ἡδ' ἐπὶ δ'  
 ἀμφιλύκην νύξ' ἰσχυρὰ σκοτία. Dicitur item λυκόφως, & λυγρόφως. Liuius lib. 5. Nocte sublustri cum pri-  
 mō inermem, qui tentaret viam, præmississet, &c. Quam lucem eleganter Apollonius lib. 2. descri-  
 pit: ἡμῶν δ' οὐτ' ἀρ' πω φάσ' ἀμβροτον, οὐτ' ἐπὶ λίλυ ἰφραίνῃ σέλε, λεπὸν δ' ἐπὶ δ' ὄσων νυκτὶ φέρη, ὅτ'  
 ἀμφιλύκην μὲν ἀνεχθῆναι κερδῶσιν, & Aratus ἀμφιλύκην meminit, ἢ τῶν ἄλλων οἷτ' ὠκεαὶ ἄρρον' ὄσων  
 ἀμφιλύκην, οἱ τε σφωτῶς ἐπὶ νυκτός. RADIIQVE ADVER. REFVLST] Ita & Hom. πύλλω φασιν  
 vocat. Docet autem Aristot. lib. De ahimo & sens. τὰ λεῖα προσκίναται ἐν τῷ σκοτῶ λάμπειν, ἢ μέγιστα φῶς γὰρ  
 κινεῖται.



ποιεῖν vnde & eiusmodi corpora in tenebris conspici, non tamen eorum causa & adiumento vicia- A na alia cerni.

- 375 Haud temerè est visum: conclamat ab agmine Volscens, State viri, quæ causa viæ? quæ estis in armis? Quæ tenetis iter? nihil illi tendere contra: Sed celerare fugam in sylvas, & fidere nocti. Obiiciunt equites sese ad diuortia nota, 380 Hinc atque hinc, omnemque aditum custode coronant. Sylua fuit late dumis, atque ilice nigra Horrida, quam densi complebant vndique sentes: Rara per occultos ducebat semita calles. Euryalum tenebræ ramorum, onerosaque præda 385 Impediunt, fallitque timor regione viarum: Nifus abijt: iamque imprudens euaserat hostes, Atque locos, qui post Albæ de nomine dicti Albani: tum rex stabula alta Latinus habebat. Ut stetit, & frustra absentem respexit amicum: 390 Euryale infelix, quæ te regione reliquit? Quæ sequar? Nifus perplexum iter omne reuoluens Fallacis sylvæ, simul & vestigia retrò Obseruata legit, dumisque silentibus errat. Audit equos, audit strepitus, & signa sequentum. 395 Nec longum in medio tempus, cum clamor ad aures Peruenit, ac videt Euryalum, quem iam manus omnis Fraude loci, & noctis, subito turbante tumultu, Oppressum rapit, & constantem plurima frustra.

OBIIICIUNT EQ. SESE AD DIVOR. NOTA] Diuortia, εὐδοκίαι, vnde in diuersa via defle- ctuntur. Plinius quoque hanc vocem ad aquas transtulit: & prope ipsiſ ingis ad diuortia aquarum castra posuisse. NEC LONGVM IN MEDIO TEMPVS] Omnino hæc phraſis Græca est, & ab Euripide in Heracl. vsurpata: χ' αὖ μέσῳ πολὺς χρόνος, ἐν ᾧ διερχομένη τ' εἶν' & in Ionie: ὁ δ' ἐν μέσῳ χρό- νῳ πολὺς δὴ τοῖσδε ἀπαιρησάσαι. & Æsch. in Suppl. μῆν' ὁ δ' οὐδ' ἐν ἐν μέσῳ χρόνῳ.

- 400 Quid faciat? qua vi iuuenem, quibus audeat armis Eripere? an sese medios moriturus in hostes Inferat? & pulcram properet per vulnera mortem? Ocyus adducto torquens hastile lacerto, Suspiciens altam lunam, sic voce precatur. Tu dea, tu præſens nostro succurre labori 405 Aſtrorum decus, & nemorum Latonia custos: Si qua tuis vnquam pro me pater Hyrtæus aris Dona tulit; si qua ipse meis venatibus auxi, Suspendiue tholo, aut sacra ad fastigia fixi: Hunc sine me turbare globum, & rege tela per auras. 410 Dixerat, & toto connixus corpore ferrum Coniicit. hasta volans noctis diuerberat umbras, Et venit aduersi in tergum Sulmonis, ibique Frangitur, ac fixo transit præcordia ligno. Voluitur ille vomens calido de pectore flumen, 415 Frigidus, & longis singultibus ilia pulsat.

PULCRAM

PULCRAM PROP. PER VVLN. MORTEM] Ex Pind. Pyth. Ode ζ. μὴ φέλα λυγρὰ βίον ἀδῶ- ρατον ἀσπίδα. TVRRARE GLOBVM] Globus militum Græcis σφῆρα. REGE TELA PER AV- RAS] Sic Hom. Il. ε. βέλα θ' ἴδωμαι ἀδύων. DIVERBERAT VMBRAS] Suprà: diuerberatauras. ET VENIT ADVER. IN TERG. ] δ' ἀρχέρον ἠλυθ' ἀποκῆ, Od. χ. & Il. δ. δὲ ἄμυ χάλκεον ἐργος ἠλδεν. VOLVITVR ILLE VOMENS CAL. DE PEC. FLYMEN] Lucret. 2. Sanguinis expirans cali- dum de pectore flumen.

- Diuersi circumspiciunt. hoc acrior idem Ecce aliud summa telum librabat ab aure, Dum trepidant. ite hasta Tago per tempus vtrumque Stridens, traiectoque hæsit tepefacta cerebro. 420 Sæuit atrox Volscens, nec teli conspicit vsquam Auctorem, nec quò se ardens immittere possit. Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas Persolues amborum, inquit. simul ense recluso Ibat in Euryalum. tunc verò exterritus, amens 425 Conclamat Nifus, nec se celare tenebris Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem. Me, me, adsum qui feci, in me conuertite ferrum O Rutuli. mea fraus omnis: nihil iste nec ausus, Nec potuit: cælum hoc, & conscia sidera testor. 430 Tantum infelicem nimium dilexit amicum. Talia dicta dabat. sed viribus ensis adactus Transadigit costas, & candida pectora rupit. Voluitur Euryalus letho, pulciosque per artus It cruor, inque humeros ceruix collapsa recumbit. 435 Purpureus veluti cum flos succifus aratro Languescit moriens, lassòque papauera collo Demisere caput, pluuiaque cum fortè grauantur.

LIBRABAT AB AVRE] Inde libratores antiquis. Tacit. lib. Ann. 13. Libratoribus, fundito- ribusque attributus locus, vnde eminus glandes torquerent, ne quæ pars subsidium laborantibus ferret, pari vndique motu. IT HASTA TAGO PER TEMPVS. VTRVMQUE] Hóm. Il. δ. ἢ δ' ἑτέρω δὲ ἀπὸ κροτάφοιο πέρησιν ἀρχαῖα χάλκεα. CALIDO SANG. POEN. PERSOLVES] Et Græci αἰ- ματι καὶ κροτῆ τλάσει, Eurip. SIDERA CONSC. TESTOR] ἀστῆρας συνίστασθαι, Epigr. ΠΥΡΡΥΡΕΥΣ VELVTI CVM FLOS] Apoll. lib. 3. ἔρρεά πευ τοῖσδε διδὸς ἀσπυτοῖν ἀμβροσίωτι θ' ἀνταλίη νεόδορθηα κῆρα μύμ- σι ἔσθ' ἐκ κλαδῶν τε βίζης ἠδὲν ἀλωῶν πόνθ' ἀνδρόν, τὸν δὲ κροτῆσιν καὶ ἐλλοδὸν ἀλγ' ἰκάνει κλήρου σημαγθῆσα φυτο- ηρόον. Vt autem lapsa vel lasso parauerit a collo Maro, Hom. Il. ε. μίλων δ' ὡς ἑτέρωσσι κέρη βάλει, ἢ τ' ἐπὶ κίτρω καρπὸ βεδωμένη νοτῆσι τε εἰσπίνησι, ὡς ἑτέρωσ' ἤμωσσι κέρη πῆληκα θορωθέν. Vterque autem poeta respexisse videtur papaueris genus erraticum, oblongo capite, quòd βοιάδα proprie vocant, quia facile deci- duo sit flore, & paruo negotio procumbat. Ad βοιάδα autem alludere videtur Nicand. ε. eo loco, D' ἑβριδευσά τε μίλων δουλακῆ. Catull. Nec meum respicet vt antè amorem, Qui illius culpa cecidit velut prati vltimus flos, prætereunte postquam Tactus aratro est: & idem: nullo contusus aratro.

- At Nifus ruit in medios: solumque per omnes Volscentem petit, in solo Volscente moratur: 440 Quem circum glomerati hostes, hinc comminus, atque hinc Proturbant: instat non segnius, ac rotat enses Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore Condidit aduerso, & moriens animam abstulit hosti. Tum super exanimem sese proiecit amicum 445 Confossus, placidaque ibi demum morte quieuit. Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt, Nulla dies vnquam memòri vos eximet æuo:

p 4

Dum

Dum domus Æneæ capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumque pater Romanus habebit.
Victores præda Rutuli, spoliisque potiti
Volscentem exanimum flentes in castra ferebant.

QVEM CIRCVM GLOM. De Neoptolemo infidiis Orestis circumuento Eurip. in Androm.
Cæl. lib. 3. Bel. ciu. Interfectus est etiam fortissimè pugnans Crastinus, gladio in os aduersum con-
iecto. Tale etiam quid ex poeta Plutarch. ...

Nec minor in castris luctus Rhamnete reperto
Exanguis, & primis vna tot cæde peremptis,
Serranoque, Numaque. ingens concursus ad ipsa
Corpora, seminecesque viros, tepidumque recenti
Cæde locum, & plenos spumanti sanguine riuos.
Agnoscut spolia inter se, galeamque nitentem
Messapi, & multo phaleras sudore receptas.
Et iam prima nouo spargebat lumina terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile:
Iam sole infuso, iam rebus luce reiectis,
Turnus in arma viros, armis circundatis ipse
Suscitat: æratasque acies in prælia cogit
Quisque suas: variisque acuunt rumoribus iras.
Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis
Præfigunt capita (& multo clamore sequuntur)
Euryali & Nisi.

QVIN IPSA ARRECTIS, &c. Iris Il. sc. tale quid Hectorem in Patroclum designasse admo-
net Achillem: ...

Æneadæ duri murorum in parte sinistra
Opposuerunt aciemi, (nam dextra cingitur amni)
Ingentesque tenent fossas: & turribus altis
Stant mœsti: simul ora virum præfixa videbant,
Nota nimis miseris, atroque fluentia tabo.
Interea pauidam volitans pennata per urbem
Nuntia fama ruit, matrisque adlabitur aures

475 Eurya-

475 Euryali ac subitus miseræ calor ossa reliquit.
Excussi manibus radij, reuolutaque pensa:
Euolat infelix: & fœmineo vlulatu
Scissa comam, muros amens, atque agmina cursu
Prima petit: non illa virum, non illa pericli,
Telorumque memor: cælum dehinc questibus implet.
Hunc ego te Euryale adspicio? tunc ille senectæ
Sera meæ requies? potuisti linquere solam
Crudelis? nec te sub tanta pericula missum
Affari extremum miseræ data copia matri?

SVBIVS MIS. CALOR. EXCVSSI MAN. RADII] Sub persona Andromaches Il. ...
EST etiam aliquid non alienum ab hoc loco Od. μ. σφδ' ...

485 Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis;
Alitibusque iaces: nec te tua funera mater
Produxit, pressiue oculos, aut vulnera laui
Veste tegens, tibi quam noctes festina, diésque
Vrgebam, & tela curas solabar aniles.
490 Quò sequar? aut quæ nunc artus, auulsaque membra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
Nate refers? hoc sum terraque, marique secuta?
Fugite me, si qua est pietas, in me omnia tela
Coniicite ô Rutuli: me primam absumite ferro:
495 Aut tu magne pater diuim miserere, tuoque
Inuisum hoc detrude caput sub Tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelem abrumpé vitam.

CANIBVS DATA PRÆDA] ἐλάχεια καὶ κύματα κύνων. TVA FVNERA MATER PRO-
DUXI, PRESSIVE OCVLAVT VVL. LAVI] Turnebus hinc producere interpretatur ...

Hoc

Hoc fletu concussi animi: mœstusque per omnes  
 It gemitus: torpent infractæ ad prælia vires.  
 500 Illam incendentes luctus Idæus, & Actor  
 Ilionei monitu, & multum lacrymantis Iuli  
 Corripiunt, interque manus sub tecta reponunt.  
 At tuba terribilem sonitum procul ære canoro  
 Increpuit. sequitur clamor: cælumque remugit.  
 505 Accelerant acta pariter testudine Volsci:  
 Et fossas implere parant, ac vellere vallum.  
 Quærent pars aditum, & scalis ascendere muros,  
 Qua rara est acies, interlucetque corona  
 Non tam spissa viris. telorum effundere contra  
 510 Omne genus Teucris, ac duris detrudere contis,  
 Astuti longo muros defendere bello.  
 Saxa quoque infesto voluebant pondere, si quæ  
 Possent tectam aciem perumpere, cum tamen omnes  
 Ferre libet subter densa testudine casus.  
 515 Nec iam sufficiunt: nam qua globus imminet ingens,  
 Immanem Teucris molem voluuntque, ruuntque,  
 Quæ strauit Rutulos latè, armorumque resoluit  
 Tegmina: nec curant cæco contendere Marte  
 Amplius audaces Rutuli, sed pellere vallo  
 520 Missilibus certant.

TORPENT INFRACTÆ AD PRÆL. VIRES] Notandus vsus & vis huius vocis apud C  
 classicos auctores: accipitur siquidem oppositè, interdum pro eo quod Græcis ἀήμιετο, interdum  
 contraria significatione, ac si ab infringor verbo participium descenderet. ILLAM INCENDEN-  
 TEM LVCTV S] Sic apud Hom. Λάκρυα θέρμα χέοντες ἀμαξάων ἐπέεραν, ἢ δὲ εἴα κλαίειν σπρία μὲν ἴσθαι.  
 Videtur autem Maro incendere luctus dixisse, vt Hom. Il. 1. δάκρυα ἀνασπῆσαι & Pind. Pyth. Ode 4.  
 γλυκὴν ἡμῶν - σὺ πόντον γ' ἐν δαίμον ἦρα. & Apoll. lib. 4. ἀνεδαίετο τοῖσι κερτομῆνι. & Od. Hom. οἰμωγὴ δὲ  
 δέδρα, δεδάκρυ. ἢ παμειαί. Calab. μὲν δὲ σφί γόθῳ κενναχίτε δεδήει. idem lib. 13. ὡς ἦδ' ἠμωμέναν καρπὸς  
 γόθῳ ἀμωιδήει. & Plutarch. in Ἰσθμ. σπῆς ἀπ. ποτα αἰεὶ σπῆς χερσὶν ἐχρυσὶν ὁσπερ ἰσθμῶν κενυμα τῆς λυσις. T E-  
 LORVM EFFVNDERE CONTRA] Calab. 8. τῆρες δ' ἢ λήθοντο μάχης μάλα σπῆ δεδῶτες, ἀλλὰ ἢ ὡς  
 πύργισιν ἐφες ὄντες πόντοντο πολεμῆως, οἱ δ' αἰεὶ πολυμῶτων ἰσθῶ χερσὶν ἐχρυσὶν ὁμῶς λάεσαι ἢ ἀγανέροι δῆσι δυσ-  
 μενῆως ἐς ὄμιλον. Superius autem lib. 2. eo loco, αἰεὶ ὀβσῆσσι testudine limen, struendæ, agendæque te-  
 studinis speciem, cuius hîc fit mentio, ex Calabro representauimus: dicendum itaque tantum, eod-  
 dem & Calabrum loco, hunc etiam Maronis reddidisse his verbis: τοῖαι ἀργείων πεπυκωμένα ἀμῶ  
 βοάσαι χροτύωντο φάλαγγες, ἔχον δ' ἐνα θυμὸν ἐς ἀλλήλῳ εἰς ἐν ἀρημίμεναι, κενδύσθητε δὲ σπῆσι ἢ βάλλον χερμα-  
 δίοισι, τὰ δ' ὡς σφελῆς ἀπὸ πέτρης γαῖαν ὄπῃ τσαφερῶν ἐκλυθῆντο, πολλὰ ἢ δοδεα, ἢ βέλεια σπῆσεντα, ἢ ἀλγῆσεντα  
 ἀκοντες τήγνυτ' ἐν σικέεσσι, τὰ δ' ἐν χθονί, πολλὰ δ' ἀπωδὸν μαμῆδῆως φερόντο σπῆσεντα βελῆμοις πάντοτε  
 βαλλομένων, οἱ δὲ κτύπον οὐ π φέβοντο ἀσπῆτον, ἢ δ' ἰσθῆον αἰτε ψακάδων αἰόντες δοδπον, ἔσω δ' ἰσθῶ τῆσθῶ ὁμῶς  
 ἴσαν, οὐ δὲ πῆ ἀνθῆσθῶ ἀφεισῆσαι, σῆμαρῆμῆνοι δ' ἐφέπντο.

Parte alia horrendus visu quassabat Hetruscam  
 Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.  
 At Messapus equum domitor, Neptunia proles,  
 Rescindit vallum, & scalas in mœnia poscit.  
 525 Vos ô Calliope, precor, aspirete canenti:  
 Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus  
 Ediderit: quem quisque virum demiserit Orco:  
 Et necum ingentes oras euoluite belli.  
 Et meministis enim diuæ, & memorare potestis:  
 530 Turris erat vasto suspectu, & pontibus altis,

Oppor-

Opportuna loco, fummis quam viribus omnes  
 Expugnare Itali, fummaque euertere opum vi  
 Certabant, Troës contra defendere faxis,  
 Perque cauas densi tela intorquere fenestras.  
 535 Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,  
 Et flammam affixit lateri, quæ plurima vento  
 Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis.

VOS Ô CALLIOPE, &c.] Il. 5. ἔσπεστε νῦν μοι μοδοσαι δλύματα δάματα ἔχρυσαι ὀππῶς δὴ σπῶτον πδρ,  
 &c. Non temerè autem Calliopen inuocauit, quæ, vt in Epigr. σπῆσιν ἠρωιδῶθῶ ἀρῶν αἰδῆσι. O R A S  
 EVOLVITE BELL] Notat Turnebus *Oras* non solum extremas partes, sed etiam primas signi-  
 ficare, atque adeo hunc versum ab Ennio huc à Virgilio assumptum, cuius est, Quis potis ingentes  
 oras euoluere belli. ET MEMINISTIS ENIM ET MEM.] Alludit poeta ad Musarum natales,  
 quas ex Mnemosyne suscepisse fingitur Iupiter. TYRRIS ERAT VASTO SUSPECTV] Vide  
 Cæsarum lib. Bel. ciu. 2. vbi turris Massiliensis admirando opere constructæ meminit. PER QV E  
 B C A. DEN. TEL. INTORQ. FENEST.] Cæsar: fenestras, quibus in locis visum est, ad tormenta  
 mittenda in struendo reliquerunt. ET FLAM. AFFIXIT LATERI] πρῶβολα ad ignem eiacu-  
 landum instrumenta Græci vocant.

Turbati trepidare intus, frustra que malorum  
 Velle fugam, dum se glomerant, retroque residunt  
 540 In partem, quæ peste caret: tum pondere turris  
 Procubuit subito, & cælum tonat omne fragore.  
 Semineces ad terram, immani mole secuta,  
 Confixique suis telis, & pectora duro  
 Transfossi ligno veniunt. vix vnus Helenor,  
 545 Et Lycus clapsi. quorum primæuus Helenor,  
 Mæonio regi quem serua Lycimnia furim  
 Sustulerat, vetitisque ad Troiam miserat armis;  
 Ense leuis nudo, parmaque inglorius alba.  
 550 Hinc acies, atque hinc acies astare Latinas:  
 Vt fera, quæ densa venantem septa corona  
 Contra tela furit; seseque haud nescia morti  
 Iniicit, & saltu supra venabula fertur:  
 Haud aliter iuuenis medios moriturus in hostes  
 555 Irruit: &, qua tela videt densissima, tendit.

PONDERE TYRRIS PROCVBVIT] Sic & Cæsar lib. 2. Bel. ciu. Repentina pars eius turris  
 concidit, pars reliqua consequens procumbebat. IN PARTEM, QVÆ PESTE CARET] Pe-  
 stem sæpe Latini pro noxa & damno dicunt, vt Græci ὀλεθρον, tam pro iactura, damno, & strage,  
 quam pro peste. Lucret. eo lib. 3. loco, vbi disputat de compage animi & corporis ex Democriti  
 præceptis: Mutua vitales discunt contagia motus Maternis etiam in membris, alioque reposita.  
 Discidium vt nequeat fieri sine peste, maloque. MÆONIO REGI QVEM SER. LYC. FVR.  
 SVSTVL.] Hom. Il. 10. οὗς τέλειαν ἀσπύγη δόμορ ἀκτορῶν ἀζείδω, παρδένῶν ἀδούτη ἰσθῶτον εἰσυναδῶσαι ἀρή κεν-  
 τρῶ, δὲ δὲ οἱ σπῆρελῆξ ατο λάδρη. & Od. 5. ἔμῃ δ' ἀνητῆ τέκε μῆτις παλλακίς. Sic & ex ancilla Menelaum Me-  
 gapenthen sustulisse narrat idem Hom. Od. 3. δὲ οἱ τῆλυγῆτος ἦλύτο κεντρῶδὲ μαρσῆνδης ἐκ δούλης. SESE-  
 QV E HAVD NESCIA MORTI INICIT] Sic & Herodoto, ὀδῆξ ἐσθῆς εἰς ἔσθῶ. SALTU SV-  
 PRA VENAB. FERTVR.] Tale quid de leone Il. 9. ἀυλῆς ἰσθῆμῶνον, &c. ET, QVÆ TE. VID.  
 DENSI. TENDIT] Sic & Il. 9. de Hectore: ἢ ῥ' ἔδραλον ῥῆξαι εἰς ἔσθῆς ἀνδρῶν πειρατῆζων, ἢ δὴ πῆεσον  
 ἔμιλον ὄρα, ἢ τδῆξ' αἰεσαι.

At pedibus longè melior Lycus, inter & hostes,  
 Inter & arma fuga muros tenet: altaque certat  
 Prendere tecta manu, fociumque attingere dextras.

Quem



Quem Turnus pariter cursu, teloq̄ue secutus,  
 560 Increpat his victor. Nostrásne euadere demens  
 Sperasti te posse manus? simul arripit ipsum  
 Pendentem, & magna muri cum parte reuellit:  
 Qualis vbi aut leporem, aut candenti corpore cyncnum  
 565 Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis,  
 Quæsitum aut matri multis balatibus agnum  
 Martius à stabulis rapuit lupus. vndique clamor  
 Tollitur: inuadunt, & fossas aggere complent.  
 Ardentes tedas alij ad fastigia iactant.  
 Ilioneus saxo, atque ingenti fragmine montis  
 570 Lucetium portæ subeuntem, ignesq̄ue ferentem,  
 Emathiona Liger, Chorineum sternit Asylas:  
 Hic iaciulo bonus, hic longè fallente sagitta:

QUALIS VBI AVT LEPOREM—IOVIS ARMIGER] λαροθήραν innuit poeta αἰετόν. ἢ χολομύσεν δ' αἰεὶς αἰετός ὑψιπέτης, ὅς τ' εἶσι πεδίονδε διὰ νεφέων ἔρεβεννῶν ἀρπαζόν ἢ ἀρρ' ἀμαλλῶν, ἢ πῆδον λαγῶν & ἢ π. αἰετός, ὄν ῥα τε φασίν — ὄξυτινον δ' ἐρεβεννῶν νεφελῶν πετλιῶν, ἢ πῆδον ὑψιπέτην ὄντα πῆδον ταχὺς ἐν ἐλαθε πῶδ' ἀέμων ὡς ἀμφικύμων χυτακίμενος, ἀλλὰ τ' ἐπ' αὐτῷ ἔουτο, καὶ τε μιν ὡς λαβῶν ἐξέλετο θυμῶν. Vt autem quæsit, balat, agnam, Calab. ἢ ἴντε πῶρην ὄρεσφι λυνοί — μινδὲ ἀσπυμῶν τε ἐν γλαυκῶν ἀσπυμῶν, ἢ δὲ δέει γόωσα φίλον τέκος ἔνθα καὶ ἔνθα μακρὰ κινυρομένη. ALTA PETENS] Suprà, alta petens abducta virgine prædo: & Georg. illæ altum nidis petière relictis.

Ortygium Cæneus: victorem Cænea Turnus:  
 Turnus Ityn, Cloniumq̄ue, Dioxippum, Promulumq̄ue,  
 575 Et Sagarim, & summis stantem pro turribus Idam:  
 Priuernum Capys. hunc primò leuis hasta Themillæ  
 Strinxerat: ille manum proiecto regmine demens  
 Ad vulnus tulit: ergo alis allapsa sagitta,  
 Et læuo affixa est lateri manūs: abditaq̄ue intus  
 580 Spiramenta animæ lethali vulnere rupit.  
 Stabat in egregiis Arcentis filius armis,  
 Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Iβera,  
 Insignis facie, genitor quem miserat Arcens,  
 Eductum Martis luco, Simethia circum  
 585 Flumina, pinguis vbi, & placabilis ara Pālici.  
 Stridentem fundam, positis Mezentius armis,  
 Ipse ter adducta circum caput egit habena:  
 Et media aduersi liquefacto tempora plumbo  
 Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.  
 590 Tum primùm bello celerem intendisse sagittam  
 Dicitur, antè feras solitus terrere fugaces  
 Afcenius, fortemq̄ue manu fudisse Numanum:  
 Cui Remulo cognomen erat, Turniq̄ue minorem  
 Germanam nuper thalamo sociatus habebat.

HUNC PRIMO LEVIS HASTA THEM. STRINXERAT] ἢ δ. ἀκρότατον δ' ἀρ' ὄρεος ἐπέχραψα χροά φωτός. ILLE MA. PROIECTO TEG. DEM. AD VVL. TVL.] Non videntur alieni ab hoc loco Homeri versus ἢ. ν. ἀσπείδης δ' ἄρα χεῖρα βολῶν ἀραζὸς μιν ἐλασθ' ἢ τὴν βάλανον, ἢ ῥ' ἔχε τὸξον ἐύχρον, ἐν δ' ἀρα τὸξον ἀντιπρὸ διὰ χεῖρος ἐλήλατο χάλκινον ἔγχυθ', ἀ. ἢ δ' ἐτάραν εἰς ἔδον ἔχαστο κῆρ' ἀλείναν, χεῖρα ἀσπυμῶν μάσας. SPIRAMENTA ANIMÆ] Eurip. in Hecub. τέμνει σιδήρῳ πνεύματ' ἀπαρροάς. Soph. in Trach. ἦεν κομῆσιν ἰδὼν, ἐς δὲ πνεύματα σέρων διεβόλῃσεν. Suprà, latebras animæ. PICTVS ACV CHLAMYDEM] Sic & Hom. ἢ. γ. πολυκύματος ἰμάς, πολυκέντηθ', & πολύβραθ' ἢ. νεπέ & καςδὲ Veneris cingulum.

cingulum. IPSE TER ADDVCTA] Sunt qui putent Lycophronem hoc versu, βίπλαῖς, διμάλωθε σοσιδόναις τὸ πλοσμένον. accepisse βίπλαῖς σοσιδόναις, quod ex arte & peritiâ funda mittendi esset, ter ante iactum fundam capiti circumtorare. Mauult tamen Lycophronis interpres hoc epitheton ad numerum fundarum referre, quod funditores cum fundis ternis singuli essent in prælio, vna de collo pendente, secunda corpus pro cingulo vinciente, tertia in manu expedita. LIQVEFACTO TEMFORA PLVMBO DIFFIDIT] Liquefactionis huius metalli & mentionem facit, & rationem reddit Aristot. lib. 2. De celo: ἢ δὲ θερμότης ἀπ' αὐτοῦ καὶ τὸ φῶς γίγνεται, παρὰ βίβλομένον τὸ ἀέρον ἔσσο τ' ἐκείνων ἔρεας. πῆδον γὰρ ἢ κίοντες ἐκπυροῦν καὶ ξύλας, καὶ λίθους, καὶ σίδηρον, ἀλογώτερον οὐδ' ἔστιν ἔργον τὸ πυρὸς ἔργον τὸ ἀέρος, οἷον καὶ τὸ φερόμενον βελῶν, ταῦτα γὰρ αὐτὰ ἐκπυροῦνται οὕτως, ὡς τὴν κεντὴν μελοβδίδας καὶ ἐπέειθε ἀντὶ ἐκπυροῦ, ἀπὸ γὰρ καὶ τὸν κινῶν αὐτῶν ἀέρος τὸ αὐτὸ πάρεσεν. Lucret. 6. Non alia longè ratione, ac plumbea læpe Feruida fit glans in cursu, cùm multa rigoris Corpora dimittens ignem concepit in auris.

595 Is primam ante aciem digna, atque indigna relatu  
 Vociferans, tumidusq̄ue nouo præcordia regno  
 Ibat: & ingenti sese clamore ferebat.  
 Non pudet obsidione iterum, valloq̄ue teneri  
 Bis capti Phryges? & morti prætere muros?  
 600 En qui nostra sibi bello connubia poscunt.  
 Quis deus Italiam, quæ vos dementia adegit?  
 Non hîc Atridæ, nec fandi fictor Vlysses.  
 Durum à stirpe genus: natos ad flumina primùm  
 Deferimus: sæuoq̄ue gelu duramus, & vndis.  
 605 Venatu inuigilant pueri, syluasq̄ue fatigant:  
 Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.  
 At patiens operum, paruoque assueta iuuentus  
 Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.  
 Omne æuum ferro teritur, versaq̄ue iuencùm  
 610 Terga fatigamus hasta, nec tarda senectus  
 Debilitat vires animi, mutatq̄ue vigorem:  
 Canitiem galea premimus, semperq̄ue recentes  
 Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

TYMIDVS QVE NOVO PRÆCORDIA REGNO] Aut noua regij generis affinitate, aut quia ipsi per regis filiam portio debebatur imperij, vt vult Seruius, forsan quod veteres, personas omnes regij generis, aut affinitatis, reges, reginasq̄ue appellabant, vt suprà: scpturum Ilione quod geferat olim Maxima natarum Priami: & Hom. Od. ζ. de Nausicaa, σοαῖσαν ἔπειτ' ἔβριθε μετ' ἀμφόπολον βασιλῆα: item ἢ. ν. βίβλο δ' ἐλένοιο ἀνακτ', quem regem non nisi euersâ Troia fuisse cõstat. Sic & Hectoris filium Homerus testatur priore cognomine Scamandrium dictum, à Troianis Astyanactem regni futuri augurio vocitatum. Virgilius quoque suprà lib. 6. eo loco, Magnum reginæ sed enim miseratus amorem, de Ariadne Minois, Pasiphaesq̄ue filia, intellexit. Apud Eurip. quoque moritura Polyxena, ἐν νεκροῖς γὰρ δούλην κεκλήθη, βασιλῆς οὐδ' αἰχμῶν. Non omittendum etiam ἀνακτας Græcos, filios, generos, fratresq̄ue regis appellasse. Vide Cæl. lib. 9. cap. 20. & in Bucol. illud, in scripti nomina regum nascantur flores. NON PVDET OBSIDIONE ITERVM, &c.] Ex illo ἢ. ζ. ἢ οὐτω κληθήσθε ἐελμένοι ἔνδοθεν πύργων. DVRYM A' STIR. GEN. NAT. AD FLVM. PR. DEF.] Aristotel. πολιτ. 7. hunc morem Celtis tribuere videtur, his verbis: διὸ καὶ πολλοὶ εἰσι τ' βαρβάρων ἔθ' οὗ, τῶν μὲν ἐς ποταμὸν ἀποβάλλειν τὰ γυνόμενα ἰσχυρῶν, τῶν δὲ σκῆπτρα μικρῶν ἀμνηστέον, οἷον κελτοῖς. Quod idem de moribus Germanorum Cæsar, & Mela referunt. Aristotel. quoque Eth. lib. 3. nec terræ motu terreti, nec maris tempestate, sed aduersus fluctus pugnat: quæ tamen Sepulueda Germanorum, quàm Gallorum moribus conuenientius quadrare contendit: quoniam Celtæ etiã Rheni lauacro prolem spuriam vel legitimam probauerint, vel poeta Græco teste, θαρσαλέοι κελτοὶ ποταμῶν ζήλιμον βίβον τέκνα τυλαυτῶν, καὶ ἢ παρ' οὗ εἰσι τοικῆες, ἀπὸν παῖν ἀσπυμῶν κελουμένων ὑδατι σπυρῶ. ἀ. ἢ γὰρ γὰρ ἡνίκαι μισθὸς δολιχίας διὰ κελτων νηπίαχ' ἀπὸ τῶν ἀσπυμῶν ἀέρον, τὸν γὰρ ἀείρας αὐτὸς ἐπ' ἀσπίδι εἴηκε νέον παῖν, ἐδ' ἀλεγχέει, ἔπο γὰρ ἡνέτω φέρε νοῦν, ἀπὸν γ' ἐσαυθρήσῃ κελουμένων λουβόισιν ἐλεγχόμενα ποταμῶν, ἢ δὲ μετ' εἰλείδων ἐπ' ἀλεγχέει ἀπὸ ἄλλ' ἔχουσαι μῆτερ, ἐκ γὰρ παιδὸς ἀλκιδέας οἶδε τοικῆας, ἐν δ' ἐχέει τὸ γινόμενα τί μῆσθ' αἰεταῖν ὑδῶν. Ad quem Celatarum morem alludit Maro. Sic autem Hippomedontem Eurip. in Suppl. institutum, & ab in eunte ætate duriter habitum describit, his verbis: παῖς ὢν ἐτόλμισ' ἀθύς ἢ σπῶνδὸς μουσῶν βαπτέει σπῶν τὸ μαλθακὸν βίον, ἀγρὺς δὲ ναίων σκληρὰ τῆ φύσει διδούς ἔχουσαι σπῶν τ' ἀνδρείων, εἰς τ' ἀγρῶν ἰδὼν, ἵσπῶς τὲ χαίρων, τὸξ' ἀπ' ἐκτεῖνων χερῶν, πύλας ἀσπυμῶν σῶμα χηρῶν ἔλεων. Vt autem hîc, ratiuo assueta iuuentu, Tib. iam

Iam modò non possim cōtentus viuere paruo. Et Homerus ἰδὲ κλυτὰ λυπαρὰν & κουροτρόφον vocat, quod  
 nimirum ex Plutarcho ἀρεσσία matrem ἀπορίαν agnoscat. S. Æ VO QVE GELV DV RAMVS ] Scium  
 gelu dixit alludens voci Græcæ, κρύβεις & ἀκρύβεις, horribilis, horridus frigore. κρύθ- enim frigus, &  
 κρύσσιλλ- FLECTERE LV DVS EQVOS ] ἀποκάμψεν Græcis equestre vocabulū. O MNE Æ VVM  
 FERRO TERITVR ] Græci quoque ἐκρίψαν βίον. Homerus autem in hanc quoque sententiam  
 Π. ἔ. ἀμμιον - ὅσην ἄρα ζῆλος ἐν νέπτῳ - ἔδωκε κλύες γήρας πολυπείθειν ἀργαλίοις πελέοις, ὄφρα ἐδίωκεν ἐξασθῆναι.  
 Vt autem hīc, *Debitat vires animi*, sic Eurip. in Heracl. λήμα μὲν οὐ πτω σφύρυσσι χερὸν - τὸ σὸν, ἀλλ' ἠέξῃ.  
 Sed &, vt *tuam dixit senectutem*, Aristot. lib. i. De animo: ὁ δὲ νόος ἔοικεν ἐγγίνεσθαι οὐσία πρὸς ὅσον, ἢ ἐφεί-  
 ρεσθαι. μάλιστα γὰρ ἐφείρεται ἐν ἑσπέρῃ ἐν τῷ γήρα ἀμαυρώσεως. *Verfa* autem *hastæ*, vt supra, verfa pulvis inscri-  
 bitur hasta. CANITIEM GALEA PREMIMVS ] Plutarch. in lib. εἰ γέροντι πολιτ. ex Græco poeta  
 πάλαιον, πάλαιός τε μέμερα ἔργα δέποντας, ἐν οἷς τὸ γέροντι - κ' ἀν τὸ κράν - ἀποκρύψῃ τὰς πολλὰς, ἀλλὰ τε λά-  
 βρη γὰρ βαρμύς, ἢ ἀποκαλύπτει τῆς ἀρετῆς ἢ δυνάμεις.

- Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis,
- 615 Desidiæ cordi, iuuat indulgere choreis:  
 Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.  
 O verè Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta  
 Dindyma, vbi affuetis biforem dat tibia cantum.  
 Tympana vos, buxusque vocat Berecynthia matris
- 620 Idææ, finite arma viris, & cedite ferro.  
 Talia iactantem dictis, ac dira canentem  
 Non tulit Ascanius, neruoque obuersus equino  
 Contendit telum, diuersaque brachia ducens,  
 Constitit ante Iouem, supplex per vota precatus.
- 625 Iupiter omnipotens audacibus annue cœptis.  
 Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona:  
 Et statuam ante aras aurata fronte iuuenicum  
 Candentem, pariterque caput cum matre ferentem  
 Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.

VOBIS PICTA CROCO] Alludit ad κροκωτὸν mulierum. Scribit autem Plutarchus talem pur-  
 puræ fulgorem auersatum Catonem: ἐπεὶ πορφυρὸν ἔσθην τὴν κατὰ κρόκος ἐρυθρῶν, ἢ ὀξείαν ἀγαπομένην, αὐ-  
 τὸς ἐφόρει τὴν μέλαιναν. ET TYNICÆ MANICAS] χειρὶδ' αὖ, ἐσθίτας ἢ χειροδιδούς significat. Aug. lib. i.  
 De doct. Talares ac manicatas tunicas habere apud veteres Romanos. flagitium erat: vnde & Græ-  
 cis μανιχόχειρες, tunica manicata. Lampr. Macrochiras ex pitpura ad vsum suum reuocauit. REDI-  
 MICVLA MITRÆ] Sic sæpe Sophocl. Bacchum à mollitie χροσμίσησαν. O VERE PHRYGIÆ,  
 NEQVE ENIM PHRYGES] Ex Hom. οὐκ ἀχαιοί, ἀλλ' ἀχαιίδες. ITE PER ALTA DINDYMA]   
 Interpres Apollonij: δι' Ἰδύμων ὄρη - κωζίκου ἱερὸν τῆς βίας, διὰ τὸ διδύμοις μαστῶν ἐν αὐτῷ ἀντικεν. οὐτω ἀποκατα-  
 ρεθῶν, σύμπασα ἢ σφυγία ἱερὰ τῆ δειῶ, ἢ διὰ τὸ δύο ἀκροθῆμα ἔχειν οὐτω κωζίκῳ. BIFOREM DAT TIBIA  
 CANTVM] Tibiam vsitatam in Phrygia fuisse probant sacra Cybeles, matris deūm, in Ida agitata,  
 & eo instrumento Gallis sodalibus furorem incuti solitum, vt Aristot. lib. Pol. 3. Phrygiam harmo-  
 niam ἐκδοσασκούς efficere, est auctor: qui tibiam negat ad disciplinam adhibendam, vt quæ non ad  
 mōres inducendos, sed furorem auditoribus iniiciendum faciat, & quæ sapientissimæ deæ iudicio,  
 eius inuentricis, reiecta sit denique, his verbis præcedentibus in idem argumentum subiectis: ἐπὶ ἢ  
 εἴ ἐστιν ὁ αὐλὸς ἰδιωτὸν, ἀλλὰ μᾶλλον ὀργιασπὸν, ὅς τε παρὸς τὸς ποιούτοισι αὐτῷ κειροῦς χροσέων, ἐν οἷς ἢ θεωρία καὶ ἄριστος  
 μᾶλλον δυνάει, ἢ μάθησι. ἀρετῶν αὖτε ἢ ἐπι συμβέβηκεν ἐν αὐτῷ παρὸς παιδείαν, ἢ τὸ κολύειν τῷ λόγῳ χροσέων  
 τὴν αὐλήσιν. διὸ κωζίκῳ ἀπεδοκίμασαν αὐτῶ οἱ παρὸς τὸν τὴν χροσίν ἐν ἑστῷ νέων, ἢ ἢ ἐλδῶν ἐργων -- ἀλόγως ἢ ἔχει  
 ἢ τὸ σπεῖ ἢ ἄλλων ἑσθῶν ἢ ἀρχαίων μαμυθλορημῆνον. εἰσι γὰρ δὴ τὴν ἀδύλων ἀροδοῦν ἀποβαλεῖν τοὺς αὐλοῦς, οὐ  
 κωζίκῳ ἢ οὐκ ἔχει φάειν ἢ διὰ τὴν ἀρχαιοσύνην τῶ ἀρεσώτερον ποῖσαι, ἀποβαλεῖν τὴν δειῶν. οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶ-  
 λον εἶδος, ὅτι παρὸς τὴν δειῶν οὐδὲν ἐστὶν ἢ παιδεία τῆς ἀλλήσεως, τῆ δὲ ἀδύλων τὴν δειῶν κωζίκῳ ἀρετῶν, ἢ τὴν  
 τέχνην. Ad quam fabulam alludit his versibus Proper. lib. 2. Illorum antiquis onerentur legibus aures:  
 Hic locus est, in quo tibia docta sones: Quæ non iure vado Mæandri iacta natasti, Turpia cum  
 faceret Palladis ora tumor. DESIDIÆ CORDI, IUVAT IND. CHOR.] Ex Od. 3. αἰεὶ δ' ἡμῖν  
 δαίς τε φίλη, κίθαρίς τε, χοροί τε. DIVERSAQVE BRACHIA DUCENS] Apollon. 3. ἰδὺς δ' ἀμφοτέρω-  
 ρησι διαχόμεν - παλάμησι ἢ ἐπὶ μὴ δειῶν, quem gestum & nixum significauit Hom. Il. 3. κἀρὸν μὲν μάχῃ  
 στέλασιν, τόξῳ ἢ σιδῆρον. AVRATA FRONTE IUVENCVM] Od. γ. εἰς δ' αὖ χροσυχόν λαερῆεα δειῶ  
 κωζίκῳ ἐλδῶν, ὄφρα βοὸς χροσὸν κέρασιν ἀπεχέλει. & Il. κ. τὴν τὴν ἐγὰρ βέξω χροσὸν κέρασιν ἀπεχέλει. Tibul. nec illis  
 Semper inaurato taurus cadit hostia cornu. Piato in Alc. χρυσόκερας βοὸς ἀρεσπασαμένοι, ἔτεροι ἢ ἀραδί-  
 μασι δ' αὐρομάρα. PARITERQVE CAP. CVM MAT. FERENTEM] Theocr. εἰδ. η. τὸ δὲ δειῶ γ' ἴσ-  
 μάτοσιν ἀμύν. QVI CORNV PETAT] κωζίκῳ, κωζίκῳ, κωζίκῳ, κωζίκῳ.

- 630 Auduit, & cæli genitor de parte serena  
 Intonuit læuum. sonat vnâ lethifer arcus.  
 Et fugit horrendum stridens clapsa sagitta:  
 Perque caput Remuli venit, & caua tempora ferro  
 Traiicit. j, verbis virtutem illude superbis.
- 635 Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittunt.  
 Hæc tantum Ascanius. Teucri clamore sequuntur:  
 Lætitiæque fremunt, animosque ad fidera tollunt.  
 Ætheria tum fortè plaga crinitus Apollo  
 Desuper Aufonias acies, vrbemque videbat  
 640 Nube sedens, atque his victorem affatur Iulum.

INTONVIT LÆVVM] Prosperum, Seruius: vt enim, inquit, supra diximus, quæ sinistra no-  
 bis videntur intuentibus cælū, illic dextra sunt: non quod sinistra bona sunt, sed quod dextra cæli  
 nobis sinistra sunt. Docet autem Eustathius sinistram mundi partem occasum cæleri, dextrā verò  
 ortum: sed & ἀεστερῶν κατ' ἀρημισιὸν ἐν τῷ ἀστέρου παρανομασίῳ. Vide apud Aristot. lib. 3. De celo, quot  
 orum: sed & ἀεστερῶν κατ' ἀρημισιὸν ἐν τῷ ἀστέρου παρανομασίῳ. Vide apud Aristot. lib. 3. De celo, quot  
 modis dextrum, sinistrumque dicatur, & quæ cæli partes dextræ, quæ sinistrae constituentur. SONAT  
 VNA LETHIFER ARCVS] Il. δ. λήξει βίδος, νεκρῆ ἢ μέγ' ἰαχῆν, ἢ λπτο δ' οἰσὸς ὄξυσελής. Calab. 10. μέγαν δ'  
 ἔβαχε νεκρῆ ἰσθ' ἐπικουμένον δυσνηξέ. I, VERBIS VIRT. ILL. SVPERBIS] Eadem & phrasis  
 Græcis etiam familiaris, vt Il. ε. ἀλλὰ πρὸς αὐτὸς ἴτω, νεμεισζέει δ' ἐνὶ θυμῷ. TEUCRI CLAMORE  
 SEQVNTVR] Od. ο. οἱ δ' ἰύζοντες ἔποντο. CRINITVS APOLLO] ἀκροσκόμης.

- Maeste noua virtute puer, sic itur ad astra,  
 Diis genite, & geniture deos. iure omnia bella  
 Gente sub Astaraci fato ventura resident:  
 Nec te Troia capit. simul hæc effatus ab alto
- 645 Æthere se mittit, spirantes dimouet auras,  
 Ascaniumque petit. forma tum vertitur oris  
 Antiquum in Buten. hic Dardanio Anchisæ  
 Armiger antè fuit, fidusque ad limina custos.  
 Tum comitem Ascanio pater addidit. ibat Apollo
- 650 Omnia longæuo similis, vocemque, coloremque,  
 Et crines albos, & sæua sonoribus arma:  
 Atque his ardentem dictis affatur Iulum.  
 Sit satis Æneide telis impunè Numanum  
 Oppetiisse tuis: primam hanc tibi magnus Apollo
- 655 Concedit laudem, & paribus non inuidet armis:  
 Cætera parce puer bello. Sic orsus Apollo  
 Mortales medio aspectus sermone reliquit:  
 Et procul in tenuem ex oculis euauit auram.

MAESTE NOVA VIRTUTE] ὄναος οὐ νέας ἀρετῆς. vt Epig. ὄναος τάφῳ. DIIS GENITE, ET GE-  
 NITVRE DEOS] Tale quid in Perf. Æsch. sub persona chori ad Atassam: μήτε ἢ ἔβριζε γέρας ἀχαιῶν, χροσέων  
 δ' αὖτε γυμνασίου, θεοὶ γὰρ ἀνάτερα φροσῶν, θεοὶ δὲ ἢ μίτηρ ἔφρις. FIDVSQVE AD LIM. CVSTOS] Seruum  
 attiensem, vel attiarium significauit, dictum, quod primæ domus parti seruandæ præficeretur. SIT  
 SATIS ÆNEIDE TELIS IMPVNE, &c.] Sic & idem Apollo ad Patroclum Il. π. χροσέζο δισυγνῆος  
 παρβόλαις, &c. Quod autem, *paribus non inuidet armis*, ex Homero videtur esse, Il. π. qui Apollinem  
 arma & spolia Panthoidæ Menelao inuidisse canit: ἐνθα κωζίκῳ φέροι κλυτὰ τεύχεα παανδοίδου ἀπρόδους, εἰ  
 μὴ οἱ ἀγάσαστο φοῖβῳ ἀπόλλων, nimirum concitantem Hectorem in Menelaum. Item & Od. γ. Pallas  
 in Mentorem simulata libans Neptuno: μήτε κωζίκῳ ὑμῖν ἀχρημένον τελεσθῆσαι τὰ θεῶν ἔργα. Supra autem  
 Georg. imparibus crabro se miscuit armis. Callimachus quoque arma Phœbi his enuntiauit, ἢ κω-  
 ζίκῳ, ἢ τόξῳ λυκαρῶν. ἐνθα κωζίκῳ vnde & ἀργυρότοξῳ, & ἐκκεβόλῳ passim. PRIMAM HANC TIBI]  
 Sic & Callim. ἀρτέμιδι - κωζίκῳ dixit, tyrocini rudimenta, primam prædam, & experientiam.

Agnouere deum proceres, diuinaque tela  
 660 Dardanidae, pharetramque fuga sensere sonantem.  
 Ergo auidum pugnae dictis, ac numine Phœbi  
 Afcanium prohibent: ipsi in certamina rursus  
 Succedunt, animasque in aperta pericula mittunt.  
 It clamor totis per propugnacula muris:  
 665 Intendunt acres arcus, amenta que torquent.  
 Sternitur omne solum telis. tum scuta, cauæque  
 Dant sonitum flictu galeæ: pugna aspera surgit.  
 Quantus ab Occasu veniens pluuiialibus hædis  
 Verberat imber humum: quam multa grandine nimbi  
 670 In vada præcipitant, cum Iupiter horridus austris  
 Torquet aquosam hyemem, & cælo caua nubila rumpit.

AGNOVERE DEVM PROCERES] Hom. Il. 2. de Apolline ab Aenea agnito: αἰνείας δ' ἐκπέ-  
 λον ὑπόλλωνος ἔγνω ἑσάντα ἰδὼν. DANT SONITVM FLICTV GALEÆ] Sic & figere simpliciter  
 extulit Lucr. lib. 2. nam cita supernè Obuia cum fluxere, fit vt diuersa repente Dissiliant: infra e-  
 dem: strepit assiduo cana tempora circum Tinnitu galea: Calab. lib. 11. πεινυπτόντο ὃ φωνή βαλλόμενα  
 κέρυδες τε καὶ ἀσπίδες. QVAM MVLTA GRANDINE NIMBI] Tale quid apud Eurip. de Neopto-  
 lemo: πικρὴν τε νεφέλην πάντων ἀποδύμενον. & Pind. Isthm. Ode 4. βλαχέων νεφέδων πλέμμοι, & χαλαζὰ πάντα  
 φέρον. Pluuiialibus autem hædis, ἀμβροφόροις, ἀμβρόδρασι.

Pandarus, & Bitias Idæo Alcanore creti,  
 Quos Iouis eduxit luco syluestris Hiera,  
 Abietibus iuuenes patriis, & montibus æquos,  
 675 Portam, quæ ducis imperio commissa, recludunt  
 Freti armis, vltroque inuitant mœnibus hostem.  
 Ipsi intus dextra, ac læua pro turribus astant  
 Armati ferro, & cristis capita alta corusci:  
 Quales aëriæ liquentia flumina circum,  
 680 Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnum,  
 Confurgunt geminæ quercus, intonsaque cælo  
 Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.  
 Irrumpunt, aditus Rutuli vt videre patentes:  
 Continuo Quercens, & pulcer Equicolus armis,  
 685 Et præceps animi Tmarus, & Mauortius Hæmon,  
 Agminibus totis aut versi terga dedere,  
 Aut ipso portæ posuere in limine vitam.

PANDARVS ET BITIAS, &c.] Hos Maro portæ præficit, imitatione illius Hom. ἐν ὃ πύλην  
 δύο ἀνδρῶν ἀρίστου ἦεν ὑπὸ δρυμοῖς λαπιδάων ἀχμητῶν ἕστασαν ὡς ὅτε δρυὲς ἐν οὐρεσσιν ὑψηλοῦσι, αἱ τ' ἀνέμοι  
 μιμητοῦσι καὶ ὑετοῖν ἤματα πᾶντα, ἥξῃσι μεγάλῃσι δεινυκέες ἀεραγίαι, ὅς ἀρα τῶν χεῖροισι πεποιθότες, ἠδ' ἐβίβησι μύμων  
 ἑσθρῶδαινον μέγαν ἄστυν, οὐδ' ἀφέροντο. Vt autem montibus equos, sic & iugo montis, vel promontorio Po-  
 lypthemum æquat Hom. Od. 1. ἐδὲ ἐσέκει ἀνδρὶ γὰρ στοπάρῃ, ἀλλὰ βίβη ὑψηλοῖν ὅτε φαίνετο ὄσον ἀπ' ἀλ-  
 λων. Et Callim. de Cyclopiibus, αἰνὰ πέλῳρα κρηόσσην ὁσείοισιν ἐοικέτας. & Il. 6. κρηόσσην ἐοικέ-  
 ται ὑψηλοῖσι. SYLVESTRIS HIERA] Hyæna legendum suspicatur Turnebus, atque in Ida monte  
 sacratum Ioui fuisse lucum magna religione admoner: ad quem poetam vult respicere, & ad illud  
 Homeri, ἴδουθεν μεδέων. LIQVENTIA FLVMINA CIRCVM] Erythræus, Giphaniusque mu-  
 tuo consensu liquentia, hoc est, liquida, legere malunt; quamuis & Liquentiam fluiuium nobilem in  
 Foro Iulij vel chorographi abundè agnoscant, quem & Liquentiam dici contendit ipse Erythræus,  
 & vulgò Liuenza, vt & Plinio lib. 3. cap. 18. Liquentia fluiuius dicitur Iapidia: in finibus Venetiæ, ex  
 Opiterginis montibus nascens. Certè si illorum doctorum virorum iudicium sequamur, non est  
 quòd nos conturbet religio primæ syllabæ in Liquentia, cum & idem Giphanius commodè obser-  
 uauerit, liquidum eadem moduli extensione à Lucretio usurpari, & ipse in Marone inuenerim τὸ li-  
 quitur pari modulationis lege prolatum, eo loco Georg. Vere nouo gelidus canis cum mōtibz humor  
 Liquitur,

A Liquitur: à quo, vt deponente verbo grammatica diligentia liquentia participium deducit. Quin vt  
 Lucretius nullo discrimine dimensus est primam τὸ liquidus, ibi, Crassa que conueniunt liquidis, &  
 liquida crassis, ita nil mirum si Maro, liquentes campos, liquentem fluiuium, liquentia flumina, vina, mella,  
 varia quantitatis ratione protulerit. PRÆCEPS ANIMI T MARVS] ἄστροβόλος.

Tum magis increfcunt animis discordibus iræ:  
 Et iam collecti Troës glomerantur eodem:  
 690 Et conferre manum, & procurrere longius audent.  
 Ductori Turno diuersa in parte furenti,  
 Turbanti que viros, perfertur nuntius, hostem  
 Feruere cæde noua, & portas præbere patentes.  
 Deferit inceptum, atque immani concitus ira  
 695 Dardaniam ruit ad portam, fratres que superbos:  
 Et primum Antiphaten (is enim se primus agebat)  
 Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,  
 Coniecto sternit iaculo: volat Itala cornus  
 Aëra per tenerum, stomacho que infixâ sub altum  
 700 Pectus abiit: reddit specus attri vulneris vnam  
 Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepescit.  
 Tum Meropem, atque Erymanta manu, tum sternit Aphidnu:  
 Tum Bitiam ardentem oculis, animisque frementem,  
 Non iaculo (neque enim iaculo vitam ille dedisset)  
 705 Sed magnum stridens contorta phalarica venit  
 Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga,  
 Nec duplici squamma lorica fidelis, & auro  
 Sustinuit. collapsa ruunt immania membra,  
 C Dat tellus gemitum, & clypeum super intonat ingens.

NEQUE ENIM IACVLO VITAM ILLE DEDISSET] Infra de Metabo: non ille manus  
 feritate dedisset. FIXO FERRVM IN PVLNONE TEPESCIT] Il. 5. πᾶν δ' ἐπεδερμένον ἔλασσε  
 ἀμυγ. Aristot. autem lib. 2. de anima. vult τοδὸν ἐναμύττων πᾶντων κερῶν, vt nil mirum si illicò tepe-  
 faciendi vim habeat. DAT TELLVS GEM. ET CLYP. SVPERINT. INGENS] Hom. ἀφείθετο  
 ὃ τὸ λῆξ' ἐπ' αὐτῷ.

710 Qualis in Euboico Baiarum littore quondam  
 Saxea pila cadit; magnis quam molibus antè  
 Constructam iaciunt ponto. sic illa ruinam  
 Prona trahit; penitusque vadis illisa recumbit.  
 Miscet se maria, & nigrae attolluntur arena:  
 D 715 Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile  
 Inarime Iouis imperiis imposta Typhæo.  
 Hic Mars armipotens animum, viresque Latinis  
 Addidit, & stimulos acres sub pectore vertit:  
 Immisitque fugam Teucris, atrumque timorem.  
 720 Vndique conueniunt, quoniâ data copia pugna:  
 Bellatorque animo deus incidit.

DVRVMQUE CVBILE INARIME IO. IMP. IMPOSTA TYPHÆO] Virgilius  
 multis videtur ex versu Homeri & duobus vocabulis vnam dictionem conflasse, ἐν ἀρῆμοις ἐδὲ φασὶ  
 ποφίε ἐμμεναι ἐυαῖς de quo vide Eustath. Stephan. & Erythræum. Non omittendu tamen, quam-  
 uis ἐυαῖς Maro cubile hic transtulerit, Græcos interpretes eo Hom. loco; non κατὰ τὸ ἐυαῖς accepisse,  
 sed διαστῆλαι, cum apud Hom. ἐὼν τὴν κατὰ τὸν ἀγῶνα, & διαστῆλαι sonet: cum & Sophocl. in Elect.  
 ἐὼν τὴν πατὴρ paternum tumultum nominatit. Sed nec ignorandum eundem τυφάωνα, τυφάνα, τυφά &  
 τυφάνα



πρωάα dici: cuius, & Arimorum mentionem fecit Hesiod. in Theog. ἡ δ' ἔρουτ' ἐν ἀρμύωνι... ἀδανάει... ἡ μάτα πάντα, τῆ δὲ πρωάνα εασὶ κληόμεναι ἐν οἰλότητι & de eodem idem: ὁπότατον τέκε σάδρα πρωάνα γαίᾳ πελώρη, τρυτάρου ἐν οἰλότητι, &c. Apollon. quoq; lib. 2. petre Typhaonia mentionem faciens, ἐν δὲ πρωάνα, inquit, ὁμοσι διδὸς κρονίδα κρεσμοῦ βλήμενοι, ὁπποῦτε οἱ σπῆρας ἐπὶ ἔξατο χεῖρας, ἄρμυον δὲ κρατὸς εἰσάσαι φόνον, ἵκετο δ' αὐτοῖς οὐρεσι, κὺ πεδίον νυσίου, ἐν δ' ἐπ' νυῖ σπῆρας κεί) ἄσπερ ἔχου σερβωνίδ) ὕδασι λίμνης. Pindarus quoque Typhaei meminit Pyth. Ode 1. πρῶτος ἐλαττον κρεσμοῦ, πόν ποτε κληόμεν ἔρνε πολυῶν — νυμιον ἀντρον. νυῶ γὰρ μὲν ταί εἰ ἀπὸρ κήμας ἀλιερέες ὄχθαι, σικελία τ' αὐτὸ πέζει σέρρα λαχναῶν τὰ κίον δ' ὄσεννία σικέχρη, νιφθεσ' αἴτνα πάντες χλόν) ὀξείας πθίλωα. Turnebus autem contra Criticorum & Grammaticorum criminationem, qui Maronem errore deceptum & ignoratione diuisa & soluta dictionis ab Homero & Hesiodo, ἐν ἀρμύωνι, in vnam nouatamque vocem contraxisse Inarimen cauillantur, poetam nostrum tuetur, quem dicat intellexisse de Tryphaeo, qui in Pithecuta insula, quæ & Inarime, non de eo qui in Cilicia iaceat, quem innuit Homerus, vultque idem Turnebus hoc in loco Maronem Apollonium esse secutum, cuius interpretis hæc sunt, ὁπῶ τὴν πῆλοδισαν ἰαπῶ σερβίφωλῶν νήσον φερεικίδης ἐν τῇ θεωρονία ἰσορεῖ. HIC MARS ARMIPOTENS ANIM. VIRE S' QVE] Il. τ. μέν) πολυδάροες ἐννίμει' & Od. α. πῶ δ' ἐνὶ θυμῷ θήκη μέν) κὺ δάρο) item Il. λ. μέγα δὲ δέν) ἐμβάλ) ἐλάσας — καρδίη) Il. ρ. ἀφίει μέν) ὄλεμ) ἄρης' & Il. ε. πρῶτος — ἐν μέν) ἄροι' & Eurip. in Suppl. δάρο) δ' ἐν ἄροι' παντὶ δυνάει δυνάει σερπῶ) & Il. ν. de Neptuno Aiaces in praelium excitante, ἀμφοτέρω κεκοπῶς πῆσεν μέν) κερταροῖα. Responder & huic loco ille Calabri lib. 8. ἄρης δὲ οἱ ἀντιβόασε σμερδαλέον, πρῶτος δ' ἐπέπιδον μέγα δάρο), ἀργείοισι δὲ φύζαν. IMMISIT QVE FVGAM TEVC. ATR. TIM.] Il. λ. ζ. δὲ δὲ πατήρ αἰαντ' ὀλίζυ) ἐν φόβον ἄρως. Item: ἐν γδ' ἀπόλλων ἦκε φόβον.

- Pandarus, vt fuso germanum corpore cernit, Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res, Portam vi multa conuerso cardine torquet
- 725 Obnixus latis humeris: multosque suorum Mœnibus exclusos duro in certamine linquit: Ast alios secum includit, recipitque ruentes Demens, qui Rutulum in medio non agmine regem Viderit irrumpentem, vltroque incluserit vrbī,
- 730 Immanem veluti pecora inter inertia tigrim. Continuo noua lux oculis offulfit, & arma Horrendum sonuere: tremunt in vertice cristæ Sanguinæ: clypeoque micantia fulgura mittit. Agnoscunt faciẽm inuisam, atque immania membra
- 735 Turbatū subito Æneadæ. tum Pandarus ingens Emicat, & mortis fraternæ feruidus ira Effatur. Non hæc dotalis regia Amata: Nec muris cohibet patriis media Ardea Turnum. Castra inimica vides: nulla hinc exire potestas.

VT FVSO GERMANVM CORPORE CERNIT] Hom. Il. ν. de Polydoro interfecto, ἕκπρω δ' ὡς ἐνόησε κροστῆντον πολυδάρα) ἐν τρεσ) χερσὶν ἔχοντα. DEMENS] Eodem situ sæpe Homero νήπι) Il. μ. σπῆλασεν νήεσσι θοῆσι νήπι) — vt supra admonuimus. CLYPEOQVE MICANT. FVLG. MITTIT] D Lucret. 4. nictantia fulgura mittit.

- 740 Olli subridens sedato pectore Turnus, Incipe, si qua animo virtus, & consere dextram: Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem. Dixerat ille rudem nodis, & cortice crudo Intorquet summis adnixus viribus hastam.
- 745 Excepere auræ vulnus: Saturnia Iuno Detorsit veniens: portæque infigitur hasta. At non hoc telum, mea quod vi dextera versat, Effugies: neque enim is teli, nec vulneris auctor. Sic ait, & sublatum altè confugit in ensẽm,

750 Et

- 750 Et mediam ferro gemina inter tempora frontem Diuidit, impubesque immani vulnere malas. Fit sonus: ingenti concussa est pondere tellus. Collapsos artus, atque arma cruenta cerebro Sternit humi moriens: atque illi partibus æquis
- 755 Huc caput, atque illuc humero ex vtroque pendit.

CONSERE DEXTRAM] Manus confertio & ad ciuiles & bellicas res refertur. Vnde & manum conferere, & manu, peruulgata esse, nemo est qui dubitet. Dubito tamen (præfatus hanc quam adduco, coniecturam, arbitrio boni beneuolique lectoris staturam, casuram) an illud verum Ennij, quod ita omnium consensu receptum legitur, Non ex iure manu confertum, sed magis ferro Rem repetunt, &c. immutandum aliquantulum sit, & emendandū, hac forma: Non ex iure manus confertum, &c. nam quamuis prioris lectionis sententia satis liqueat, frigidiusculè tamen in tanti, tamque verendi vatis versu languere mihi visa est. Quid enim veneris, quid saluæ, aut gelasini locus adferret, eo sensu, vt dicat poeta, de ciuilibus discordiis quiritans, non legitum è, hoc est, ex iure, certatum, sed magis ferro? quid enim noui est, ciuile bellum illegitimum & nefarium esse? leges inter arma obtorpescere? Itaque nescio an commodè ex loco Aristotelis hunc illustrare aggessus sim, qui mihi persuaserim Ennium ad χερσὸς νόμον (à quo χερσὸδύμω, violenti, quibus ius omne in armis & viribus, Hesiodo) respexisse: cuius eleganter meminit ipse Aristot. lib. πολ. γ. in hæc verba: κτείναι γδ' οὐ κτείνω) εἰ μὴ ἐν πνι βασιλείᾳ, κερσάσῃ δὲ τῆ) ἀρχαίων ἐν ταῖς πολεμικαῖς ἐξόδοις ἐν χερσὸς νόμῳ. διλοῖ δ' ἔμω) ὁ γδ' ἀγαμέμνων κερσὸς μὲν ἀκούων ἠνείκατο ἐν ταῖς ἐπιλοισίαις, ἐξελθόντων δὲ κὺ κτείνω) κτείνω) λῶ. Est autem ea ratio mensuræ loci illius, vt philolophus doceat, penes Laconicos reges religionis, ducentique exercitus potestatem fuisse, non item capitalem in ciues animaduersionem, cum antiquis Græciæ moribus, & testimonio Homeri sub Troiana tēpora, reges vitæ necisque potestatem haberent in obnoxios, tempore defungendorum militarium munerum, & expeditionis agenda, per legem, quam χερσὸς νόμον vocat, hæctenus, vt domi in concionibus, comitiis, & vrbe lex illa cessaret. Videbatur igitur Ennius, ius illud respiciens, argutiùs innuere, ciuili diffensionè non tantum in ciues, militia, forisque, χερσὸς νόμῳ, hoc est iure manus, à ducibus militibusque sæuitum, sed domi, & in vrbe, omnia vi mera ferroque temerata. Prior siquidem, & vulgò probata sententia non satis digna mihi tanto poeta videbatur, quem tam longinquis itineris spatii victis & exhaustis, Elysiòque relicto, Homerus pater reuilerit. Soleo tamen ἐφευκτικῶς de locis tantorum virorum ferre sententiam, & prouocandi facultatem lectoribus relinquere. Non omittendum autem & Polybium χερσὸν νόμον agnoscere. SATVRNIA I VNO DETORS. VEN.] Hesiod. in Scut. ἀπὸ θ' γλαυκάσῃ ἀδελυῖ) ἐν χερσὸ) ὄρμυλ) ἔβασ) ὀρεξάμενη ἀπὸ δ' ἴσῃ) & Calab. lib. 2. ἀπὸ πλάγῃ) γάρ οἱ αἰχμη) τῆ) λῃ) χροῶς, μάλα γὰρ πῶ) ἀπὸ γάσῃ) ἠερῃ) ἰετα. idem Il. ἀλλ' αἰετὶ δ' ἀσπίδ) ἀκμμάτω) ἐς χεῖρα κελὸν ἵκωνον, ἀπέτρεπε γδ' κωδῆρα. ARMA CRVENTA] τῶ) χεῖρα αἰμύρνητα, βεβροτωμένα. HVC CAP. ATQVE IL. HVVM. EX VTR. PEPENDIT] Il. ε. ὡς ἐτέρωσσε ἡμῖσσε κέρη) πῆλῃ) βαρυσθέν.

- Diffugiunt versū trepida formidine Troës: Et, si continuo victorem ea cura subiisset, Rumpere claustra manu, sociosque immittere portis, Vltimus ille dies bello, gentique fuisset.
- 760 Sed furor ardentem, cædisque infana cupido Egit in aduersos. Principio Phalarim, & succiso poplite Gygen Excipit. hinc raptas fugientibus ingerit hastas In tergum (Iuno vires animumque ministrat)
- 765 Addit Halyn comitem, & confixum Phlegea parma: Ignaros deinde in muris, Martemque cientes, Alcandrumque, Haliumque, Noëmonaque, Prytaminque: Lyncea tendentem contra, sociosque vocantem, Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
- 770 Occupat. huic vno deiectum comminus ictu Cum galea longè iacuit caput. inde ferarum Vastatorem Amycum, quo non felicior alter Vngere tela manu, ferrumque armare veneno:

q 4

Et Cly-

Et Clytium Æoliden, & amicum Cretea Musis:

775 Cretea Musarum comitem, cui carmina semper  
Et citharæ cordi, numerosque intendere nervis:  
Semper equos, atque arma virum, pugnasque canebat.

**Succiso Poplite]** Plutarch. in Galba: τὸ φερέει τὰς ἰγυίας ἔπεισεν. **FUGIENTIBVS INGERIT HASTAS]** Il. d. τῶν δ' ἄλλων μεταφρέων, μεταφρέων ἐν δόρυ πηξέων & eodem, κώπης τοι φεζομένη μεταφρέων ἐν δόρυ πηξέων. **VIBRANTI GLADIO]** Ut supra, vibrantibus linguis, de serpentibus. **FERARVM VASTATOREM]** Contraria usurpatione Epig. lib. 6. τὸν κριν ἐρημιῶν διπρὸς μακεδονίας. **VNGRETELA MANV]** Od. δ. φάρμακον ἀνδροφόνου δὲ ζήμεν, ὅρα οἱ εἴη τοὺς χρεῖδας χαλκίβρας. Et Eurip. in Med. metaphoricè de Venere; ἰμέρον χρίσας ἀφικτον ὄσον. Nicand. Alex. τῶν μὲν γὰρ βραχίονα νομάδες χαλκίβρας αἰχμῆς οἱ τε παρ' ἀφροίτου βίαν πολέοντες ἀβέρας χραίνουσι, τὰ δὲ πολλὰ ἀναλθεῖα βλάμματα τὸ χειρὸς σάρκα μετασφίγγουσι, τὰ δὲ ἀποσπῆσθαι ὁ δὲ τοῦ ἰδίου, σπινθηροῦ ἢ μύδρον ἐπιχρῆσθαι ἐρεθισθῆναι, de toxico, quod plate esse genus voluit Galenus & Dioscorides, ducto, vt probabile, nomine ἀποσπῆσθαι πέζων, quod illo barbari deleterio sagittarum aculeos inficere soleant: quamuis & in eum ipsum vnum venenandarum cuspidum anti-qua militia dorycnium vsurparit, explosa pridem à medicis sententia Plinij, qui toxicum quasi ta-xicum agnominavit. **AMICVM CRETEA MYSIS]** Theocr. ἐν τῷ δὲ πελοποννησίῳ ἔξοχα ἰοίωσι. Vt autem, *num. intend. nōvīs*, Græcis κἀλλοπερὶ, κἀλλοβου, & ἐπιτόνια, clauis quibus intenduntur & remittuntur fides.

Tandem ductores, audita cæde suorum,  
Conueniunt Teucrici, Mnestheus, acerquæ Sereftus,  
780 Palantesque vident socios, hostemque receptum.  
Et Mnestheus, quò deinde fugam, quò tenditis? inquit,  
Quos alios muros, quæ iam vltra mœnia habetis?  
Vnus homo, & vestris, ô ciues, vndique septus  
Aggeribus, tantas strages impunè per urbem  
785 Ediderit? iuuenum primos tot miserit Orco?  
Non infelicis patriæ, veterumque deorum,  
Et magni Æneæ segnes miseretque, pudetque?  
Talibus accensi firmantur, & agmine densò  
Consistunt. Turnus paulatim excedere pugna,  
790 Et fluuium petere, ac partem quæ cingitur amni.  
Acrius hoc Teucrici clamore incumbere magno,  
Et glomerare manum: ceu sæuim turba leonem  
Cum telis premit infensis, at territus ille,  
Asper, acerba tuens retrò redit, & neque terga  
795 Ira dare, aut virtus patitur, nec tendere contrâ,  
Ille quidem hoc cupiens, potis est per tela, virosque.

**QVO DEINDE FUGAM? QVO TEND. QVOS AL. M. QVÆ IAM VL. MOË.]** Conuenitilla Aiæcis increpatio sub finem Il. d. ἢ τίνας φασὲν εἶναι ἀσπὴν τῆρας ὀπίσσω; ἢ πῶς τῶν ἀμείνων, ὃ κ' ἀνδρῶν λαογόν ἀμύμαι; ἢ μὲν περὶ γὰρ ἐπὶ πάλαι σφύροις ἀρρηγῆς, ἢ κ' ἀπαμυμῶμαδ' ἐπερὶ κλέα δῆμον ἐχούτες. Vt autem hic Mnestheus Æneam proponit & obiicit Teucricis, sic & Patroclus Il. π. Myrmidonas Achillis adimonet, μνήσασθαι δὲ τοῦ εἶδος ἀλκίης, ὡς ἀνὰ πηλείδῳ τῆρας ὀπίσσω, ὃς μὲν ἀεὶς ὄρα ἀργείων. **CEV SÆVVM TVRBA LEONEM CVM TELIS PREMITS]** Hom. Il. λ. ζ. ὡς δὲ πατρὸς αἰῶνδ' ὑπὸ χροῦ ἐν φέρον ἄρτε' ἐπὶ τῶν πατρῶν, ὅτι δὲ βάλαν σάκκον ἐπιβύθειον. πρῶτος δὲ πατήρας ἐφ' ὀμίλῃ, διερὶ ἐκμῶς, ἀγροπαλιζόμενος, ὀλίγον γένος ἰουῶν ἀμείνων. ὡς δ' αἰῶνα κέοντα βόων ἀπὸ μελαύλοιο ἐσθλοτο κώμης τε καὶ ἀνέρες ἀγροῖδ' ὁπίσσω μιν ἐκείων βεῶν ἐκ σίτην ἐλέειδ' ἀνῆνυρχει ἐχθρῶν ὄντες. ὃ δὲ κρείων ἐρατίζων ἰδίους ἀλλ' ἢ πρὸς ἀσπῆς. Σαμῆες δὲ ἀκούτες ἀντίοι ἀίσουσι θρασυῶν ἀπὸ χειρῶν, κωμῆσαι τε δευαί, τὰς τε βεῶν ἀσπῆς ἀπὸ ἡδῶν δ' ἀπὸ νόσσην ἔχον τεπιπῶσι θυμῶν ὡς αἰῶν. Item Il. p. αὐτὰρ ὃ γ' ἐροσῆσαι ἀνεχάσαστο, λείπε δὲ νευρόν, ἐν βροπαλιζόμενος, ὡς τε λῆς ἡν-ῆσθαι, ὃν εἶναι κώμης καὶ ἀνδρῶν ἀπὸ τῶν αἰῶν δ' ἔργου καὶ φωνῆ, τὸ δ' ἐπὶ φρεσὶν ἀλλεμῶν ἢ τὸς πύχνοδ' ἔκων δ' ἀπέχον ἀπὸ μελαύλοιο.

Haud aliter retrò dubius vestigia Turnus  
Improperata refert, & mens exæstuat ira.  
Quin etiam bis tum medios inuaserat hostes:

800 Bis

A 800 Bis conuersa fuga per muros agmina vertit.  
Sed manus è castris properè coit omnis in vnum:  
Nec contrâ vires audet Saturnia Iuno  
Sufficere. aëriam cælo nam Iupiter Irim  
Demisit, germanæ haud mollia iussa ferentem,  
805 Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.  
Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum,  
Nec dextra valet: iniectis sic vndique telis  
Obruitur. strepit assiduo caua tempora circum  
Tinnitu galea, & faxis solida æta fatiscunt:  
810 Discus hæcque iubæ capiti: nec sufficit vmbro  
Ictibus. ingeminant hastis & Troës, & ipse  
Fulmineus Mnestheus. tum toto corpore sudor  
Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)  
Flumen agit; fessos quatit æger anhelitus artus.  
815 Tum demum præceps saltu sese omnibus armis  
In fluuium dedit. ille suo cum gurgite flauo  
Accepit venientem: ac mollibus extulit vndis:  
Et latum sociis abluta cæde remisit.

**IMPROPERATA REFERT]** βλάδλω ἀπέπεισι, Hom. Il. v. Et Calab. 9. de apro, qui conspecto leone territus, nec potest in Thoïs persecutionem procedere, nec tamen sibi fuga consulere. τῷ δ' ἴσθαι, ἀσπῆσθαι ὄρη, οὐτε σφῆρα μεμῶσθαι ἔτ' ἐλθῆμεν ἔτ' ἀρ ὀπίσσω, διήκει δ' ἀρεῶντων ὑπὸ γναυδοῖσιν ὀδύνας. **ERGO NEC CLYPT. IVV. SVBS. TAN. NEC DEXT. VALET, &c.]** Ex Hom. Il. π. αἰῶν δ' ἐκ' ἐπ' ἔμμε, βιάζετο γὰρ βελέεσσι, δάμνα μιν ζυῶς τε νόσθαι, καὶ πρῶτος ἀγροῖ βέλλοντες, δεινὴ δὲ σφῆρα κροτάφοισι φαινή σφῆρα βλαδομένη κωαχλῶ ἔχε, βελέεσσι δ' αἰεὶ κωαχλῶ δ' ἀπὸ τῆς δ' ἀεὶ σφῆρα ὄσον ἐκμῶν, ἐμπεδον αἰεὶ ἔχον σάκκον αἰῶν, ὃ δὲ δάμνα αἰεὶ αἰεὶ πλεμῆσαι ἐρεθιστες βελέεσσι, αἰεὶ δ' ἀργαλῆρ ἔχετ' ἀσπῆσθαι, καὶ δὲ οἱ ἰδίους πάντων ἐκ μάλιστ' ἔρεθισ, ὃ δὲ ἐπὶ τῶν ἀμπεδῶν, πάντων δὲ κωαχλῶ ἐπέκειτο. Totus hic locus debet conferri cum illo Euripidis in Androm. de Neoptolemo infidiis excepto, & circumquaque vulneribus petito, πικρῆ δὲ νησάδι πάντων ἀνδρῶν, πρῶτος τῶν καὶ σφῆρα σφῆρα, οὐκ ἔστι κωαχλῶ ἀσπῆσθαι αἰεὶ σφῆρα, ἀλλ' ἔδεν ἰδίους, ἀλλὰ πικρῆ ὄρη βέλη, δισοί, μεσάγκυλ' ἐκλυτοί τ' ἀμφοβολοὶ σφῆρα ἐχθρῶν βου-πύρι πῶν πῶν, δεινὰ δ' ἀν' εἶδες πύρρῆσας φρουρομένους βελέεσσι παιδῶν, ὡς δὲ μιν ἀπεσπῆσθαι κώμης κωαχλῶ σφῆρα ὡδύνας ἀμπεδῶν. &c. **NEC SVFFICIT VMBRO ICTIBVS]** Il. v. εἶδ' ἰρκεσσι σφῆρα χαλκῆσθαι ὑμῶν αὐτῶν Græcis quoque ἀμείνων. **TVM DEMVM PRÆCEPS SALTU]** Exprimat poeta contentio-nem saltantium, qui ad peragendum saltum totius vires corporis aduocare solent, vt docet Aristot. lib. De incessu anim. vbi de motu ad locum duplici differit: ὅτι δὲ ζῶων ὅσα μεταβάλλει καὶ τῶν, τὰ μὲν ἀπὸ παντὶ τῶν σφῆρα μεταβάλλει, καὶ δὲ ἀπὸ τῶν ἀλλεμῶν, &c. **OMNIBVS ARMIS]** πικρῆσθαι significati-vult Victorius. **MOLLIBVS EXTVLIT VNDIS]** Lucr. 2. Qua mollibus vndis Littoris incurui bibulam lauat æquor arenam. Negat tamen Aristot. lib. Meteor. 4. aqua propriè mollem dici posse, definiens σκληρὸν καὶ μαλακὸν, his verbis: ὅτι δὲ σκληρὸν μὲν, τὸ μὴ ἀσπῆσθαι εἰς αὐτὸ καὶ τὸ ὀπίσσω, μα-λακὸν δὲ, τὸ ἀσπῆσθαι μὴ ἀπὸ ἀσπῆσθαι. τὸ γὰρ ὄσον ἢ μαλακὸν, ἢ τὸ ἀσπῆσθαι τῆ σφῆρα τὸ ὀπίσσω εἰς βλάδθαι, ἀλλ' ἀσπῆσθαι δ' ἀπὸ τῶν σφῆρα ἢ μαλακὸν, καὶ ἀπὸ τῶν τοιοῦτων, σφῆρα ἔτερον δὲ, καὶ σφῆρα ἀμείνων τοιοῦτων. Idem Ari- stot. lib. περὶ γένεσ. καὶ φθ. vbi cæteras omnes qualitates ad quatuor primas refert, molle dicit ad humi- dum referri, non contrâ, his verbis: ἐπὶ δὲ τὸ μαλακὸν σφῆρα ὄσον. μαλακὸν γὰρ τὸ ἀσπῆσθαι εἰς αὐτὸ, καὶ μὴ μεδι- σάμενον, ὅσον ποιεῖ τὸ ὄσον, διὸ καὶ οὐκ ἔστι τὸ ὄσον μαλακὸν, ἀλλὰ τὸ μαλακὸν τὸ ὄσον. Videtur autem Virgilius molles vndas accepisse, vt poeta ἀπὸ τῶν ἀμείνων, pro delicatis: quæ tamen sententia nescio an huic quo- que à Lucretio exemplo conuenire possit.

P. V. M A-

PANDITVR interea domus omnipotentis Olympi: Conciliumque vocat diuūm pater, atque hominū rex Sideream in sedem: terras vnde arduus omnes, Castraque Dardanidum aspectat, populosq; Latinos. Confidunt tectis biparentibus: incipit ipse. Cælicolæ magni, quianam sententia vobis

Verfa retrò: tantumque animis certatis iniquis? Abnueram bello Italiam concurrere Teucris. Quæ contrà veritum discordia? quis metus aut hos, Aut hos arma sequi, ferrumque lacessere suafit? Adueniet iustum pugnæ (ne accersite) tempus: Cùm fera Carthago Romanis arcibus olim Exitium magnum, atque Alpes immittet apertas. Tum certare odiis, tum res rapuisse licebit. Nunc finite, & placidum læti componite fœdus. Iupiter hæc paucis: at non Venus aurea contrà Pauca refert.

PANDITVR INTEREA DOMVS] Imitatione Homeri, qui librum II. 3. à deorū concione à Ioue habita inchoauit, his versibus: ἰὼς ἄ κρηκόπηθ' ἐκιδνατο πᾶσαν ἐπ' αἴαν, ζῆς δ' ἑσὼν ἀργεῖω ποιή- ουτο τεμπικέσθωμος ἀμροτῆτη κορυφῆ πολυδερῆδος ἐλάμπισο' αὐτὸς δὲ σφ' ἀργεῖος, θεοὶ δ' αἶμα πάντες αἰκων, κέλευτέ μὲ πάντες τε θεοὶ πᾶσαι τε δῖαναι. CONCILIVM QVE VOCAT SIDEREAM IN SEDEM] Sic & Hom. librum ε. Od. orditur à deorum cōcione: οἱ δὲ θεοὶ δῶκανδὲ κρηδίζανον, &c. σύγκλητον verò hīc innuit, licet sint qui malint consilium per scribere, vt apud Horatium consilianibus diuis, & & superiore libro consilium summis regni de rebus habebant, more Græcorum, quibus βωλὴ tria si- gnificat, locum scilicet, consultores ipsos, illudque de quo consultatio agitur: docet & Eustathius ἐστὶ βωλὴ τὸ σφ' ἐντίμων συνῆδριον, ὃ δὲ σύγκλητος λέγεται ὡς τὸς μεθ' ἑμῶν, ἀργεῖον δὲ τὴν τῶ πῶδες συνῆδριον. CONSIDVNT TECTIS BIPARENTIBVS] δικλῆσι, διδύροις, ἀμφιπύλοις. ABNVE- RAM BELLO ITALIAM] Turnebus poetam vult ferò ad nutum & Iouis supercilium ab Ho- mero descriptū respicere, quòd nutu & tenutu Iuppiter omnia facere crederetur, vnde & numen, hinc illud Maronianum, Annuit & totum nutu tremefecit Olympum. PUGNÆ (NE ACCER- SITE) TEMPVS] Eadem significatione videtur Eurip. in Phœniss. καλεῖν τύχην dixisse, qua hīc poeta pugna accersere tempus; nempe Creonti importunè oraculum & responsum efflagitanti Tires- ias respondet, σφάξαι μανικῶ τὸν δὲ δειτ' ὡπὲρ πάβας σὸν παῖδ' ἔπειδ' ἠ πλὴν τύχην καλῶς & Lucanus, Nil opus est votis, iam fatum arcessite ferro: & Tibul. Quis furor est atram bellis arcessere mortem? VENVS AVREA] Passim χρυσῆ ἀφροδίτη.

O pater, ô hominum, diuūmque æterna potestas, Namque aliud quid sit, quod iam implorare queamus? Cernis vt insultent Rutuli, Turnusque feratur Per medios insignis equis: tumidusque secundo Marte ruat. non clausa tegunt iam mœnia Teucros. Quin intra portas, atque ipsis prælia miscent Aggeribus mœrorum: & inundant sanguine fossæ. Æneas ignarus abest. nunquamne leuari Obsidione fines? muris iterum imminet hostis Nascentis Troiæ, nec non exercitus alter: Atque iterum in Teucros Ætolis surgit ab Arpis Tydides. equidem credo mea vulnera restant: Et tua progenies mortalia demoror arma.

Si sine

Si sine pace tua, atque inuito numine Troës Italiam petiere, luant peccata, neque illos Iuueris auxilio. sin tot responsa secuti, Quæ Superi, Manesque dabant: cur nunc tua quisquam Flectere iussa potest? aut cur noua condere fata? Quid repetam exustas Erycino in littore clasies? Quid tempestatum regem, ventosque furentes Æolia excitos? aut actam nubibus Irim?

O PATER, ô HOM. DI.] Vide Plutarch. in Platon. quæst. διατὶ τὸν ἀνωτάτω θεὸν πατέρα πάν- των, ὃς πηπὶ τὴν ἀφροδίτην, &c. INVNDANT SANGVINE FOSSÆ] Hom. Od. λ. & ε. δάμπεδον δ' ἀπὸν αἰματὶ δέν. Eurip. in Troadib. θεῶν ἀνώτατος φόνος καταρρεῖ. AGGERIB. MŒRORVM] Lucret. 4. Exe[st] mœrorum littora circum. ÆOLIA EXCITOS] Recurre ad illud lib. I. Æolian venit, vbi regiam Æoli, non omnes significare videtur Æolias insulas, vt vulgò censent interpretes.

Nunc etiam Manes (hæc intentata manebat Sors rerum) mouet, & superis immissa repente Alecto, medias Italūm bacchata per vrbes. Nil super imperio moueor, sperauimus ista, Dum fortuna fuit: vincant quos vincere mauiis. Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniux Dura, per euerfæ genitor fumantia Troiæ Excidia obtestor: liceat dimittere ab armis Incolumem Ascanium, liceat superare nepotem. Æneas sanè ignotis iactetur in vndis: Et quamcunque viam dederit fortuna, sequatur. Hunc tegere, & diræ valeam subducere pugnæ, Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera, Idalixque domus. postis inglorius armis Exigat hīc æuūm. magna ditione iubeto Carthago premat Auloniam: nihil vrbibus inde Obstabit Tyriis. quid pestem euadere belli Iuuit, & Argolicos medium fugisse per ignes? Totque maris, vastæque exhausta pericula terræ, Dūm Latium Teucris, reciduaque Pergama quærunt: Non fatius cineres patriæ infedisse supremos, Atque solum quo Troia fuit? Xanthum, & Simoenta Redde, oro, miseris: iterumque reuoluere casus Da pater Iliacos Teucris.

VINCANT, QVOS VINCERE MAVIS] Suprà 5. vincant, quibus hoc Neptune dedisti. FVMANTIA TROIÆ] Eur. in Troad. φρυγῶν πόλις ἢ νῦν καπνοδ' vocat itē Troiam καπνοδὲ καλεῖται. LICEAT SVPERESSF NEPOTEM] Venus nepotis quàm filij satagere studiosius videtur ex de- coro & more parentū. Id tamen in gratiā Iuliæ familiæ à poeta struitur. SVBVCERE PVGNA] Vt Græci ὑπὸ γυναικὶ dicunt: Hom. Il. λ. ἔκτορος δ' ἐν βελέων ὑπὸ γυναικὶς ἐκ τε κοινῆς, ἐπὶ ἀνδροκτασίας, ἐκ δ' αἰ- ματὸς, ἔπειτα κωδικοῦ & Il. ε. De Venere, quæ filium prælio exemerat, ἢ πρ' ἐν φλόον ἴδον ὑπὸ γυναικὶς ἐξέφερον πλέ- υον. EXHAVSTA PERICVLA] Aliqua immutatione nonnunquam exhaustos Teucros pericu- lis & casibus dixit. RECIDIVA PERGAMA] Seruius, renascentia. Tractus autem sermo est ab arboribus, quæ aliis scētis repullulant. Ergo illud solum recidium dicimus, quod postea renasci- tur: vnde modò recidua dixit, quæ renouantur ab his qui sunt superstites Troianis periculis. Ni- mirum Seruius ἀναρρυμένα, περιμυρῆ, & περιμυρῆσιν accipit: hoc tamen ego iudicium ad doctiores lu- bens reitcerem, cūm, si hæc vox ab arboribus scētis & incisis similitudine ducatur, nesciam quo- modo moduli ratio congruere & constare possit, cūm antepenultimam huius dictionis corripuerit Maro: quæ etiam ratione motus videri potest Ascensus, vt recidua, iterum casura interpretaretur, cūm





Asius Imbrafides, Hicetaoniusque Thymœetes,  
 Afaraci que duo, & senior cum Castore Tybris  
 125 Prima acies. hos germani Sarpedonis ambo,  
 Et clarus Ethemon Lycia comitantur ab alta.  
 Fert ingens toto connixus corpore saxum,  
 Haud partem exiguam montis Lyrnesius Agmon,  
 Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menestho.  
 130 Hi iaculis, illi certant defendere saxis,  
 Moliri que ignem, netuo que aptare sagittas.  
 Ipse inter medios Veneris iustissima cura,  
 Dardanius caput ecce puer detectus honestum,  
 Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum,  
 135 Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem  
 Inclusum buxo, aut Oricia terebintho  
 Lucet ebur: fufos cervix cui lactea crines  
 Accipit, & molli subnectit circulus auro.

VENERIS IUSTISSIMA CVRA] Recurre ad locum Bucol. Ecl. 9. Ecce Dionæi. CAPVT ECCE PVER DETECTVS HONESTVM] Detectus, aut sine galea, vt Seruius, aut forsan morem Romanorum poeta respexit, qui nisi Saturnalibus, diebus aliis nudo erant capite. Eustath. lib. 1. Od. vt notauit Turnebus, hunc morem Romanos à Græcis accepisse disputat, *ἵσως δὲ καὶ τὸ τὰς μεταλάς ἀναλύσθαι ἔχειν*, &c. cùm heroicis temporibus nulla capitis integumenta in vñ fuisse memorentur. Apollonius autem *ἐπιμαλὸν ἄς ἠρώται* pro eo quod hic *caput detectus*. ORICIA TEREBINTHO] Proper. Sed Thyæ thalamo, aut Oricia terebintho Effultum pluma versicolore caput. MOLLI SVBN. CIRC. AVRO] *μαλακῶ, ἔβρω, ἑπαλῶ*.

Te quoque magnanime viderunt Ismare gentes  
 140 Vulnera dirigere, & calamos armare veneno,  
 Mœonia generose domo, vbi pinguia culta  
 Exercent que viri, Pactolus que irrigat auro.  
 Affuit & Mnestheus, quem pulsi pristina Turni  
 Aggere mitorum sublimem gloria tollit:  
 145 Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi.  
 Illi inter sese duri certamina belli  
 Contulerant. media Æneas freta nocte secabat.  
 Namque vt ab Euandro castris ingressus Hetruscis,  
 Regem adit, & regi memorat nomen que, genus que;  
 150 Quidue petat, quidue ipse ferat, Mezentius arma  
 Quæ sibi conciliet, violenta que pectora Turni  
 Edocet: humanis quæ sit fiducia rebus  
 Admonet, immiscet que preces. haud fit mora, Tarchon  
 Iungit opes, fœdus que ferit, tum libera fatis  
 155 Classẽ conscendit iussis gens Lydia Diuùm,  
 Externo commissa duci.

CALAMOS ARMARE VENENO] *χεῖρ' αὐτῶν* respicit enim τὰ χεῖρ' αὐτῶν vnde & *ἰούς φαρμάκων* & *φαρμακῶν* quamvis vtrumque aliàs ἀντὶ τοῦ σομοῦ σίδηρον ἐκ βαφῆς, vt docet Eustathius. Sic & Plutarch. *ἀπὸ ἀργυρίων, τὸν γὰρ τὸ σίδηρον ἐννοεῖται βαρβαρῶν φαρμάκων, ἢ δὲ ἀνδρῶν γρηθῆς ἢ δειῖ*. Hoc verò pharmacum Scythicum vocat Aristot. quo quæspides telorū veteres inungebāt: eius etiā componendi rationem docet his verbis lib. *θανυ. ἀκουσι. φασὶ τὸ σκυδικὸν φάρμακον, ὃ ἀναβάλλουσι τοὺς ὄϊους, σωτὴν δὲ ἐξ ἐχιδνῆς. τῆροδον γὰρ, ὡς εἶπεν, οἱ σκύδαί τρεῖς ἢ δὴ ζῶστακούσας, καὶ λαβόντες αὐτὰς, τήκουσιν ἡμέρας πέντε. ὅταν δ' ἡμεῖς αὐτοῖς δοκεῖ σκυδικῶν πᾶν, τὸ πῦ ἀνθρώπου αἷμα εἰς χυτρίδιον ἐμχέοντες εἰς τοὺς κομποῖς χυτρίδιον ποιῶμεν. ὅταν δ' ἐν τούτῳ σπηῖ, τὸ ὑφιστάμενον ἐπάνω τοῦ αἵματος, ὃ δὴ ἐστὶν ὑδατῶδες, μίγνυουσιν τὸ πῦ ἐχιδνῆς*

ἐχιδνῆς ἰχθῶς, καὶ οὐτὸν ποιοῦσι δανάσιον. PINGVIA CVLTA EXERCENT QUE VIRI, PACTOLI: IRR. AVRO] Hom. sic *πίονα ἔργα* non femel. *πικταλὸν* autem Græci *χευορῆραν*, & *χευορῆρον*, & *So-phocl. in Philoct.* *ἄρ' ἔργων*. CERTAMINA BELLI CONTVLERANT] Sic Epig. lib. 3. *ἀλετο δ' ἐν φλοκῖν φιλῶν* & *saepè apud Hom. σωάγειν ἀρη, σωάγειν μάχην*, & *χεῖρας* dicunt ite *συμπεμάχεται δὲ αὐτῶν σωάγειν*. & *συνέλλεν ἀγῶνα*, & *ἐχθραν* Eurip. & *ἔεν*, & *ἔπν*. NAMQUE VT AB EVANDRO] Notanda est admirabilis & concisa ἀνάμφορα αἰωσι, rerum repræsentatio breuiter propositarum ab imperatore auxilium suis maturante, & in celeritate bonam partẽ belli administrandi & expediendi ponente. TVM LIBERA FATIS CLASS. CONSC. IVSS. GENS LYD. DIV. EXT. COM. DVC I] *Libera fatis*, hoc est, defuncta fatis: eadem forma Eurip. in Phœn. sub persona Menœcei, se vltro pro patria deuouentis, & Tiresia oraculo obtemperantis: *ἀίρεθ' ἄρ' εἰ γὰρ δεσφάτων ἐλδοθεροί, καὶ οὐκ εἰς ἀνάγκην δευόμενοι πάντες παρ' αἰσῶν ἐν δανάσιον δανείν*, ἐγὼ δ' ἔπατ' ἐγὼ κασίγνητον πατρῶος — ἀπειμὶ vbi mirè δεσφάτων ἐλδοθεροί huic, *libera fatis*, respondere videtur. Sic & cum eodem casu suprâ, liber habentis, de equis.

Æneia puppis

Prima tenet, rostro Phrygios subiuncta leones:  
 Imminet Ida super, profugis gratissima Teucris:  
 Hic magnus sedet Æneas, secum que volutat  
 160 Euentus belli varios: Pallas que sinistro  
 Affixus lateri iam quærit sidera opacæ  
 Noctis ite, iam quæ passus terra que mari que.  
 Pandite nunc Heliconæ deæ, cantus que mouete,  
 Quæ manus interea Thuseis comitetar ab otis  
 165 Ænean, armet que rates, pelago que vehatur.

ROSTRO PHRYGIOS SVBIVNCTA LEONES] Veneratione Idææ matris, cui sacri erant leones: Orpheus in eius hymno, *καυροφόνων ζῷζῶσα τε γυδρομον ἄρμα λεόντων*. PANDITE NVN HELICONA, &c.] Suprà ex Hom. *ἔπατε νυν μούσαι*, &c.

Massicus ærata princeps secat æquora Tigri:  
 Sub quo mille manus iuuenum, qui moenia Clusi,  
 Qui que urbem liquere Cosas, queis tela, sagittæ,  
 Coryti que leues humeris, & lethifer arcus.  
 170 Vnâ toruus Abas: huic totum insignibus armis  
 Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.  
 Sexcentos illi dederat Populonia mater  
 Expertos belli iuuenes: at Ilua trecentos  
 Infula, in exhaustis Chalybum generosa metallis.  
 175 Tertius, ille hominum, diuùm que interpres, Afylas,  
 Cui pecudum fibræ, cæli cui sidera parent,  
 Et linguæ volucrum, & præfagi fulminis ignes,  
 Mille rapit densos acie, atque horrentibus hastis:  
 D Hos parere iubent Alpheæ ab origine Pisæ,  
 180 Urbs Hetrusca solo. sequitur pulcherrimus Astur,  
 Astur equo fidens, & versicoloribus armis.  
 Ter centum adiiciunt (mens omnibus vna sequendi)  
 Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in aruis,  
 Et Pyrgi veteres, intempetæ que Grauiscæ.

AVRATO FVLGEBAT APOLLINE PVPPIS] Hic titula, & insigne nauis, & *ἄσπιλον ποῖον* significatur. EXPERTOS BELLI IYVENES] Hom. II. 2. *ἐπιστάμενοι πολέμοιο*. INEXHAUSTIS, &c.] Sic *στυροφόρον γὰρ*, regio Pontica Chalybum Apollon. lib. 2. PRÆSAGI FVLMINIS IG-NES] Fortasse hoc ita accipiendum, vt *διδεσέας* à Sophocl. in Colono, inter omnia & signa quæ de cælo hominibus dantur auspiciatò, recensetur, sub persona OEdypodis narrantis se Apollinis responsa secutum in Colonom appulisse: *σημεῖα δ' ἦσαν τῶδε μοι παρηγγυῖα, ἢ σεισμὸν, ἢ βροντῶν, ἢ δίδεσέας*. Sunt qui putent poetam illud Apollonij lib. I. respexisse, *ληϊπιδίης αὐτῆς ὃ θεοπαγίαι ἐδίδαξεν, ῥιανούς τ' ἀλέγειν*.

αλέγειν, ἢ δ' ἔμπνευσι σήματα ἰδέσθαι quamuis apud Platonem in Legib. ἔμπνευσι σήματα alij signa calentia & calentium victimarum interpretentur: quam sententiam φλέξ ἔμπνευσι, & τὰ ἔμπνευσι abfoluté fape ab Euripide vsurpata in aruspicijs firmare videntur, vt & τὰ ἔμπνευσι à Sophocle pro victimis posita sunt sub persona Electra, τῷ φέρις τὰ δ' ἔμπνευσι χρυσόδω, μήτις με πέμπει παρὶς τυμειδῶσαι χάρις & in Antig. ἔμπνευσι ἐγδύμην βοιωτῶσι παραλέκοισι, quæ & Æsch. in Prometh. φλογοπαῖ σήματα vocare videtur. Verum vt hic lingue volucrum, in Helen. Eurip. εἰ δ' αἶψά γ' ἴδης οὐδ' ἔν ἔμπνευσι φλογοῦ, οὐτε πῆρα τῶ φέρισμα, δούσας δέ τοι τῶ δουεῖν ὄρνιθας ἀφελεῖν βροτούς. IN TEMPESTÆ QVE GRAVIS CÆ] Hic sine tempe- rie Seruius interpretatur. Suprà noctem intempestam aliter accipit.

- 185 Non ego te Ligurum ductor fortissime bello Transferim Cycne, & paucis comitate Cupano: Cuius olorinæ surgunt de vertice pennæ, Crimen amor vestrum, formæque insigne paternæ. Namque ferunt luctu Cycnum Phaëthontis amati, 190 Populeas inter frondes, vmbraque fororum Dum canit, & mœstum Musa solatur amorem, Canentem molli pluma duxisse senectam, Linquentem terras, & sidera voce sequentem. Filius æquales comitatus classe ceteruas 195 Ingentem remis Centaurum promouet. ille Instat aquæ, faxumque vndis immane minatur Arduus, & longa sulcat maria alta carina.

PHAETHONTIS AMATI] Et huius fabulæ meminit Plato in Timæo: τὸ γδ οὐδ' ἐπ' ἡμῶν λεγόμενον, ὡς ποτε φαέθων ἡλίου παῖς τὸ πᾶν πατρὸς ἀρμα ζέλλεσθαι, διὰ τὸ μὴ δυνάσασθαι, καὶ τὴν πειρὰς ἐδὶδον ἐλαμῆσαι, τὰ τε δὴ γῆς ξυπέλαγος, καὶ αὐτοῦ κερματωδῆς διεφθάρη, ποδὸν μύθη δ' ἔχοντα ἔχον λέγει, τὸ δ' ἀλκιδῆς ἔστι, τῆ δὴ γῆς καὶ ἑσπέρην ἰόντων φεάλαξαι, καὶ διὰ μακρῶν χερῶν γινόμενον ἔστι τῆ γῆς πύρι πολλὸ φθορά. Lucret. quoque lib. 5. Auia cum Phaëthonta rapax vis solis equorum Æthere raptauit toto, terrasque per omnes, C At pater omnipotēs ira tum percitus acri, Magnanimum Phaëthonta repenti fulminis icū Deturbauit equis in terram, solque cadenti Obuius æternam suscepit lampada mūdi, Disiectosque rededit equos, iunxitque trementes, Inde suum per iter recreauit cuncta gubernans, Scilicet vt veteres Graium cecinere poète, Quod procul à vera est animi ratione repulsum, Ignis enim superare potest, vbi material Ex infinito sunt corpora plura coorta, Inde cadūt vires aliqua ratione reuictæ, Aut pereunt res exultæ torrentibus auris. Quæ Lucretij sententia non ita ab illa Platonis discedit. Aristot. quoque lib. 4. De mundo, περιχρῆσά τε καὶ φλόγας αἰετὶς ἔξ ἑσπεροῦ γινόμενα σφοδρῶν, ὡς ποτε φαέθων, τὰ ποδὸς ἑω μέρη κρετέωλεξαι. POPULEAS INTER FRON. VMBR. SORORVM] Sunt qui putent à Marone Heliadas nunc in alnos, nunc in populos verfas cani, quod Græcis αἰγέροι & populum & alnū significet, ac in αἰγέροις mutatas Phaëthontis sorores non solum poète Græci testentur, sed & Lucianus, his verbis: ἡλέκτρον πέτραι καὶ ἡμῶν δινάδων δ' ἰσοπέδιον αἰγέροις ἐπὶ τῷ ἡελιωτῶν δακρύων αὐτοῦ, ἔργων σφαιρῶν φαέθωντα, καὶ ἀδελφῶν γὰ ἔστι τὰς αἰγέροις ἐκείνας τὰ φαέθωντα, εἴτα ὄδον μέρων, ἀλλὰ γλῶσαι εἰς τὰς ἐνδράς, καὶ ἀποστέλλειν ἐπ' αὐτῶν δακρύων δ' ἦδεν τὸ ἡλεκτρον & in dialogo Iouis & solis: φαέθωντα γὰ αἰ ἀδελφῶν δακρύων ὅτι τῶ ἡελιωτῶν, ἵνα σφ' ἐπισπῆσιν ἐνδρα δακρύων, ἡλεκτρον ἐπ' αὐτῶν δακρύων, καὶ αἰγέροις γινόμεναι ὅτι τῶ φαέθωντα. Cum itaque Latinorum poetarum versibus, Ouidij præsertim, constet Phaëthontidas in alnos transformatas, easdemque εἰς αἰγέροις, nil mirū, si vocis ὄδον μέρων. Maro aliquando populos, aliquando alnos factas puellas cantauerit. Dioscorides autem lib. 1. αἰγέρον electrum exudare est auctor, quod & alno conuenit. Phaëthontis autem, vt superioribus hoc adiiciamus, fabulam his versibus Apollon. lib. 4. præstrinxerit: ἐς δ' ἑσπέρων μύχρον ῥῶν ἡελιωτῶν, ἐν δ' ἀποστ' αἰδαλόσσην πειρῆς σφῆρας κερματωρ ἡμῶν φαέθωντα πέτραι ἀρματῶν ἡελίοιο λίμνης ἐς ποταμὸν πολυανδρῆος — ἀμφοῖν καὶ ἡμῶν τῶν τῶν φαέθωντα αἰγέροις, μύχρον γ' ἀμφοῖν μέλαινα γῶν, ἐν δ' φαεινῆς ἡλεκτροῦ λίβα δ' αἰ βλαφῆρων ποταμῶν οὐσιν ἐρεξῆ. Licet item videre interpretem Euripidis in Hippol. eo loco, ἡελιωτῶν δ' ἴδωρ, ἐν δα πορφυρῶν σάλμασπον εἰς οὐδ' ἡμῶν πᾶνδρος τρεῖς ἀλαιναι ἡμῶν φαέθωντα οἰκτρῶν, δακρύων τὰς ἡλεκτροφαιῶν ἀνδρῶν. CANENT. MOLLI PLVMA DVX. SENECT.] Omnino mihi persuasi iam olim, vt in mancipio & vsu omnia esse mutuo amicis testatur vetus parcemia, sic & Maroni & Flacco, præter consuetudinis fructum & rerum communionem, verborum quoque, sententiarum, & troporum familiaritatē, ita illis insinuatam, coaluisse, vt sæpe in eorum libris tota hemistichia, his & illis vsurpata, deprehendantur, vt puto nos alibi admonuisse, offerente se etiam in argumentum hoc loco, qui respondere videtur illi Horatiano, vbi se plumescere dicit poète, & in olorem tractim & supernè mutari, hoc est (ni fallor) canescere, quod in temporibus homines albescant primùm. vnde λακκορόταφοι & πλοκορόταφοι, vt docet Alexander Problem. & suprà Maro: Téporibus geminis canebat sparfa senectus. Ille

- Ille etiam patris agmen ciet Ocnus ab oris, Fatidicæ Mantus, & Thusci filius amnis, 200 Qui muros, matrisque dedit tibi Mantua nomen, Mantua diues auis. sed non genus omnibus vnum. Gens illi triplex populi sub gente quaterni. Ipsa caput populis, Thusco de sanguine vires. Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat. 205 Quos patre Benaco velatus arundine glauca Mintius infesta ducebat in æquora pinu. It grauis Auletes, centenaque arbore fluctum Verberat assurgens. spumant vada marmore verso. Hunc vehit immianis Triton, & cærule concha 210 Exterrens freta, cui laterum tenuis hispida nanti Frons hominem præfert, in pristin definit aluis. Spumea semifero sub pectore murmurat vada.

POPULI SVB GENTE QVATERNI] Sic & gens Attica in decem populos discreta erat, qui diuisi, vt Romanis tribules, ἀμφοῖν dicebantur: Romani enim in tribus distributi erant. CENTENA ARB. FLVCT. VERBERAT] Sic & Hom. II. v. εἰδ' αὐ γινῆς ἐσπέρων ζυγῶν ἄροστο, quæ est centiremis, centum transtrorum, vt πεντηκῶν πορῶν Eurip. Notat autem Seruius, non remis dixisse poetam, sed arboribus, ad exprimentam nauis magnitudinem, quæ plures habuit remorum ordines. Non ita dissimile illud Propertij, Nec te, quod classis centenæ remiget alis, Terreat. IN PRISTIN DEFINIT ALVVS] Contendit Erythraeus monstrum marinum pristin, pistricum, & pristam τῶν τῶν κελιά dicit.

- Tot lecti iuuenes ter denis nauibus ibant Subsidio Troiæ, & campos salis ærè secabant. 215 Iamque dies cælo concesserat, almaque curru Noctiuago Phœbe medium pulsabat Olympum. Æneas (neque enim membris dat cura quietem) Ipse sedens, clauumque regit, velisque ministrat. Atque illi medio in spatio choris ecce suarum 220 Occurrit comitum, Nymphæ, quas alma Cybele Numen habere maris, Nymphasque esse nauibus esse Iusserat. innabant pariter, fluctusque secabant, Quot prius ærata steterant ad littora proræ. Agnoscunt longè regem, iustrantque choreis: 225 Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea, Ponè sequens dextra puppim tenet, ipsaque dorso Eminent, ac læua tacitis subremigat vndis. Tum sic ignarum alloquitur.

CYRRV NOCTIVAGO] ἄρμα πνοικτόλο. Lunæ autem curru vehendo dabant poète nunc cetuos, nunc equos: vnde Claudianus: Dixit, & extemplo frondosa fertur ab Alpe Trans pelagus: cetui currum subière iugales: cetuos scilicet, aut quod eadem Diana dicatur nemorum præfes, aut eo ænigmatè velocitatem eius indicante, quod planetarū celeritè proprio motu citetur. CYBELE NVMEN HABERE MAR. NYMPH. È NAVIB. ESSE IVS.] Hinc & alicubi Rheca μοσκό, & μοσκό dicitur, vt Diana & Apollo apud Apollon. Hom. ἐπ. ε. De Leucothea: ἡ σφῆν μὲν ἕλω βροτῶν ἀδύναστα, νυδ' ἀλάς ἐν πελάγῳσι θεῶν ἐξέμμορε τιμῆς. Qui verò notant hoc Virgilij figmentum, tanquam hyperbolicum nimis, ne Homero quidem parcere debuissent, qui Phæacum naues intellectu præditas, ipsasque ἀπιδαλίς natare cecinit, lib. εδ. ε. ὁρασε τε τῆ πέμπωσι πτυσόμεναι φρεσὶ νηῆς, ἢ γδ φαίκεσσι κω- ἐρηπτηῆες ἔασιν, οὐδ' ἐπ' ἡ πηδάλῳ ἐπὶ, τὰ τ' ἀλλὰ νηῆς ἔχουσιν, ἀλλ' αὐταὶ ἵπασσι νόηματα καὶ σφῆνας ἀνδρῶν, &c. L. V. STKRANTQVE CHOREIS] ἀμφοῖν χερσίνουσιν, in Epigr. ἐν χερσὶν ἀνδρῶν & apud Hom. ἐδ' ἰνδον, pro eo quod est, vt notat interpretes, κωκλῶσι ἐσπέρωντο & Callim. εἰς ἀρτεμιν, κωκλῶσι δ' αἰ νύμφαι σέ χερσὶν ἐπὶ κωκλῶ- σιν νυμῶν.





πάντων ἀγίων & II. λ. ἀνέρες ἐς φιλίαι, μῆσαι δὲ δούειδ' ἀλλήεις. Vt autem hic Maro coniugis admonet, ita II. λ. sub persona Achillis, ἐπειθ' ὅς τις ἀγαθὸς κ' ἐχέσθων τῶν αὐτῶν φιλέει, κ' κίβηθ'.

Interea Æneas focios de puppibus altis  
Pontibus exponit. multi feruare recursus  
Languentis pelagi, & breuibus se credere saltu.  
290 Per remos alij. speculatus littora Tarchon,  
Qua vada non sperat, nec fracta remurmurat vnda,  
Sed mare inoffensum crescenti allabitur æstu,  
Aduertit subito proras, fociosque precatur.  
Nunc ô lecta manus validis incumbite remis:  
295 Tollite, ferte rates, inimicam findite rostris  
Hanc terram, fulcumque sibi premat ipsa carina.  
Frangere nec tali puppes ratione recuso,  
Arrepta tellure semel. Quæ talia postquam  
Effatus Tarchon, focij confurgere tonlis,  
300 Spumantesque rates aruis inferre Latinis,  
Donec rostra tenent ficcum, & sedere carinæ  
Omnes innocuæ, sed non puppis tua Tarchon:  
Namque inflicta vadis dorso dum pendet iniquo,  
Anceps, sustentata diu, fluctusque fatigat,  
305 Soluitur, atque viros mediis exponit in vndis:  
Fragmina remorum quos, & fluitantia transtra  
Impediunt, retrahitque pedes simul vnda relabens.

PONTIBVS EXPONIT] ἄντικαρον, & ἀντιβάδρα, scala nautica, quos hic pontes Maro. VALIDIS INCUMBITE REMIS] Hom. ἀπὸ χειρῶν ἐρέτωσιν, & ἐμβάλλετε κώπαις. ROSTRA TENENT SICCVM] Suprà Georg. etiam substituit, In sicco ludunt fulicæ. Ea forma qua ξηρῶ τὸ νότον Græci in re maxima opponunt. Hom. Od. δ. ἴ. λ. δ' ἐν νότῳ τῶν γ' ὀρμίστων, ἐν δ' ἴκταν αὐτοί. & Od. ε. μέγα κῆμα ποτὶ ξερὸν ἠπέροιο. SEDERE CARINÆ OMNES INNOCVÆ] Eadem forma & Tacit. lib. 2. Ann. de classe in Germanos à Germanico structa: aliæ breuēs angusta puppi, proraque, & lato vtero, quo facilius fluctus toleraret, quædā planæ carinis, vt sine noxa siderent: ybi obseruanda videtur acceptio dictionis innocuæ in partē passiuā. DORSO DVM PENDET INIQUO.] Alludit Maro ad Græcorū ῥαχίον, quæ est vt Etymol. πτερῶδης τόπος ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῆς ῥαχίον, κ' δ' ἀλλήλων, κ' δ' ἀλλήλων ἀρῶν, ὅθεν τὸ νότον ὁσώδες ῥαχίς καλεῖται, ὡς ἀπὸ τῆς ῥαχίος τ' ἴσθρας. Interpr. Thucydidis: Vide Eustath. in ῥαχίος ἀέρας. SOLVITVR] ἐκλύειθ' ; vt rimosa & dehiscētia nauigia Aristot. πολ. ζ. ἐκλελυμένα πλοῖα — κ' τὰ βῆσι ποταμῶν ἐκλελυμένα, κ' πλοτηρῶν τετυρηκότα φάλλων, ἐδ' ἐ τὰς μίτρας διώουθ' φέρει ἀμύρτιας.

Nec Turnum segnis retinet mora: sed rapit acer  
Totam aciem in Teucros, & contra in littore sistit.  
310 Signa canunt. primus turmas inuasit agrestes  
Æneas, omen pugnae, strauitque Latinos,  
Occiso Therone, virum qui maximus vltro  
Æneam petit: huic gladio perque area scuta,  
Per tunicam squallentem auro latus haurit apertum.  
315 Inde Lycam ferit, exectum iam matre perempta,  
Et tibi Phœbe sacrum, casus euadere ferri  
Cui licuit paruo. nec longè Cissea durum,  
Immanemque Gyam, sternentes agmina claua,  
Deiecit letho: nihil illos Herculis arma,  
320 Nil validæ iuuere manus, genitorque Melampus;  
Alcidæ comes, vsque graues dum terra labores

Præbuit.

Præbuit. ecce Pharon, voces dum iactat inertes  
Intorquens iaculum clamantis sistit in ore.

LATVS HAVRIT APERTVM] Eadem vi & significatiōe vitur saepe Homerus τὸ ἀφύσσειν. Vide illum locū, inimicus hauserit ensis. EXECVTVM MATRE PEREMPTA] Plin. lib. 7. cap. 9. Primus ex Cæsarum familia à cæso matris vtero dictus: qua de causâ & Cæsones dicti: quâuis alij Cæsares ab elephâto cæso deducât, quod Cæsar Punica lingua elephantum significet. STERNENTES AGMINA CLAVA] Ex II. ο. τὸν ἐπιπλασθὲν κερῶν ἄνδρες κελήσπον — ἀλλὰ σιδιρῆν κορυήν ῥήγνυσαι φάλαγγας: κορυμοφόροις & κορυμήταις Græci. NIHIL ILLOS HERC. AR. NIL VAL. IUVVERE MANVS] Frequens apud Hom. ἡ χερσὶ σπῆσσε σκῆπτρον, ὄππια, κίβηται, & huiusmodi.

Tu quoque flauentem prima lanugine malas  
325 Dum sequeris Clytium infelix, noua gaudia, Cydon,  
Dardania stratus dextra, securus amorum,  
Qui iuuenum tibi semper erant, miserande iaceres,  
B Ni fratrum stipata cohors foret obuia, Phorci  
Progenies: septem numero, septenaque tela  
330 Coniiciunt. partim galea, clypeoque resultant  
Irrita: deflexit partim stringentia corpus  
Alma Venus. fidum Æneas affatur Achaten.  
Suggere tela mihi (non vllum dextera frustra  
Torserit in Rutulos) steterunt quæ in corpore Graiūm  
335 Iliacis campis. tum magnam corripit hastam:  
Et iacit. illa volans clypei transuerberat æra  
Mæonis, & thoraca simul cum pectore rumpit.  
Huic frater subit Alcanor, fratremque ruentem  
Sustentat dextra: traiecto missa lacerto  
C 340 Protinus hasta fugit, seruatque cruenta tenorem:  
Dexteraque ex humero neruis moribunda pependit.

LANVGINE MALAS] Lucret. 5. Iuuentas Occipit, & prima vestit lanugine malas. Notat autem Cydonem ὅς ἐστὶ παιδικὰ κ' ἠδονὰς καταφέρει. CLYPEOQVE RESVLTANT IRRITA] Apollon. lib. 4. ἀλλοτ' ἀκακὴν ῥαεσθῆ ἀμμοῦσος ὡς τὸ παλιντυπῆς. & Hom. II. ε. χερσὶς ἀπὸ σπιθαμῆς ἀλίου τῆς ἠσσαι ἀκοντα. DEFLEXIT PARTIM STRINGENTIA CORPVS] II. ε. ἀλλ' ὄγε τὸ δ' αἰὼστε, παρέσθηεν γ' ἀπὸ λων supra, Detorsit Saturnia. Vt autem hic deflexit, Eurip. κέρμ. καὶ κενὰ, auertere mala. NON VLLVM DEXTERA FRVSTRA] Calab. I. οὐδέ οἱ αἰχμῶν μακροτέρων ποτ' ἴδωνεν. TRAIECTO MIS. LAC. PROT. HAS. FVG. SER. CR. TEN.] Talis ἐστὶν ἔργα telique tenor ab Hom. II. ν. describitur: κ' δ' ἀλλοτ' ὁδ' ἰδὸν βέλ. σ. πῆτετ', ἐδ' ἀπολήγει, ὅππιν χερσὶς ἀνδρομέοιο διελέθειεν.

Tum Numitor, iaculo fratris de corpore raptο  
Æneam petiit. sed non & figere contra  
Est licitum, magnique femur perstrinxit Achata:  
D 345 Hic Curibus, fidens primæuo corpore, Lausus  
Aduenit, & rigida Dryopen ferit eminus hasta,  
Sub mentum grauiter pressa, pariterque loquentis  
Vocem, animamque rapit traiecto gutture. at ille  
Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem.  
350 Tres quoque Threicios Boreæ de gente suprema,  
Et tres, quos Idas pater, & patria Ismara mittit,  
Per varios sternit casus. occurrit Halefus,  
Auruncæque manus: subit & Neptunia proles  
Insignis Messapus equis. expellere tendunt  
355 Nunchi, nunc illi. certatur limine in ipso

Ausonia.





οὐδέ οἱ ἀλλοῖ ἐστὶ πόνον αἰπὺν ἵνα χρεώσαντα δαίξῃ. Finem autem huius comparisonis mutuatus videtur Calab. ex 5. Æn. Maronis in ludis funebribus & æquoralibus. Indicavit & Thoriis mihilo-cum Metamorph. Ouid. lib. 6. qui huic Calabri & Virgilij mirè responder, vbi de lingua præfecta Philomela à Tereo agitur — forcipe linguam Abstulit ense ferox: radix micat vltima linguæ, Ipsa tacet, terra que tremens immurmurat atra, Vt que salire solet mutilata cauda colubra, Palpitat, & moriens dominæ vestigia querit. Aristoteles autem in lib. 2. docet in perfectis animalibus abscissas partes micare quidem & motari aliquantisper, sed non viuere separatas, aut perdurare, vt in stirpibus & insectis, quibus negat ita ineffe vnitam animam vt perfectis animalibus, sed ea imperfecta vna quidem actu prædita anima videri, at pluribus potestate, cum connexa insecta multa in vno videantur, & stirpes item multiples simul compacti: perfectorum verò decisas partes tam exiguum præ se ferre & ostendere sensum, vt animale tantum retinere affectionem, non animam videantur. τὰ αἰεταὶ γὰρ, inquit, σωματικῶτα τὸ τοῦ πάθος ἔσθ' ζώων, διὰ τὸ ἔχει τὴν οὐσαν ἀνεξέσθ' ὡς ἐνδέχεται, ἡ δὲ μὴ μὴ ἀδύνατον ἔστιν ἐν αὐτοῖς διακεῖσθαι, ὅτι ἔχει πᾶσι τοῖς ἰσχυροῦσι πᾶσι τὸν ἑαυτοῦ ἕνα ἕνα ἀδύνατον ποιεῖται κίνησιν, ὅσον χελώνας, τῆς καρδίας ἀφρημένους.

Arcadas accensos monitu, & præclara tuentes  
Facta viri, mistus dolor, & pudor armat in hostes.  
Tum Pallas biugis fugientem Rhœtea præter  
400 Traicit. hoc spatium, tantumque moræ fuit illo,  
Illo namque procul validam direxerat hastam:  
Quam medius Rhœteus intercipit, optime Teuthra  
Te fugiens, fratremque Tyren: curruque volutus  
Cædit semianimis Rutulorum calcibus arua.  
405 Ac velut optato ventis æstate coortis  
Disperfa immittit syluis incendia pastor:  
Correptis subito mediis extenditur vna  
Horrida per latos acies Vulcania campos:  
Ille sedens victor flammæ despectat ouantes.  
410 Non aliter socium virtus coit omnis in vnum:  
Teque iuuat Palla. sed bellis acer Halesus  
Tendit in aduersos: seque in sua colligit arma.

MISTVS DOLOR ET PVDOR] Calab. v. οἱ αἰδώς καὶ χόλος ἀμφοτέρωθεν. AC VELVT OPTATO VENT. ÆST. COORTIS] Hom. Il. λ. 5. δ' ὅτε πῶς αἰθρῶν ἐν ἀξέσθ' ἔμπροσθεν ὕλη, πᾶσι τ' εἰλυφῶν ἀνεμῶ φέροι, οἱ δὲ τε θαμνοὶ κορφήζοι πίπτουσιν ἐπεγυμένους πυρὸς ὄρη. & Il. v. 5. ἀναμωμάει βαδίζ' ἄγχι στασιδῆς πύργου, ἔπειτα ἀζάλοιο βαδίζα δὲ καίε' ὕλην, πᾶσι τ' δὲ κλονέων ἀνεμῶ φλόγα εἰλυφάζει. Suprà, voluit incendia. Aristot. lib. Meteor. i. reddens rationem cometæ consistentiæ, οὐρανὸς εἰς τὴν ἀρχὴν ἀνεμῶ φλόγα καὶ πᾶσι τ' αἰεταὶ δαλδὸν, ἢ πυρὸς ἀρχὴν ἐμβάλοιο μικρῶν, φαίνε' ἢ ὁμοίαν καὶ ἢ τ' ἀστρον διαδρομῆν πούττω, ταχὺ γὰρ διὰ τὴν ἀστρον τὸ ἀνεμῶ φλόγα. & c. CORREPTIS SVBITO MEDIIS] τοῖς ἀδύνατον ἐκτείνουσι. Eustath. in illud Homeri δαίε οἱ ἐν κόρυθος, Il. ε. χροῖστος δὲ εἰς τὸ κατανοήσασθαι τὸ τῶν διομήδους πύργου, καὶ αὐτοῦσιν ἡμῶν ἀπὸ πύργου τῶν περιέειν ἔφκει ὁ ἀνδραπῶν ἐξ ἀπὸντι πάντα τὰ ἀδύνατον. ACIES VVLCANIA] Calab. lib. i. κατ' ἐδαφὴν μέγα ἠφάιστος φλόξ ὄλοι.

Hic maetat Ladona, Pheretaque, Demodocumque:  
Strymonio dextram fulgenti diripit ense  
415 Elatam in iugulum: saxo ferit ora Thoantis:  
Ossaque dispergit cerebro permista cruento.  
Fata canens syluis genitor celarat Halesum,  
Vt senior letho canentia lumina soluit:  
Iniecere manum Parca: telisque sacrarunt  
420 Euandri: quem sic Pallas petit antè precatus.  
Da nunc Tybri pater ferro, quod missile libro,  
Fortunam, atque viam duri per pectus Halesi.  
Hæc arma, exuiasque viri tua quercus habebit.

Audit

Audiit illa deus. dum texit Imaona Halesus,  
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.

OSSA QVE DISPERSG. CEREBRO] Hom. Il. δ. ἀλλὰ δὲ αὐτῆς ἦλθε καὶ ὄσσεος, ἐγκέφαλον ἢ ἐν δὲ ἀπὸ πᾶσι πᾶσι ἀλάστο. INIECERE MANVM] Sic Epig. 3. ἦσαν ὁ πάντων ἀρκατικῆς αἰδῆς ἐκ δὲ χεῖρας βαλεῖ.

At non cæde viri tanta perterrita Lausus  
Pars ingens belli finit agmina. primus Abantem  
Oppositum interimit, pugnae nodumque, moramque.  
Sternitur Arcadiæ proles, sternuntur Hetrusci,  
430 Et vos ô Graiis imperdita corpora Teucrici.  
Agmina concurrunt ducibusque, & viribus æquis  
Extremi addentant acies: nec turba moueri  
Tela, manusque finit. hinc Pallas instat, & vrget,  
Hinc contra Lausus: nec multum discrepat ætas:  
435 Egregij forma, sed queis fortuna negarat  
In patriam reditus. ipsos concurrere passus  
Haud tamen inter se magni regnator Olympi.  
Mox illos sua fata manent maiore sub hoste.  
Interea foror alma monet succurrere Lauso  
440 Turnum: qui volucris curru medium secat agmen.  
Vt vidit socios: tempus desistere pugna,  
Solus ego in Pallanta feror, soli mihi Pallas  
Debetur: cuperem ipse pater spectator adesset.  
Hæc ait: & focij cesserunt æquore iusso.  
445 At Rutulum abscessu, iuuenis, tum iusta superba  
Miratus, stupet in Turno: corpusque per ingens  
Lumina voluit: obitque truci procul omnia visu:  
Talibus & dictis it contra dicta tyranni.  
Aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis,  
450 Aut letho insigni: forti pater æquus utriusque est.

QVEIS FORTVNA NEGARAT, IN PATRIAM REDITVS] Horat. Epod. vnde tibi reditum certo substamine Parca Rupere, nec mater domum Carula te reueher. Alludens μεταφορικῶς quàm Maro ad nettrices. Et Hom. Od. 3. θεός δ' ἀπαίνουτο νόστον. MOX ILLOS SV A FATA MANENT] Eurip. in Rhed. ἔσται γὰρ αὐτῶν θάνατος ἐξ ἀλλοῦ χρεός. & Od. σ. ἀλλ' οὐδ' ὡς φύγε κῆρυξ πέδιπτος δὲ ἢ πῶν ἀδύνατον παραμάχου ἔσθ' ἔργου ἴσθι δαμνύει. & Il. ο. ἦ δὲ οἱ ἐπ' ὄρνυε μύρσημον ἠμῶν παλλὰς ἀδύνατον ἔσθ' ἀπὸ πᾶσι πᾶσι ἀλάστο. Orph. Argon. πῶ δ' ἀπὸ μύρσημον ἦεν ὄφ' ἠεραλίη δαμνύει.

Tolle minas. fatus medium procedit in æquor.  
Frigidus Arcadibus coit in præcordia sanguis:  
Defiluit Turnus biugis: pedes apparat ire  
Comminus. vtque leo, specula cum vidit ab alta  
455 Stare procul campis meditantem prælia taurum,  
Aduolat: haud alia est Turni venientis imago.  
Hunc vbi contiguum missæ fore credidit hastæ,  
Ire prior Pallas, si qua fors adiuet ausum  
Viribus imparibus: magnumque ita ad æthera fatur.  
460 Per patris hospitium, & mentas, quas aduena adisti,  
Te precor Alcide, coeptis ingentibus adsis:  
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta,

Victo-

Victoremque ferant morientia lumina Turni.
Audiit Alcides iuuenem, magnumque sub imo
Corde premit gemitum, lacrymasque effudit inanes.

HUNC VBI CONTIGVVM MISSÆ] Sophocl. in Tyr. ξύμμιξος... Hanc mensam hospitem Græci poëtae...
MAG. SVB IMO] Hom. Il. πόνθε ἰδὼν ἐλέησε κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω...

Tum genitor natum dictis affatur amicis.
Stat sua cuique dies: breue & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ: sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus. Troiæ sub mœnibus altis
Tot nati cecidere deùm: quin occidit vnâ
Sarpedon mea progenies: etiam sua Turnum
Fata vocant, metasque dati peruenit ad æui.
Sic ait: atque oculos Rutulorum reicit aruis,
At Pallas magnis emittit viribus hastam,
Vaginaque caua fulgentem diripit ensẽm.
Illa volans, humeri surgunt qua tegmina summa,
Incidit, atque viam clypei molita per oras,
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
Hic Turnus ferro præfixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit, atque ita fatur.

QUIN OCCIDIT VNA SARPEDON MEA PROG.] Tale quid Epigr. lib. 2. τί φθιμένος...
SARPEDONIS AUTÉ MEMINIT HOM. II. ε. τληπόλειον...
MARTEM SOLATUR DE CADE PENTHESEÆ FILIA, exemplo Iouis liberorum, qui ne fati quidem legibus eximerentur...
VICIUS CECIDIT DEUM CANIT, docet in eandem sententiã Plutarch. εν τρισημ. φρ. απολλ. breuis vita spatium heroibus à Poëtis assignari, his verbis: το γδ κελόν εν εν μήκει χείνου θετόον, ἀλλ' εν ἀρετή, εν τῆ κηρίρ συμ...

Aspice num magè sit nostrum penetrabile telum.
Dixerat, ac clypeum, tot ferri terga, tot æris
Cum pellis toties obeat circumdata tauri,
Vibranti cuspis medium transfuerberat ictu:
Loricæque moras, & pectus perforat ingens.
Ille rapit calidum frustra de vulnere telum:
Vna, eademque via sanguisque, animusque sequuntur.
Corruit in vulnus: sonitum super arma dedere:
Et terram hostilem moriens petit ore cruento.

490 Quem

Quem Turnus super assistens, sic ore profatur.
Arcades hæc, inquit, memores mea dicta referte
Euandro: qualem meruit, Pallanta remitto.
Quisquis honos tumuli, quicquid solamen humandi est,
Largior: haud illi stabunt Æneia paruo
Hospitia: & læuo pressit pede, talia fatus.
Exanimum, rapiens immania pondera balthei,
Impressumque nefas. vna sub nocte iugali
Cæsa manus iuuenum fœdè, thalamiq̄ue cruenti.
Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro.
Quo nunc Turnus ouat spolio, gaudetque potitus.

PENETRABILE TELVM] Actiue, vt Georg. frigus penetrabile. VIBRANTI ICTV] Vt supra, linguis vibrantibus, & gladio vibranti. MEDIUM TRANSVERBERAT ICTV] Hom. ερε μέσον ἦλασε διάμπερες. VNA, EADEMQUE VIA] Hic eadem est moduli ratio, quæ inferius lib. 12. Vno, eodemque tulit partu, figura, quæ συλλήθης dicitur. QUANTUM AD SENTENTIAM VERSUS, videtur conuenire illud Hom. Il. ε. ψυχὴ δὲ κατ' οὐρανὸν ἔειπεν ὅτι τειλέω ἔαυτ' ἐπερμύεντι. CORRVIT IN VULNVS] Lucr. 4. Namque omnes plerumque cadunt in vulnus, & illam Emicat in partem sanguis, vnde icimur ictu. ET LÆVO PRESSIT PEDE] Hom. Il. v. δὲ λαξ εν εὐθεσι βαίνων τ' ἀγρότ' ἔχουαξ' & Il. π. λαξ περὶ γάλας. RAPIENS IMMANIA POND. BAL. IMPR. NEFAS] Homer imitatione, qui Od. a. cælaturam baltei Herculis describit his versibus: σμερδαλέος δὲ οἱ ἀμφὶ ἀείσει εὐθεσι βαίνων ἀγροτ' ἔχουαξ' ἕτα δὲ σκελετὰ ἐργα τέτυκτο, ἄριστοι τ' ἀγρότεροί τε σίδερος, χαροποί τε λίοντες, ὑσμίναι τε μάχης, πόνος τ' ἀνδροκυστία τε, μὴ τεχνισάμενος, μὴ δ' ἄλλο τι τεχνιάταυτο, ὡς κείνον τελευτήσας ἔγχετο τέρχην. Hom. quoque Il. κ. insignitum Agamemnonis refert balteum: τῆς δ' ἐξ ἀργύρεος τελευτῶν ἔω, αὐτὰρ ἐπ' αὐτοῦ κούρεος ἐλέειστο δράκων, κατὰ δ' οἱ ἦσαν βεῖς ἀμειστέρεις ἐνὸς ἀνθρώπου ἀπποφυγαί. Quantum autem ad Grammaticam rationem pertinet, ego poëticum compendium & breuitatem obseruavi, quæ non vult omnino γραμματικῆς ἀνάγκης coërceri, cùm dicat Maro rapuisse Turnum immania pondera baltei, Impressumque nefas, vna sub nocte iugali Cæsa manus iuuenum fœdè, thalamiq̄ue cruenti, vt aliquid omnino suppleendum videatur pro canonibus præceptisque grammaticæ. A fabula autem hic memorata pendet paræmia, Vnæ Belidum, quam & respexit illo Lucret. laticem pertusum congerere in vas. VNA SUB NOCTE IUGALI] Tale quid apud Orph. Argon. ἐκλυτῆρας, αἰ γδ δὲν ἀσπαστο συμεύοις σέησιν ἀταδαιλίσην. QVO NUNC TURNVS OVAT SPOLIO] Sic Hom. Il. σ. τὰ μ' ἀφ' ἑσθλοῦ ἐκπορ' αὐτὸς ἐχρον ἀμειων ἀγρόλλε, οὐδ' ἐ ἐφίμει θρηῶν ἐπαγλαυεῖς, ἐπὶ φόνου ἐγγύθην αὐτοῦ.

Nescia mens hominum fati, fortisque futurae,
Et seruare modum rebus sublata secundis.
Turno tempus erit, magno cum optauerit emptum
Intactum Pallanta; & cum spolia ista, diemque
Oderit. at focij multo gemitu, lachrymisque
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor, atque decus magnum rediture parenti,
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert,
Cum tamen ingentes Rutulorum linguis aceruos.
Nec iam fama mali tanti, sed certior auctor
Aduolat Æneæ, tenui discrimine lethi
Esse suos, tempus versis succurrere Teucris.

NESCIA MENS HOMINVM FATI] Sunt apud Hom. Od. σ. versus parænetici in hanc sententiam. ἔδεν ἀκιδνότερον γαῖα γένοιτο ἀνθρώπινο, πάντων ὅσα τε γαῖαν ἀπαιτεῖτε καὶ ἔρπει, ἐδὲ γὰρ ποτε φησὶ κελὸν πείσει ὁπίσσω, ὅτε ἀρετῶν παρὲς χωρὶς θεοῦ, καὶ γυνάσθ' ἐράσει ἀλλ' ὅτε καὶ - λυγρὰ θεοὶ μάχης τελεστοσὶ καὶ τὰ θορὶ σφραζόμενος τετλήσει π θυμῷ. τοῖσ' οὖ γδ νόσθ' ὅταν ὁπληθονίαν ἀνθρώπων, οἷον ἐτ' ἤμῃ, ἀγνοῖ πατὴρ ἀνθρώπων θεοῦντα. Proprius autem ad hunc Maronis locum accedit ille Hom. Il. ε. vbi agitur de Hectore Patrocli arma inducente: ὁ δ' εἰλ' ἔδ' ἐ π τοῖ θάνατ' οὐκ ἐπ' ἀνδρὶ σὺ δὲ δὴ τοῖ κελόν ὄσσι, σὺ δ' ἀμύροτα τ' ἀδρα δ' ὠεις ἀνδρὶ ἀείσει. Tale est epiphonema apud Tryphiodorum: χέτλιον ἀσπαστῶν μερόπων γυῖο, οἷον ὀμύχλι ἀπασσοῦ ἑωμμένον, κενέρο δ' ἔσπο χάρματι πολλῷ πολλακῆς ἀγνώστουσι πειρησιαιόντες ἀέθρο. TURNO TEM- PVS ERIT CVM] Sic & Græci χρονον ἔσσει ὅτε. Plato in Alcib. α. ἀρ' ἀ νύμ' πυργένεις ὅπης ἀμειον, ἔω χρονον ὅτε οὐχ ἡρόσ εἰδέναι. IMPOSITVM SCVTO REFER.] Epig. lib. 3. ἐπ' ἀπὼ οὐκ ἔλυσεν ἀπποιο.

DECVS

DECVS REDITVRE PARENTI] Vt fuprà, decus addite diuis. HÆC TE PRIMA DIES BELLO, &c.] Sophocl. in Tyrano. &c. Calab. lib. I. λυγρὰ δὲ μιν ἀγρυπνοῦσαν κίχης...

- 315 Proxima quæque metit gladio, latumque per agmen Ardens limitem agit ferro, te Turne superbum Cæde noua quærens: Pallas, Euander, in ipsis...

PROXIMA QUÆQUE METIT] Imitatione Homeri Calab. à melle ducit comparationem ad res bellicas lib. 3. &c. Scilicet & Grammatici πάλαιον, οἰοῦναι πολυάκων. ducunt ἀπὸ τῆς τῶν ἀδελφῶν, ἢ τῶν ἀδελφῶν, ἢ ἀδελφῶν. QUATTUOR HIC IUVENES] Suprà in eum locum, numero deus impare gaudet, docuimus quæ ad numeri imparis efficaciam pertinere videbantur. Certum est autem poëtas, cum de inferiis, aut sacris manibus soluendis faciendisue agitur, numerum parem vsurpare, vt fuprà; Hic duo ritè mero libans carchesia Baccho Fundit humi, duo lacte nouo, duo sanguine sacro: &c. QUATTUOR HIC PRIMUM nigrantes terga iuuenos. VIVENTES RAP. INFER. QVOS IMM. VMBRIS] Vide illud libro sequente, Vinxerat & post terga manus: & Hom. ἑνὸς δὲ καὶ λέξαστο κούροισι, ποικίλῃ περὶ δόλοιο μενοπιῶν δαίνοντο. SUPERVOLAT HASTA] Hom. II. v. τὸ δ' ἐπέπλητο χάλκεον ἔγχυον. PER PATR. MAN. ET SP. SVRG. IVLI] Nimirum apud Hom. II. ω. Mercurius admonet Priamum ad Achil em aditurum, λέγει γὰρ τα πλοῖον, καὶ μιν ἀπὸ τῆς πατρὸς, καὶ μητρός, ἢ κούροισι λίσσεται. TE PRECOR HANC AN. SER. NATOQVE, PATRIQVE] Totus hic locus est ab imitatione Hom. ζῶρεαι ἀβέσθη, σὺ δ' ἀξίαι δέξαι ἀπεινα, πολλὰ δ' ἐν ἀπηνάχῳ δόμισι κειμήλια κεί, χαλκός τε, χρυσός τε, πολύκιμτος τε σίδηρον. & II. κ. ζῶρεαι τ' αὐτὰρ ἔγῳν ἐμὲ λίσσεται, ἔστι δ' ἔνδον χαλκός τε χρυσός τε, πολύκιμτος τε σίδηρον. ἢ γὰρ ὑμῖν χάρις αὐτοῦ πατρὸς ἀπείσει ἀπεινα, εἴπην ἐμὲ ζῶντι πατὺ δούτ' ἐστὶ νηυσὶν ἀχαιῶν.

- 335 Argenti atque auri memoras quæ multa talenta, Gnatis parce tuis. belli commercia Turnus Sustulit ista prior, iam tum Pallante perempto, Hoc patris Anchisæ manes, hoc sentit Iulus. Sic fatus, galeam læua tenet: atque reflexa Ceruice orantis capulo tenus abdidit enssem. Nec procul Æmonides Phœbi, Triuiaque sacerdos, Infula cui sacra redimibat tempora vitta, Totus collucens veste, atque insignibus armis: 540 Quem congressus agit campo: lapsumque superstans Immolat, ingenti que umbra tegit: arma Serestus

Lecta

- Lecta refert humeris, tibi rex Gradiue trophæum. Instaurant acies Vulcani stirpe creatus Cæculus, & veniens Marforum montibus Vmbro. 545 Dardanides contrâ furit: Anxuris ense sinistram, Et totum clypei ferro deiecerat orbem. Dixerat ille aliquid magnum, vimque affore verbo Crediderat, cæloque animum fortasse ferebat, Canitiemque sibi, & longos promiserat annos. 550 Tarquitus exultans contrâ fulgentibus armis, Syluicolæ Fauno Dryope quem nymphea crearat, Obuius ardenti sese obtulit: ille reducta Loricam, clypei que ingens onus impedit hasta.

B GNATIS PARCE TUIS] Parcere talenta, vt Terent. quod comparfit: ita & sub accusand casu Lucr. 6. Cur telum perpetiuntur Obundi, cur ipse finit, nec parcit in hostes. Et Proper. Iupiter ignosco pristina furta tua, pro furtis. BELLI COMMERCIA TURNVS SVSTVLIT ISTA PRIOR] Sententia huius loci ex illo Hom. ἄρην γὰρ πᾶσι βροτοῖσι δῆλασεν μάστιγον ἢ μὲν, πόρρον τὶ μοι ποφιδέσθαι εἰσφραεὶ φίλτερον ἦεν, βῶαν γὰρ πολλοὺς ζῶους ἔλον, ἢ δ' ἐπέεσσα, καὶ δ' ἕκ ἐστὶν ὅππῃ δάνατον φύγη. Pari forma & Tacit. lib. Ann. 19. Vitellio rescriptum, Sabini cæde, & incendio Capitolij, dirempta belli cōmercia. DIXERAT ILLE ALIQUID MAGNUM, VIMQUE AFFORE VERBO, &c.] Vt ille aliquid magnum, sic Sophocles sub persona Aiæ de se arroganter prædicantis. ἐκείν' ἀνδρα μὴ τὸνδε δῖος ἔπειθε μέγα, οἷον ἔπειθε σαρπηδάδην. & Plato in Gorg. ἐλάθειρον ὅτι μέγα, καὶ ἰκανὸν μὴ ποτε φθιέσθαι. Soluit autem Maro Græcorum τὸ μεγαλοφρονεῖν, vnde & magniloquentia, μεγαλοφροῦς, & μεγαλόφρονος. Videtur autem hic locus prima facie apertus, sed arcebo, attentoque lectori frigere & languere obuia apparentesque sententia videri potest, vt non temerè in cōiecturæ huius occasionem delapsus sum, fortasse legendum, Dixerat ille aliquid magicum, vt innuat poëta, amuletis quibusdam, futuris que magicis, & superstitiosis consecrationibus sese aduersus vulnera, fatumque veteres loricasse & munivisse, quo audentiùs pericula subirent: quemadmodum ex illo, Nondum illi flauum Proserpina vertice cinem Abstulerat. & ex Euripide docuimus, suffragante etiam illo de augure, Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictu, vt poëta more suo vanæ illi religioni insultare voluisse videatur, non repugnante item diuinationi nostræ elementorum inter magnum & magicum affinitate & concordia, hæc que verborum in hoc contextu consequentia, vimque, affore verbo, hoc est, carmini magico, Crediderat, Canitiemque sibi, &c. sustinebit tamen assensionem beneuolus lector, etiã si viro, Phæbo, Æsculapioque amicissimo Thorio mea cōiectura non displiceat, tum ob superiores rationes, tum versuum illorum concentum, quos mihi ad firmandam meam sententiam ex Statij Thebaid. lib. 9. exhibuit de Parthenopæo: primum que leues furata sagittas Audacis tergo pueri, caelestibus implet Coryton telis, quorum sine sanguine nullum Decidit: ambrosio tunc spargit mēbra liquore, Spargit equis, ne quo temeretur vulnerere corpus Ante necem, cantusque sacros, & conscia miscet Murtura, secretis quæ Colchidas ipsa sub antris Nocte docet, monstratque feras quarantibus herbas: Tunc verò exerto circumuolat igneus arcu, Nec se mente regit, patriæ, matrisque, sui que Immemor, & nimium caelestibus vitur armis. TOTVS COLLUCENS VESTE, ATQVE IN SIGNIBVS ARMIS] II. κ. de Hectorē, πᾶσι δ' ἄρα χαλκῷ λάμψ' ὄστε σερροπή.

- 555 Tum caput orantis nequicquam, & multa parantis Dicere, deturbat terræ: truncumque repente Prouoluens, super hæc inimico pectore fatur. Istic nunc metuende iace: non te optima mater Condet humi, patrioue onerabit membra sepulcro: Alitibus linquere feris: aut gurgite mersum 560 Vnda feret: piscesque impasti vulnera lambent. Protinus Anthemum & Lycam, prima agmina Turni, Persequitur, fortemque Numam, fuluūque Camertem Magnanimo Volscente fatum, ditissimus agri Qui fuit Aufonidum, & tacitis regnauit Amyclis. 565 Ægeon qualis, centum cui brachia dicunt, Centenasque manus, quinquaginta oribus ignem,



Pectoribusque arsisse, Iouis cum fulmina contra  
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.

TVM CAPVT ORANTIS NEQVICQVAM, &c.] Hom. II. δ μὲν μιν ἐμείλας ἠρώου χειρὶ παρῆναι...  
καὶ ἐμείλας ἠρώου...  
ISTIC VNVC METVENDE IACE; NON TE OPT. MAT. &c.] Ex Hom.  
ἐταυτοῖσι νῦν κείσσι μετ' ἰχθύων' & II. λ. εἴησε τέλει...  
πρότινα μήτηρ ὅσπερ κεν δαρήσσοι δαυόντι...  
κῆρον ἀργεῖα δὴ μὲν & Soph. in Aiace, ἰσοδῶ...  
ἰάμαδον ἐκβεβλημῖν...  
δε' & pōst pauld, κείσο νῦν ἐν κρήσι κωιδῶν βόσι, ἢ δ' οἰωνῶν δειλαίω. TACIUS A MYCLIS] Huius epitheti rationem vide apud Seru. Græcis est prouerbum, τὰς ἀνύκλας ἢ σὴν ἀπώλεσιν ad quod Silius allusit, quasque euertere silentia, Amyclæ: & Camill. Sic Amyclæ, dum tacebant, perdidit silentium. ἌΓΡΟΝ QVAVIS, CENTVM CVI BRACHIA DICVNT] Agron Poëtis ἐκπέρι...  
χρησῶ, & ἐκπεριτέλει de quo, vt supra, Hom. II. α. δὲν βερέων...  
Hic Hesiodo ἐρεῖε ἢ γῆς, aliis γῆς ἢ πάντων filius: pro eodem Typhoëa, & Typhonem videntur poëta usurpare. Æsch. in Prom. πῶν γηρῶν τε κλιμῶν οὐκίποσιν ἀντῶν ἰδὼν φάτιες δ' αἰὼν τέρας ἐξαπταυκέρων...  
Ode 3. & 8. Pyth. πολυκάρονον. Briarei quoque mentionem facit Plato lib. Leg. ζ. γηρῶν δέ γε εἰ τις φύσιν ἔχων, ἢ τὴν βερέων εὐοῖτο ταῖς ἐκπῶν χερσὶν ἐκπῶν βέλην ῥίπῃεν...  
CONTRA TOT PARIB. STREP. CLYPEIS, &c.] Tale est prorsus illud in Cyclope sub persona Polyphemi ad Vlyssē, ἐκπῶν γάλακτος ἀυρορέα, πέπλον κρούω, διδς βροντῶσιν εἰς ἑὸν κτυπῶν...  
σαλμωνδῆς, βροντῶσιν διδς ἀντιμῶν' & sub persona Strepsiadæ in Nub. Ἀχιλλοφ. ἐκλωμαι ἀνταπαρῶσιν...  
ἀπὸς τὰς βροντῶσιν.

570 Sic toto Æneas defauit in æquore victor,  
Vt semel intepuit mucro: quin ecce Nyphæi  
Quadriuges in equos, aduersaque pectora tendit,  
At iue illi longè gradientem, & dira frementem  
Vt vidère, metu versis, retroque ruentes  
Effundunt que ducem, rapiuntque ad littora currus.  
575 Interea biugis infert se Lucagus albis.  
In medios, fraterque Liger: sed frater habenis  
Flectit equos: strictum rotat acer Lucagus ensē.  
Haud tulit Æneas tanto feruore furentes.  
Irruit: aduersaque ingens apparuit hasta.  
580 Cui Liger.  
Non Diomedis equos, non currum cernis Achillis.  
Aut Phrygiæ campos: nunc belli finis, & xui  
His dabitur terris.

METV VERSI, RETROQUE RVENTES] ἄλογγον, παλίνροσιν, ἀπὸ τρεπῶν Hom. II. ο. ἀπὸ τῶν...  
δὲ οἱ ἴπποι, κείν' ὄρεα προτρέοντες & II. σ. πανούργον δὲ μῶνον χεῖρ' ἴπποι ἀλογγὸν...  
INTEREA BIUGIS, &c.] II. λ. ἢ δ' ὄσπερ ἀμῶσιν ἢ γῆσιν ἀμῶσιν ἐν ἐνὶ δίφρῳ ἔονται, ἢ δὲ νῦν ἰπὸν...  
NON DIOMEDIS EQVOS, NON CVRRVM, &c.] Quod ad amolendam obiectionis huius & conuicij inuidiam pertineat, nihil reperitur apud Homerum, præter quàm quod, cum communi & sociato Marte Pandarus & Æneas aduersus Diomedem contenderent, Pandarusque ab hoste esset interfectus, & iam solus sustinēdo prælio Æneas accingeretur, mentionem aliquam facit poëta turbatorum equorum: ἀμῶσιν ἢ οἱ ἴπποι ἀλόγοντες... quamuis pōst pauld ereptū à mare Apollineque Æneā Diomedī canat ipse Hom. infra illud, vanæ vertère ex hostibus vmbrae, ad opprobrium ingestum tenuandum, aut diluendum pertinet.

Vefano talia latè  
Dicta volant Ligeri: sed non & Troiūs heros  
585 Dicta parat contra: iaculum nam torquet in hostem:  
Lucagus vt pronus pendens in verbera telo  
Admonuit biugos, proiecto dum pede læuo

Aprat

Aptat se pugnæ, subit oras hasta per imas  
Fulgentis clypei, tum læuum perforat inguen.  
590 Excussus curru moribundus voluitur atuis.  
Quem pius Æneas dictis affatur amaris.  
Lucage nulla tuos currus fuga segnīs equorum  
Prodidit, aut vanæ vertère ex hostibus vmbrae:  
Ipse rotis saliens iuga deseris. hæc ita fatus  
595 Arripuit biugos. frater tendebat inermes  
Infelix palmas, curru delapsus eodem.  
Per te, per qui te talem genuère parentes,  
Vir Troiane, sine hanc animam, & miserere precantis.  
Pluribus oranti Æneas: haud talia dudum  
600 Dicta dabas: morere, & fratrem ne deserere frater.

PRONVS PENDENS IN VERBERA] Suprà Georg. pronique in verbera pendent. Vt autem telo Admon. biug. sic & Plato in Phædro: ὁ δὲ οὐτε κέντησαν...  
VANÆ VERTERE EX HOSTIBVS VMBRÆ] Hoc pauidorum equorum vitium ab vmbra & Galli suo idiomate deducunt, vmbraeux: vnde & paræmia in meticulosos conuenit: suam ipsius vmbra metueret. Quod vitium arte in Bucephalo euicisse Alexander memoratur. FRATREM NE DESERE FRATER] Plato 2. de Repub. ἀκούω, λέω δ' ἐγὼ τὸ λέγειν ὁμοῖον ἀδελφὸς ἀπὸ τῆς πατρῴης.

Tum, latebras animæ, pectus mucrone recludit.  
Talia per campos edebat funera ductor  
Dardanius, torrentis aquæ, vel turbinis atri  
More furens. Tandem erumpunt, & castra relinquunt,  
605 Ascanius puer, & nequicquam obsessa iuuentus.  
Iunonem interea compellat Iupiter vltro,  
O germana mihi, atque eadem gratissima coniux,  
Vt rebare, Venus (nec te sententia fallit)  
Troianas sustentat opes, non viuuda bello  
610 Dextra viris, animusque ferox, patiensque pericli.  
Cui Iuno summissa. Quid ὁ pulcherrime coniux  
Sollicitas ægram, & tua tristitia dicta timentem?  
Si mihi, quæ quondam fuerat, quamque esse decebat,  
Vis in amore foret, non hoc mihi namque negares  
615 Omnipotens, quin & pugnæ subducere Turnum,  
Et Dauno possem incolumem seruare parenti.  
Nunc pereat, Teucrisque pio det sanguine pœnas.  
Ille tamen nostra deducit origine nomen:  
Pilumnusque illi quartus pater, & tua larga  
620 Sæpe manu, multisque oneravit limina donis.  
Cui rex ætherei breuiter sic fatur olympi.  
Si mora præsentis lethi, tempusque caduco  
Oratur iuueni, meque hoc ita ponere sentis:  
Tolle fuga Turnum, atque instantibus eripe fatis:  
625 Hactenus indulgisse vacat. sin altior istis  
Sub precibus venia vlla latet, totumque moueri,  
Mutariue putas bellum, spes pacis inanes.

TVM LATEBRAS ANIMÆ PECTVS] Ex Aristotelis doctrina, qui potissimas animæ facultates in corde ponit. SI MIHI QVÆ QV. FV. QV. ES. DEC. VIS IN AM.] Etia si Solon vim vehementissimam à voluptate affert, & coacta iudicabit, quæ per amoris illecebras extorquetur: hic ta-

hic tamen *visu* *οὐρανῶν* accipio, & *δωκεῖν ἐρωτησίων*, *ὃ βίαν*, poetam ratus prima omina, temporaque conflati inter Iouem & Iunonē amoris respicere, cum def. armatus in auem Iupiter forori obrepisse dictus est. NON HOC MIHI NAMQUE NEGARES OMNIPOTENS] *Οmnipotens* hic ad nominandi casum refero, non vocandi, hoc est, *παντοδύναμος* ὄν, vt loco intelligamus poetam infistere Rhetorico *ἢ διωκτῶ* vt supra: *Æole*, namque tibi diuūm pater atque hominum rex Et mulcere dedit, &c. & alibi: Nate, mea vires, mea magna potentia solus: & 7. Tu potes vnanimes armare, &c. SI MORA PRÆS. LEHY, TEMP. CAD.] Sic Hom. II. 7. inducit Iouem cum Iunone consultantem de proferendis Sarpedoni fati, ei impendente iam Parca. ME QUÆ HOC ITA PONERE SENTIS] Hellenisimū notat, pro facere, vt Hom. *ἄλγε' ἔθηκεν*, *θῆκε*, pul. hrum reddidit, fecit. VENIA VLLA LATET] Veniam hic Seruius beneficium interpretatur speratum à Iunone, vt supra haud dubiè venia pro beneficio & gratia accipitur 4. Æn. Extremam hanc oro veniā, miserere fororis, Quam mihi cum dederis, &c. SPES PASCIS INANES] Inuēsa videtur hæc sententia, & diuersa ab ea Euripidis in Phœniss. *αἰ δ' ἐλπίζεις βροχουσι πυλάδας ὡς λόγῳ* nam, *Spes pascis inanes*, pro eo esse videtur, quod est, spe pascere inani: vt Eurip. in Bacch. *ἔδ' ἠλπίδ' ἠμῶν, ἔλπιον δ' ἔβλεπτο* nisi fortè hic locus illi Æschyli in Agam. respondeat, *οἷδ' ἐγὼ ὀφροντας ἀνδρας ἐλπίδας στυμμένους*. Quas autem hic *spes inanes*, sæpe Græci *κενάς*, & *ἀφράντους ἐλπίδας* dicunt.

Cui Iuno illacrymans. Quid, si, quod voce grauaris,  
 630 Nunc manet in fontem grauis exitus, aut ego veri  
 Vana feror: quod vt o potius formidine falsa  
 Ludar, & in melius tua, qui potes, orsa reflectas:  
 Hæc vbi dicta dedit, cælo se protinus alto  
 Misit, agens hyemem nimbo succincta per auras:  
 635 Iliacamque aciem, & Laurentia castra petiuit.  
 Tum Dea nube caua tenuem sine viribus vmbra  
 In faciem Æneæ (visu mirabile monstrum)  
 Dardaniis ornat telis, clypeumque, iubasque  
 Diuini assimilat capitis: dat inania verba:  
 640 Dat sine mente sonum, gressusque effingit euntis:  
 Morte obita, quales fama est volitare figuras:  
 Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.

ET IN MELIUS TVA, QUI POTES, ORSA REFLECTAS] Vide superiorem illum locum, Consilia in melius referet. IN FACIEM ÆNEÆ] Ex II. *ε. αὐτὰρ ὃ εἰδὼλον τῶν ἀργυροτάτων ἠπλόων, αὐτὸ τ' ἀνείκα ἠέλειον ὑπὸ γόμφισι ποῖον*. DIVINI ASSIMILAT] *ἡμοῖ, εἰμῶζει*. DAT INANIA VERBA, DAT S. M. SON.] Hoc est, *τὰ λογιεῖν ἢ ῥήματα ἢ σονὰς*, scilicet futilia vocabula. Vnde & *λογοειδία*. vitium in poemate, quando nihil doctrinæ in se solida habet, sed nugax est & futile: & *λογοειδής*, sermonem, orationemque referens & simulans tantum, cum nullius sit significationis. MORTE OBITA] Lucr. lib. 1. Morte obita quorum tellus amplectitur ossa. VOLITARE FIGURAS] Lucret. 5. Cum sæpe figuras contuimur miras — Aut vmbra inter viuos volitare. A VT QUÆ SOP. DEL. SOMNIA SENS.] Hom. Od. ο. *τά τε φρένας ἠσροπδεῖ*. Physicè autem poeta locutus videtur cum vigilæ sit sensuum vsus. Vide Arist. De som. & vig. & Plutarch. in Plac. ph. an somnus & infomnia sunt animi & sensuum.

At primas læta ante acies exultat imago:  
 Irritatque virum telis, & voce laceffit.  
 645 Instat cui Turnus, stridentemque eminus hastam  
 Coniicit. illa dato vertit vestigia tergo.  
 Tum verò Ænean auersum vt cedere Turnus  
 Credidit, atque animo spem turbidus hausit inanem:  
 Quò fugis Ænea? thalamos ne desere pactos:  
 650 Hac dabitur dextra tellus quæ sita per vndas.  
 Talia vociferans sequitur, strictumque coruscet  
 Mucronem: nec ferre videt sua gaudia ventos.  
 Fortè raris celsi coniuncta crepidine saxi

Expositis

A  
 655 Expofitis stabat scalis, & ponte parato,  
 Qua rex Clusinis aduectus Ofinius oris.  
 Huc sese trepida Æneæ fugientis imago  
 Coniicit in latebras: nec Turnus segnior instat:  
 Exuperatque moras, & pontes transilit altos.  
 Vix proram attigerat, rumpit Saturnia funem:  
 660 Auulsamque rapit reuoluta per æquora nauem.  
 Illum autem Æneas absentem in prælia poscit:  
 Obuia multa virum demittit corpora morti.

AT PRIMAS LÆ. ANTE AC. EXVL. IMAGO, &c.] Aristot. Meteor. 3. *αἰὲρ γὰρ εἰδωλὸν ἐδίδκεν ἀεὶ ἔξωθεν βαδίζοντι αὐτῷ, ἐξ ἐναντίας βλέπων αὐτὸν* de quodam, qui tam infirmo esset visu, vt propinquus aër illi pro speculo esse, & suam ipsi imaginem semper repræsentare videretur. VERTIT VESTIGIA] Metaphoricè Æschylus, *ἵχνη τοῦ σπρόδου οὐ διασφραζομενός*. TVM VERO ÆN. AVER. VBT CED. TVR. CREDIDIT] II. *ε. κτωρ δ' ὡς ἐνόησ' ἀγαμέμνονα νόστοι κλοντα*. CONIUNCTA CREPIDINE SAXI] *κρηπίδα* etiam Græci dicunt basin & fundamentum. Quamuis autem Latina quantitas dissideat à Græca, à Musæo tamen eadem significatione dictum videtur, *ἄρα κρηπίδα δὲ πύργου ἀρπυζόμενον ἀπλάθειον ὄτ' ἔδρακε νεκρὸν ἀποίτω*.

Tunc leuis haud vltra latebras iam quærit imago:  
 Sed sublimè volans nubi se immiscuit atræ:  
 665 Cùm Turnum medio intereā fert æquore turbo.  
 Respicit ignarus rerum, ingratusque salutis:  
 Et duplices cum voce manus ad sidera tendit.  
 Omnipotens genitor, tanton' me crimine dignum  
 Duxisti? & tales voluisti expendere pœnas?  
 670 Quò feror? vnde abij? quæ me fuga, quémue reducet?  
 Laurentesne iterum muros, aut castra videbo?  
 Quid manus illa virum, qui me, meaque arma secuti?  
 Quosque (nefas) omnes infanda in morte reliqui?  
 Et nunc palantes video, gemitumque cadentum  
 675 Accipio? quid agam? aut quæ iam satis ima dehiscat  
 Terra mihi? vos o potius miserescite venti:  
 In rupes, in saxa, (volens vos Turnus adoro)  
 Fertè ratem, sæuisque vadis immittite Syrtis:  
 Quò neque me Rutuli, neque conscia fama sequatur.  
 680 Hæc memorans, animo nunc huc, nunc fluctuat illuc:  
 An sese mucrone ob tantum dedecus amens  
 Induat, & erudum per costas exigat enses:  
 Fluctibus an iaciat mediis, & littora mando  
 Curua petat, Teucrūmque iterum se reddat in arma.  
 685 Ter conatus vtramque viam, ter maxima Iuno  
 Continuit, iuuenemque animo miserata repressit.

AN SESE MUCR. OB TAN. DEDECVS AM. INDVAT] Vide num ea forma Virg. *mucrone sese induat*, dixerit, quo Hom. *ἔδ' ἡ μὲγα κρονίδης ἀπὸ ἐνέδουσε ἔκαρτε* quamuis non in comode ἐνέδουσε legant: vt infra: in que ligatus, & Lucr. ætérno deuinctus vulnere amoris. Tamen non solum Homeri protographa ἐνέδουσε habent, sed & exemplaria quoque Plutarchi in lib. *ἀπὸ ἐδου.* citantis auctorem Homerum eo loco, *αἰ δὲ πρὸ πειθῶν φωνὰν ἀπὸς τῶν κελῶν δὲ ἐν ἐνέδου ἀντιμῆτρως οδοσ,* *ἔδ' ἡ μὲγα κρονίδης*, &c. TER CONATVS VTRAMQUE VIAM, TER. MAX. IVNO] Sic & supra: Bis conatus erat casus effingere in auro, Bis patriæ cecidère manus.

Labitur alta secans, fluctuque, æstuque secundo,  
 Et patris antiquam Dauni defertur ad urbem.

At Io.





Apolog. Plato sub persona Socratis: το δὲ δὴ μὲν ποτόν ἐπιθυμῶν ἕμιν χρησιμὸν ἦσαι, ὃ κῆρτα φησὶ μνησθῆναι, ἢ ἄ  
750 ἢ δὲ ἐμὴν ἐπιθυμίαν ἐν ᾧ μάλα ἀνθρώποι χρησιμὸν εἶναι, ὅταν μέλλουσιν ἀποθανεῖν. NVNC MORERE, AT  
DE ME D. P. — EDVX. CORP. TELVM] Exll. χ. τέθνεσθι, κῆρτα δ' ἔργα τὸτε δέξομαι ἐπὶ πότε κεν δὴ  
ζῶς ἐδέξῃ τελέσασθαι, ἢ δ' ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι. ἢ ῥε, ἢ ἐν νεκροῖο ἐρύσαστο χαλκίον ἐργον. & Il. π. ἐν χροῶς εἶλεε δ' ἄρ' ἔ  
& Calab. εἶδ' ἄν — ἔλεγε ἐξείρουσιν ἀναλθῆσθαι. & rursus: ἐν χροῶς ἀρπάξαι δ' ἄρ' ἔλεγε μείλιον. & Eurip. in An-  
drom. sub persona Menelai Andromachæ iurganti mortem minantis: ὅταν τὰ δ' ἢ, τὸτ' οἴσμεν, σὲ δὲ  
κτενῶν. & apud Calab. lib. 6. Machaoni iam deficienti, femianimi que, propinquum fatum percussori  
Eurypylo, comminanti & prædicenti Eurypylos ipse respōdet superbe. νῦν γὰρ δὲ σὺ κείσο χρεῖ χροῶς,  
ἀντὶ ἀρ' ἐργον ὕπερον ἐκ ἀλέγῃ, ἢ εἰ κῆρτα ποσὴν ὀλεσθῆσθαι σήμερον ἡμετέροισι πέλει λυγρῶς. FERREVS VRGET  
SOMNVS] Hom. supra, χαλκίον ὕπνον. & Epig. lib. 5. ἐργον κωνσταντίνε, τί χαλκίον ὕπνον ἰαυῖς; sic & κα-  
μάσθ Sophocli in Elect. pro interire, & δ' ἐν Æschylo in Eum. & Plutarch. πάλιν τὴν περ ἐπὶ θάνατον  
ἐπὶ χαλκίον ὕπνον, τὴν ἀναμνηστὴν ἡμᾶς διδάξαι περὶ ὧν ὕπνον, aliorum, quàm hîc poëta, ferrum fomni re-  
ferens. Vt autem hîc Maro aternam noctem, Catul. Nox est perpetuò vna dormienda; Horat. Ergo  
Quintiliium perpetuus sopor Vrget.

Cædicus Alcathoum obruncat, Sacrator Hydaspem,  
Partheniumque Rapo, & prædurum viribus Orfen,  
Messapus Cloniumque, Lycaoniumque Ericaten,  
750 Illum infrenis equi lapsu tellure iacentem,  
Hunc peditem pedes. & Lycius procefferat Agis:  
Quem tamen haud expers Valerus virtutis aitæ  
Deiicit, Atronium Salius, Saliūque Nealces  
Insignis iaculo, & longè fallente sagitta.  
755 Iam grauis æquabat luctus, & mutua Mauors  
Funera: cedebant pariter, pariterque ruebant  
Victores, victique: neque his fuga nota, nec illis.  
Dij Iouis in tectis iram miserantur inanem  
Amborum, & tantos mortalibus esse labores.  
760 Hinc Venus, hinc contra spectat Saturnia Iuno.  
Pallida Tiphone media inter millia sæuit.  
At verò ingentem quatiens Mezentius hastam  
Turbidus ingreditur campo. quàm magna Orion,  
Cum pedes incedit medij per maxima Nerei  
765 Stagna viam scindens, humero supereminet vndas:  
Aut summis referens annosam montibus ornum,  
Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.

INFRENIS EQVI] ἴσπασθαι ἀχάλισθαι, ἀχάλισθαι, effrenis: supra infrenare currus alia signifi-  
catione dixit. IAM GRAVIS ÆQVABAT LVCTVS, &c.] Eurip. lib. 8. ἀγῶν ἰσθόροσθαι. Hom. Il.  
3. ἔνδε δ' ἐμὲ οἰμωγῆ τε ἢ διχῶσθαι πέλον ἀνδρῶν δαλῶτων ἢ δαλῶμένων. Et Eurip. in Suppl. σιωπῶσαν ἀχάλισθαι, ἢ  
κράτου, ἡσυχῶν τε ἰδὲν. ἐκτενον, δουτένοντο, ἢ παρηγῶν κελ δασιδὸν ἀλλήλοισι. Sophocli. in Antig. κτανόντας  
τε ἢ δυνόντας βλέποντες ἐμφυλίοις. Calab. 8. μάχη δ' ἔχεν ἴσα τέλειαντα. QVAM MAG. ORION, CVM  
PED. INC. MED. P. MAX. NER. STAGNA] Ex Homero, qui Orionem ceteros magnitudine  
gigantas superasse narrat: τὰς δὲ μυκίσους ἀρῆψε ζείδωροσθαι ἀρουσθαι, ἢ πολὺ κελ κλίσους μὲν γὰρ κλυτὸν ἀρίονα. præter  
autem id quod à Seruio traditū est, sunt qui, vt docet Turnebus, Orioni à patre Neptuno datum  
dicant, vt super mare ambularet, vt Iphiclo super aristas segetes, ac super mare eū prædicat ad Vul-  
canum in Lemnum ab OEnopione cæcatum venisse, auctor Theon in Aratum & Higinius. Idem  
Turnebus, supposita ea fabula, tribuit licentiæ, & nugandi poëtis vsurpatæ facultati, quòd Orion  
hîc in vadum à Marone pedibus descendisse canatur, non autem suspensis per æquor plantis viam  
tenuisse. Stagna autem Nerei more Græcorum appellasse videtur, quòd Physici, atque adeò Aristot.  
mare non enumerent inter ῥυτὰ ὕδατα, sed contendunt non suo & proprio motu fluere, & refluxere,  
sed causâ motus partim ducta à lunæ natura, cuius est humidum excitare, partim à terrarum angu-  
stia & coërcitione, aliisque fluminibus mare ipsum influentibus, aut per alia maria tandè in Ocea-  
num definentibus. Sanè & Græci poëta sæpe Oceanum λίμνην vocitant, sæpe Homerus: & Eurip.  
in Hipp. ἴνα δ' ἰπποτομέδων πορφυρέας λίμνης, ναύταις ἐν ἐπ' ἐδδὸν νέμει. & Callimachus in Delo: χροσθῆ δ' ἰππο-  
χέουσαι πανήμεροσθαι ἔρρεε λίμνη. vbi interpretes λίμνη ἢ θάλασσα, διὰ τὸ περὶ ἕσθαι γένει κύκλω τὴν ὕψην, ἢ λίμνη τις ἐν  
θῆλῳ ἀπειροφίς. & Arist. Meteor. α. λίμνη ἐν de mari: ὅπου γὰρ ἐξ ὀδουμένη ὕδατ' ἰπποτομέδων ἀπὸ ἀπὸ  
ἐπιπέδου

Ἐμὴν ποίην ἀναγκάων, ὅπου ἢ τοῖς ῥόδοισι πηλοῦσιν ἐξήραίνετο παροχρυσμένη, πάλιν ἐν παρθαλίμνῳσιν. Ma-  
ximè autem affini est cognatione cum hoc loco ille Apollonida Epig. de vrinatore, τῆρ' ὀλεσθῆσθαι  
ἀσπλάσας τενάροσθαι vbi τῆρ' ὀλεσθῆσθαι τενάροσθαι, que hîc Nerei sagitta.

Talis se vastis infert Mezentius armis.  
Huic contra Æneas, speculatus in agmine longo,  
770 Obuius ire parat: manet imperterritus ille,  
Hostem magnanimum opperiens, & mole sua stat:  
Atque oculis spatium emensus, quantum fatis hastæ,  
Dextra mihi deus, & telum, quod missile libro,  
Nunc adsint: voueo prædonis corpore raptis  
775 Indutum spoliis, ipsum te Lausè trophæum  
Æneæ. dixit, stridentemque eminus hastam  
Iecit: at illa volans clypeo est excussa, proculque  
Egregium Anthorem latus inter, & ilia figit:  
Herculis Anthorem comitem, qui missus ab Argis  
780 Hæserat Euandro, atque Itala confederat vrbe.  
Sternitur infelix alieno vulnere, cælumque  
Aspicit, & dulces moriens reminiscitur Argos.

ATQUE OCVLIS SPATIUM EM. QVANT. SATIS HASTÆ] Suprà: Contiguum missæ  
fore creditur hastæ: & Sophocli. ἐξ ὀμῆσθαι βάλαν. DEXTRA MIHI DEVS] Perstat in instituto  
suo poëta, qui deorum induxit contemptorem Mezentium, alluditque ad gigantum immanitatē,  
quorum nonnulli, vt liquet ex Homero, & poëtis, per hastam, tanquam numen, iurabant, camq;  
obnoxii, hospitibus que adorandam obtrudebant: vnde in prouerbiū abiisse docet interpres Apol-  
lonij τὸ χροῶς δ' ἄρ' ἔργον, quòd hastam venerandam proponeret, illique ipse sacrificaret.

Tum pius Æneas hastam iacit: illa per orbem  
Ære cauum triplici, per linea terga, tribusque  
785 Transiit intextum tauris opus, imaque sedit  
Inguine, sed vires haud protulit. ocyus ensē  
Æneas viso Tyrrheni sanguine lætus  
Eripit à femore, & trepidanti feruidus instat.  
Ingemuit cari grauitè genitoris amore,  
790 Vt vidit, Lausus, lacrymæque per ora volutæ.  
Hîc mortis duræ casum, tuaque optima facta,  
Si qua fidem tanto est operi latura vetustas,  
Non equidem, nec te iuuenis memorande filebo.  
Ille pedem referens, & inutilis, inque ligatus  
795 Cedebat, clypeoque inimicum haltile trahebat:  
Proripuit iuuenis, seseque immiscuit armis:  
Iamque a surgentis dextræ, plagamque ferentis  
Æneæ subiit mucronem, ipsumque morando  
Sustinuit. focij magno clamore sequuntur,  
800 Dum genitor nati parma protectus abiret.

ILLA PER ORB. ÆRE CA. TRIPL. PER LIN. TER. TRIB. TRANS. &c.] Hom. ἀλλὰ  
δύο γὰρ ἔλασσε διὰ πύργου, αἱ δ' ἐπὶ πρῶτῃ ἴσταν, ἐπὶ σέντε πύργου ἴλασσε κυλλοσιδίων, τὰς δύο χαλκίαις, δύο δ' ἐν-  
δοτι κωνστέροιο, τὴν δ' ἴμιν χροσθῆν, τῆρ' ἔργον χαλκίον ἐργον. Vt autē tribus tauris intextum opus, Calab. 3.  
πολυβέβαιαν ἀσπίδα vocat. ENSEM-ERIPIT A FEMORE] Ex Hom. Il. π. σπασάμενοσθαι τινύπνεις ἀορ  
παχέσθαι κῆρτα, μνησθῆσθαι ἀξίας. HIC MORTIS DVRE CASVM] Tale patri ab Antilocho filio in vitæ  
discrimine præstitum officiū memorat Xenoph. in lib. De venatione: ἀντίλοχοσθαι ἢ τὴν πρῶτὸν ἀσπίδα  
δανῶν, πρῶτῃσθαι ἐν δολοῖσθαι, ὥστε μόνον φιλοπάτωσθαι τοῖς ἔλλησιν ἀναγορεθῆσθαι: eiusdem meminit &  
Pind. 6. Pyth. ἐργῶσθαι τὴν σφῆτερον ἀντίλοχοσθαι βιατάσθαι νόμιμα τοῦτο φέρων, ὅσ' ἀσπίδα πρῶτῃσθαι. IAM QVÆ AS-  
SYRGEN.



Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen,  
 Pulsus ob inuidiam folio, sceptrisque paternis.  
 Debueram patriæ pœnas, odiisque meorum:  
 Omnes per mortes animam fontem ipse dedissem.  
 855 Nunc viuo: neque adhuc homines, lucemque relinquo:  
 Sed linquam. simul hæc dicens, attollit in ægrum  
 Se femur, & quanquam vis alto vulnere tardat,  
 Haud deiectus equum duci iubet. hoc decus illi,  
 Hoc solamen erat: bellis hoc victor abibat  
 860 Omnibus. alloquitur mœrentem, & talibus infit.  
 Rhœbe diu (res si qua diu mortalibus vlla est)  
 Viximus: aut hodie victor spolia illa cruenta,  
 Et caput Aeneæ referes, Lausi que dolorum  
 Vltor eris mecum: aut, aperit si nulla viam vis,  
 865 Occumbes pariter: neque enim fortissime credo  
 Iussa aliena pati, & dominos dignabere Teucros.

TANTANE METEN. VIV. NAT. VOLVPTAS] Tangit vitium quod Græci εἰλοχίαν vocant, & φιλοσίαν, vitæ retinendæ mollem & turpem cupiditatem. Suprà: quæ lucis miseris tam dira cupido? BELLIS HOC VICTOR ABIBAT] De bellatore equo Callim. in Cerere, ἡ τὸν ἀεθλοφόρον, ἡ τὸν πολέμιον ἵππον. ALLOQUITVR MOERENTEM] Hæc animalia creditit Homerus fata dominorum præsentire, & suo mœrore malum portendere & significare: τὸν δ' ἀρ' ἑσὸ ζυγίου σπερσέτη πτόδιαι αἰολοῖ ἵπποῖσι ζύνθου, ἀφορ δ' ἡμυσσε κερύαπ, πᾶσαι δὲ χαίτη ζυγίαι, &c. AVT HODIE VICT. SP. IL. CR. ET CAP. AEN. REF.] Ex Il. ε. εἰ κεν ἐγὼ κεφαλῶν τε πτεῖω, ἡ τὸν δὲ ἐνείκας. NEQUE ENIM FORTISS. CREDO IVSSA ALIENA PATI, &c.] Alludit ad illos Hom. versus lib. ε. de equis Achillis: θείεις ἀνύχτα δῶκον ἵπποις αἰανίδα δαίφρον, οἱ δ' ἀλεγεινοὶ ἀνδράσι γε θυμῷται δαίμωναι, ἡ δ' ἀχέεσσι, ἀλλὰ γ' ἡ ἀχλὺς, τὸν ἀθανάτη τέκε μήτις.

Dixit, & exceptus tergo consueta locauit  
 Membra: manusque ambas iaculis oneravit acutis,  
 Aere caput fulgens, cristaque hirsutus equina.  
 870 Sic cursum in medios rapidus dedit, æstuat ingens  
 Imo in corde pudor, mistoque infania luctu,  
 Et furis agitatus amor, & conscia virtus:  
 Atque hic Aeneam magna ter voce vocauit.  
 Aeneas agnouit eum, latusque precatur.  
 875 Sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo.  
 Incipias conferre manum.  
 Tantum effatus, & infesta subit obuius hasta.

CRISTAQUE HIRSVTVS EQVINA] Theocr. εἰδ. 15. ἵππῶ εἰσι ἡ κέρυ σκεπάσαν ἔθειρα & Hom. Il. ζ. χαλκὸν τ' ἰδὲ λάβρον ἵππο γαίτω & Il. γ. κέρυθου λάβρον ἵπποδυσείης & Epig. lib. 6. ἡ κέρυ ἵππῶ εἰσι εἰρήνη δασυμομένω. Sophocl. in Antig. ἵπποκόμοις κέρυθαι vocat: & Od. χ. κερύτι τ' ἐπ' ἱφθίμῳ κωίλῳ εὐτυκτον ἔθικεν ἵππουσιν, hoc est, ἐξ ἵππῶ εἰσι πειγῶν τὸν λάβρον ἔχουσαν. ET FVRIIS AGIT. AM. ET CONSC. VIRTVS] Ita & ab Euripide ἀρετῇ θυμωδῆς, & in Epig. dicta est.

Ille autem, quid me erepto sæuissime nato  
 Terres? hæc via sola fuit, qua perdere posses:  
 880 Nec mortem horremus, nec diuim parcimus vlli.  
 Desine: iam venio moriturus, & hæc tibi porto  
 Dona prius. dixit: telumque intorsit in hostem:  
 Inde aliud super, atque aliud figitque, volatque  
 Ingenti gyro: sed sustinet aureus umbo.  
 885 Ter circum astantem læuos equitavit in orbes,

Tela

Tela manu iaciens: ter secum Troius heros  
 Immanem arato circumfert tegmine syluam.  
 Indè vbi tot traxisse moras, tot spicula tædet  
 Vellere, & vrgetur pugna congressus iniqua:  
 890 Multa mouens animo, iam tandem erumpit, & inter  
 Bellatoris equi caua tempora coniicit hastam:  
 Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras  
 Verberat, effusumque equitem super ipse secutus  
 Implicat: eiecctoque incumbit cernuus armo.

NEC MORTEM HORREMVS, NEC DI. PAR. VLLI] Tale quid Od. 1. ε. δ' ἐν ἐγὼ θῆδε ἡρῶ ἀλδόμενον περιδοίμεν. INGENTI GYRO] σφαιρηδόν, ἐπιμεδόν. INDE ALIVD SV.P. ATQVE AL.] Ex Callim. in Apoll. ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ βόλλων ἀκωὸν οἶσόν Calab. 6. ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ ἰὸν σφαιραλλε. INTER BELLATORIS EQ. CA. TEMP. CON. HAST. TOLL. SE ARR. QVADR.] Non ab simile illud Hom. Il. ε. ἵπποῖσι ἐτείρετο τὸν βέλεον ἱφθίμου ἀλέξανδρου ἐλένης πῖσις ἠυκόμοιο, ἀμφὶ κερύαπ πτόδιαι αἰολοῖ τὰι σφῆσι τῆσσι ἵππων κερύαπ ἐμπερῶσαι, μάλιστα ἡ κέρυθον βέν, ἀλγῆσας δ' ἀνέπαπτο, βέλθ' δ' εἰς ἐγὼ κέρυθον δ. δ. TOLLIT SE ARR. QVADR.] ἀνέστη. INCVMBIT CERNVVS ARMO] Cernuum Seruius in eam partem, qua cernimus, prolapsum interpretatur. Certè constat ex Varrone cernuare esse titubare, & lubrico solo & vestigio lapsari, & in prouum & decliue ire, quod Græcis ἀποκλιέζου dicitur, genus Iudi exprimentibus, de quo suprà eo loco, vnctos salière per vtres. Didici autem ex Turribi quoque Aduersariis, Cernuum calcementi esse genus apud Festum, quod versus ille Lucilij respicere possit: Cernuus extemplò plantas conuectit honestas: quem foccum nonnulli sine solo litigulatum interpretantur: ad quem tu videris an cernuare genus referre possit, & originem indè traxerit. Idem Turnebus admonet, in antiquo lexico cernuum & cernulum exponi petauit, & cernuare πετυρίζεσθαι.

895 Clamore incendunt cælum Troësque, Latini que:  
 Aduolat Aeneas, vaginæque eripit ensem:  
 Et super hæc: vbi nunc Mezentius acer? & illa  
 Effera vis animi? contra Tyrrhenus, vt auras  
 Suspiciens hausit cælum, mentemque recepit.  
 900 Hostis amare, quid increpitas, mortemque minaris?  
 Nullum in cæde nefas: nec sic ad prælia veni:  
 Nec tecum meus hæc pepigit mihi fœdera Lausus.  
 Vnum hoc per (si qua est victis venia hostibus) oro:  
 Corpus humo patiare tegi. scio acerba meorum  
 905 Circumstare odia: hunc oro defende furorém:  
 Et me consortem nati concede sepulcro:  
 Hæc loquitur, iuguloque haud infcius accipit ensem:  
 Vndanti que animam diffundit in arua cruore.

D VBI NVNC MEZENTIVS ACER, ET ILLA EFF. VIS ANIMI] Il. ε. ἔκτορ σὶ δὴ τοι μένος ἄχθῃ, δ' σπῆν ἔχθεσσι, & Il. ν. ἰδόμενος κρητῆρ' βουλιφόρε, πῦ τοι ἀπειλαὶ οἴχον τὰς σφῆσιν ἀπέλειον ἦες ἀχαιῶν, & Epig. 7. πῦ δ' ἰφρύες, ἡ γὰρ ἀεὶ φρονήματα. HAVSIT CÆLV M, MENTEMQVE RECEPIT] Hom. Od. ε. ἀλλ' ὅτε δὴ β' ἀμνηστο ἡ ἐς φέρεα θυμὸς ἐγέρθη qui versus repetitur Il. χ. & Od. ω. VNVM HOC PER, SI QVA EST VICT. VEN. HOST. ORO] Recurre ad superiorem illum locum Aen. 2. Per, si qua est quæ restat adhuc mortalibus vsquam Intemerata fides. CORPVS HVMO PATIARE RE TEGI] Sæpe Sophocl. κρύπτειν & κρύπτεισθαι τάφῳ. ET ME CONSORNA. CONC. SEPVL CRO] Sic quoque Patrocli umbra postulat Il. ε. Ossa sua eadem cum Achille vna componi & condi: μὴ ἡμᾶσάν ἀπ' ἀνδρῶν πηθήμενα δεῖ ἀχλὺν εἶναι.

P. V. M A-





OCEANVM interea surgens Aurora reliquit. Æneas(quanquam & fociis dare tēpus humanis Præcipitant curæ, turbataque funere mens est) Vota deūm primo victor soluebat Eoo. Ingentem quercum decisis vndique ramis Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma,

Mezenti ducis exuuias, tibi magne trophæum Bellipotens: aptat rotantes sanguine cristas, Telaque trunca viri, & bis sex thoraca petium, Perforatumque locis: clypeumque ex ære sinistra Subligat, atque ensē collo suspendit eburnum. Tum focios(namque omnis eum stipata tegebat Turba ducum) sic incipiens hortatur ouantes. Maxima res effecta viri: timor omnis abesto, Quod superest: hæc sunt spolia, & de rege superbo Primitiæ, manibusque meis Mezentius hic est. Nunc iter ad regem nobis, murosque Latinos. Arma parate animis, & spe præsumite bellum. Ne qua mora ignaros, vbi primūm vellere signa Annuerint superi, pubemque educere castris, Impediat, segnesque metu sententia tardet. Interea focios inhumataque corpora terræ Mandemus: qui solus honos Acheronte sub imo est.

OCEANVM INTEREA SVRGENS] Il. η. 41. Οὐρανὸν νεὸν σπασσέσθαι ἀρούρας ἐξ ἀνελκίσσῃ τοῦ βαθυῦρόν ἀεαννοῦ οὐρανὸν εἰσανιόν. MEZENTI DUCIS EXUVIAS, TIBI MAG. TROPH.] Græcorum imitatione, qui statuendis trophæis πανοπλίαν appendebant. Eurip. in Heracl. ἡ δὲ παῖδ' ἰδρὺς ἢ παντοδύναμον ἔχοντα πολέμιον σέθεν vnde & Martem & Iouem τροπαίων habebant, qui & Ἰσοπαύχου, & σκυλοφύρου, feretrius, Iunonem quoque Ἰσοπαύαν. Hic mos ab Italia & Græcia, velut iure gentium, etiam ad Christianos peruasit, vt hostium spolia & exuuias sacris postibus locisque, tanquam victoriam ad numen referentes, appendant. Quam tamen gratitudinem, vt piacularem, respuisse videtur pius philotophus, qui ne mortuum quidem spoliare sustinuit, de Republ. lib. 5. his verbis: ἀνελεῖσθαι τὸν ἐμὸν φίλον χεῖματον, νεκρὸν σὺν αὐτῷ, καὶ γυμνασθεῖς τὴν ἐμὴν μικρὰς διανοίας, πολέμιον νομίζον τὸ σῶμα τὸ τεθνεώτατον, ἀποπλάμνυ τὸ ἐχθροῦ, κελαιπύβου δὲ ἢ ἐπιλέμει, ἢ οἷον τὴν διάφορον ἀρῶν τοὺς πόδες ποιοῦντας ἡδὲ κωμῶν, αἱ τοὺς λήθους, οἷς ἀνβληθῶσι, χαλεπαίνουσι, τὸ βέλλοντα ἢ ἐχθροῦ ἀπὸ μὲναι; — ἐατέον ἀεχθῆς νεκροσουλίας. — οὐδ' ἐμὴν πού σπῆρας τὰ ἱερὰ τὰ ὅπλα οἴσασιν ὡς ἀναθίσσοντες ἄλλως τε καὶ τὰ ἡδὲ ἐλλύων, ἐάν τι ἡμῶν μέλη τῆς σπῆρας τοὺς ἄλλοις ἐλλύων ἐμῶν, μάλλον ἢ ἢ φοβηθῆσθαι μὴ μίσημα ἢ σπῆρας ἱερῶν, τὰ τοιαῦτα ἀπὸ ἡδὲ οὐκ ἐμῶν φέρειν, ἐάν μὴ τι δὴ ὁ θεὸς ἄλλο λέγει. BIS SEX THORACA PETITVM] Cæsar lib. 3. bel. ci. scuto ad eum relato Scævæ centurionis, inuenta sunt in eo foramina ducenta triginta: vt Epig. ἀσπίδα πολύσητον. Seruius notat moris fuisse veteribus, vt interemptos duces omnis vulneraret exercitus, ex illo Homeri de Hectore, ἢ δ' ἀεγ ἔπει ἀνουπητὶ γὰ πύρρον, & proinde à gente Thusca Lucumonibus parente duodenis vulneribus in cadaver Mezentij sæuitum: cui ego sententiæ assentiri non possum, cum ad laudem Mezentij Æneæque pertinuerit, potius viuum pugnantemque Mezentium tot in armis & corpore vulnera accepisse: quæ interpretatio superiori Cæsaris loco conuenire etiam videtur. SPOLIA, ET DE REGE SVPERBO PRIMITIÆ] Acutè vidit Passeratius, Maronem circūto verborum ἀκροθίνια significare, quæ & spolia & frugum primitiās sonant: λέγουσιν autem viuis abstracta: σκῦλα vero & σκυλοδύματα mortuis. TERRÆ MANDEMVS] Suprà 9. Mandet humo solita: auferendi casu. QVI SOLVS HONOS ACHERONTE SVB IMO EST] Sic & Hom. Od. δ. νεμεσώμαι γὰρ εἰ ἐδὲν κλαίειν ὅσας δάμνησι βροτῶν ἢ πτόμων ὀπίσσω, τοῦτο νυ καὶ γέρας οἶον διζυροῖσι βροτῶν, κείσθαι τε κούρω βαλέειν τ' ἀπὸ δ' ἀκρυ παρειῶν & Od. ω. οἶον ἀποκίαντες μέλανα σέρπον ἐξ ἀτελέων κατθέμενοι γράσειν, ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ δυνάτων. Grammatici autem Acherontem ἀπὸ τὸ ἀχρὸν ἴεον deducunt: & Eustathius docet, tres hoc nomine fuisse fluuios, vnum apud Cimmericos, circa Thesprotiam alium, alium & in Al-

A in Alpheum influere: sed & Acherusiam quandam paludem restagnantem prope Siculas Cumas inde & acheroida sterilem arborem populum.

Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere suo, decorate supremis Muneribus, mœstamque Euandri primus ad urbem Mittatur Pallas, quem non virtutis egentem Abstulit atra dies, & funere merfit acerbo. Sic ait illacrymans, recipitque ad limina gressum, Corpus vbi exanimi positum Pallantis Acetes Seruabat senior: qui Parrhasio Euandro Arniger antè fuit, sed non felicibus æquè Tum comes auspiciis caro datus ibat alumno. Circūm omnes famulūmque manus, Troianaque turba, Et mœstæ Iliades crinem de more solutæ. Vt verò Æneas foribus sese intulit altis: Ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt Pectoribus, mœstoque immugit regia luctu.

ITE, AIT] Sic Græci poetæ frequenter, βῆσον ἴδη, singulari. EGREGIAS ANIMAS] Suprà: Egregias animas, & nostrum in nomen ituras: ita & aliàs classici magnas animas. Videtur autem Maro respexisse Homeri ἡρώδης ψυχῆς. Tale quid & Epig. 4. ἀμῶν ἐσπῆσαν ἐπὶ ξυροῦ ἐλλείδα παῶν τῆς ἡμῶν ψυχῆς κείμεθα ἴσοδον quod huic, sanguine nob. hanc patr. pep. suo respondet. QVEM NON VIRT. EGENTEM] Suprà: quem non rationis egentem. CORPVS VBI EXANIMI POS. PALL. ACET. SERVAB. ] Eadem forma, qua supra lib. 2. Sic ὁ sic positum affati discedite corpus: & 4. sic te vt posita crudelis abesse? Vt autem positum, quod in feretro iaceret, ita Proper. de decumbente & sopita Cynthia, Correptum ardore iuberent Hac amor — subiecto positam leniter Centare lacerto. Et Lucret. 3. Post mortem fore vt aut putrescat corpore post: κείμενον Græci dicunt. Apud quos & τῆδε funebre verbū est: vnde & εἴημι τελευτῶντων apud Plat. Pol. 3. CARO ALVMNO] Vide Seru. Sunt qui contendunt, vt τρεῖς ἰσομοῖ Græcis tam nutritorem & nutritium, quam nutritum significat, ita & alumnus Latinis. ET MŒSTÆ IL. CRIN. DE MO. SOL. ] Nempe, vt Sophocles, οἰλοῖσθαι καὶ συμπαιδῆσαι γυνῆ. De more autem non indocti homines reddunt per illud poetis familiare καὶ μόρον, licet καὶ εἰωθῆς aliud videatur.

Ipse caput niuei fultum Pallantis, & ora Vt vidit, læuique patens in pectore vulnus Cuspis Aufoniæ, lacrymis ita fatur obortis. Tene, inquit, miserande puer, cum læta veniret, Invidit fortuna mihi, ne regna videres Nostra, neque ad sedes victor veherere paternas? Non hæc Euandro de te promissa parenti Discedens dederam, cum me complexus euntem Mitteret in magnum imperium, metuensque moneret Acres esse viros, cum dura prælia gente. Et nunc ille quidem spe multum captus inani, Fors & vota facit, cumulatque altaria donis: Nos iuuenem exanimum, & nil iam cælestibus vllis Debentem, vano mœsti comitamur honore. Infelix nati funus crudele videbis. Hi nostri reditus, expectati que triumphi: Hæc mea magna fides. at non Euandre pudendis Vulneribus pulsum aspicias: nec sospite dirum

Optabis

Optabis nato funus pater. hei mihi quantum Præsidium Aufonia, & quantum tu perdis Iule!

LÆVIQVE PATENS IN PECT. VVLNV[S] Sape apud Hom. ἐλατὸν μύκον, & ὠτειλῶν γαίανουσαν legere est. SPE CAPTVS INANI] ἐλεφείρεν, οἰνοὶ ἐλατάρην, apud Hom. ἴραυ δ' ἐλατάρην πα...

- 60 Hæc ubi defleuit, tolli miserabile corpus Imperat, & toto lectos ex agmine mittit Mille viros, qui supremum comitentur honorem: Interfintque patris lacrymis, solatia luctus Exigua ingentis, misero sed debita patri. Haud segnes alij crates, & molle pheretrum 65 Arbutis texunt virgis, & vimine querno: Extructosque toros obtentu frondis inumbrant. Hic iuuenem agresti sublimem in stramine ponunt. Qualem virgineo demessum pollice florem, Seu mollis violæ, feu languentis hyacinthi, 70 Cui neque fulgor adhuc, nec dum sua forma recessit, Non iam mater alit tellus, viresque ministrat.

SOLATIA LVCTVS EXIG. ING. MIS. SED DEB. PATRI] Hic locus videtur quandam habere concentum cum illo Sophoclis, ubi Electra cum sorore agit de honorando & curando patris funere: οὐ τὴν τιμὴν κερταῖς βροσφύρασι...

cebræ dicuntur, ab Adonidis Assyrij adolescentis morte pramatura, quos tamen Eustathius Od. hoc discrimine à Tantalii hortis distinguit. ἰσέον δ' ὡς πολλὴ διαφορὰ κήπου ἀδωνιδῶν...

- 75 Tum geminas vestes, ostroque, auroque rigentes Extulit Æneas, quas illi læta laborum Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido Fecerat, & tenui telas discreuerat auro. Harum vnam iuueni, supremum mœstus honorem, 80 Induit, arsurasque comas obnubit amictu: Multaque præterea Laurentis præmia pugnae Aggerat, & longo prædam iubet ordine duci. Addit equos, & tela, quibus spoliauerat hostem. Vinxerat & post terga manus, quos mitteret umbris Inferias, caeso spatifuros sanguine flammæ: Indutosque iubet truncos hostilibus armis Ipsos ferre duces, inimicaque nomina figi.

IPSA SVIS QVONDAM MANIB. &c.] Suprà: diues quæ mûnera Dido Fecerat. & Hom. Od. 11. οὐκ ἴραυ δ' ἐλατάρην πα... INIMICAQVE NOMINA FIGI] Alludit ad Romanum morem, quo constat in funere imperatorum, nomina sub titulis hostium victorum, & gentium prælata & exhibita fuille: & Tacit. de pompa funebri Augusti: Tunc consultatum de honoribus, ex quibus maximè insignes visî, vt porta triumphali duceretur funus, Gallus Afinius, vt legum latarum tituli, victarum ab eo gentium vocabula anteferrentur.

- 85 Ducitur infelix æuo confectus Acetes, Pectora nunc fœdans pugnis, nunc vnguibus ora: Sternitur & toto proiectus corpore terræ. Ducunt & Rutulo perfusos sanguine currus. Post bellator equus, positus insignibus, Æthon 90 It lacrymans, guttisque humectat grandibus ora. Hastam alij, galeamque ferunt: nam cætera Turnus Victor habet. tum mœsta phalanx, Teucrique sequuntur, Tyrrhenique duces, & versis Arcades armis. Postquam omnis longè comitum processerat ordo,









Iam verò in tectis prædiuitis vrbe Latini
Præcipuus fragor, & longè pars maxima luctus.
215 Hic matres, miseræque nurus, hic cara sororum
Pectora mœrentum, puerique parentibus orbi
Dirum execrantur bellum, Turnique hymenæos:
Ipsum armis, ipsumque iubent decernere ferro,
Qui regnum Italiæ & primos sibi poscat honores.
220 Ingrauat hæc sæuus Drances, solumque vocari
Testatur, solum posci in certamina Turnum.
Multa simul contrâ variis sententia dictis
Pro Turno, & magnum Reginae nomen obumbrat:
Multa virum meritis sustentat fama trophæis.

CONFVSA RVEBANT OSSA] συγχυθέντα & σπασθέντα όσέα ξυμέρρηπον. Hic autem Seruius B
uebant, è cineribus eruebant interpretatur: sed vtemur ipso potiùs Marone sui interprete, qui in
Georg. cumulos ruere atena dixit, pro fusim proticere, & acruatim miscere. HIC CARA SO-
RORVM PECTORA MOERENTVM] Indicat fororù φιλαδέλφια, quam Eurip. sub persona Ele-
ctra & Antigones celebravit: Sophocl. quoque in Antigone. IPSVM QVE IVBENT DECER-
NERE FERRO] Sic & Theocr. in Diolc. νού δ' έρω, κάστω τε διακονάμεθ' άρτι.

225 Hos inter motus medio flagrante tumultu,
Ecce super mœsti magni Diomedis ab vrbe
Legati responsa ferunt, nihil omnibus actum
Tantorum impensis operum, nil dona, nec aurum,
Nec magnas valuisse preces, alia arma Latinis
230 Quærenda, aut pacem Troiano à rege petendum.
Deficit ingenti luctu rex ipse Latinus.
Fatalem Æneam manifesto numine ferri
Admonet ira deûm, tumulique ante ora recentes.
Ergò concilium magnum, primosque suorum
235 Imperio accitos alta intra limina cogit.
Olli conuenère, fluuntque ad regia plenis
Tecta viis. sedet in mediis & maximus æuo,
Et primus sceptris haud læta fronte Latinus.
Atque hic legatos Ætola ex vrbe remissos,
240 Quæ referant, fari iubet, & responsa reposcit
Ordine cuncta suo. tunc facta silentia linguis,
Et Venulus, dicto parens, ita farier infit.

PACEM TROIANO AB REGE PETENDVM] Sic & άντην έρπύλλω Græcis, pax agenda, vt
obseruauit Tusân. in lexico. FLYVNTQVE AD REGIA PL. TECTA' VIIS] θέουσι quoq; Græ-
ci eadem metaphora: & Calab. ό. άντάρ άχαιά ές άργείω έχόντο κλεσαμένω κενελάου. SEDET IN
MED. ET MAX. AVO] Suprà, & Didoni inter suos medium locum dedit, & Ioui in confessu
deorum. De loci autem inter principes viros dignitate vide Plutarch. Symp. α. διατρί στή τό πιν ό κελό-
μην έσαπκός έρω τμυλ, & eundem in Platonicis quaest. περ ένίτις, έσαπκός, & μέσης. FARIER INFIT]
Infir, vox Lucretio familiaris, defectiuum est Festo verbum, quod idem vult esse quod incipit. Sunt
tamen qui non temerè pro inquit accipiant: vt apud Liuium lib. 1. ab vrbe cond. Ibi infit, annum se
tertiuam & nonagesimum agere. Nec est quòd quenquam turbet vox duplicata, & repetita eius-
dem significati, cum Hellenica imitatio sustineri possit, Articis sæpe έφλυ φάναι per pleonasmum ite-
rantibus. Xenoph. Oecon. τη έ γυναικί ήσων τό σώμα διωσάντο προς τούτα φύζας, τεί ένδον. έργα άντη, φά-
νω έση, περιέξαι υαι άνεί ό θεός. Et idem pòst paulò: σμωπανεί έ, έση φάναι, & ό νόμο ταύτα, ούζ άργυός
έν άρτα & γυναικα. Eiusdem generis esse videtur sæpe occurrens apud Hom. βλάπ' έδη. Od. α. βή έ' μιν έκ
δουλάου. & β. έθ' έ' μιναι προς δώμου' & passim. Sunt enim redundantiores in hac specie Græci: vt,
έσθ' έφατ' έν τ' όνίμαζι. - Quamuis sunt, qui superiores coniunctas voces pleonasmu quidquam ha-

bere

here negent, sed pro eo accipiendas, dicebat se dixisse: Quod mihi minus probatur. Perpendat
tamen lector.

Vidimus ô ciues Diomedem, Argiuaque castra:
Atque iter emensi casus superauimus omnes:
245 Contigimusque manum, qua concidit Iliā tellus:
Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat lapygis agris.
Postquam introgressi, & coram data copia fandi,
Munera præferimus, nomen, patriamque docemus:
250 Qui bellum intulerint: quæ causa attraxerit Argos.
Auditis ille hæc placido sic reddidit ore.
O fortunatae gentes, Saturnia regna,
Antiqui Aufonij, quæ vos fortuna quietos
Sollicitat, suadetque ignota lacerare bella?
255 Quicumque Iliacos ferro violauimus agros,
(Mitto ca, quæ muris bellando exhausta sub altis,
Quos Simois premat ille viros) infanda per orbem
Supplicia, & scelorum pœnas expendimus omnes,
Vel Priamo miseranda manus. scit triste Mineruæ
260 Sidus, & Euboicæ cautes, vltorque Caphareus.

CONTIGIMVS QVE MAN. QVA CONC. ILIÀ TELLVS] Hom. de Priamo Il. α. χερσίν
άργυρίω λάβε γυναικας, & υύος χείρας δεινός, άνδροθόου, αί οι πολέας κτάνοντες. VRBEM ARGYRI-
PAM] Hanc eonditam fuisse à Diomede scribit Seruius, & priùs άργυρίπαι vocatam, denomina-
tione ab ipsius Diomedis patria ducta, quam & άργ' έπιπόρον ab Homero dictam, pòst vetustate
corrupto vocabulo in Argyripam degenerasse: Sanè & άργος έπιπον retulit quoque Pind. Il. Ode 7.
C μωρον έτάρων ές άργ' έπιπον, ή άειρόδ' άρτίκλειω. Strabo, & άλλείτω έ ές άργχίης άργυρίπαις, αί άργ' άειται, έπιν τω
άργ' έπι. Et Lycophron de Diomede: έδ' άργυρίπαι δαυλιών παγκληρίαν παρ' άκουσίτην φυλαμένη δουλήν. S C I T
TRISTE MINERVÆ SIDVS] Seruius de Ariete intelligit, qui in numine & potestate sit Mi-
nerua, vt verna procella conuulsas Græcorum naues accipiamus: Solinus Arcturi sidus maluisse vi-
detur his verbis de Caphareo: vbi post Ilij excidium Argium classẽm, vel Mineruæ ira, vel, quod
certior prodit memoria, sidus Arcturi grauibus affecit casibus: Turnebus in eam propendet sen-
tentiam, vt sidus Mineruæ, tempestatem à Minerua excitatam & immissam interpretetur, sic cur-
rente, vt mihi videtur, illo Od. γ. πρ' σφέων πολέες κεινόν όπτον έσείσων, μινυ' έξ έλθεσ γλαυκώπιδ' έ' δέμο-
πάσης & Horatij: Cum Pallas vsto vertit irã ab Ilio. VEL PRIAMO MISERANDA MANVS]
Suprà lib. 2. ad augèdam commiserationem, Dolopum, aut duri miles Vlyssæi Temperet à Iacry-
mis. E VBOICÆ CAUTES, VLTORQVE CAPHAREVS] Hanc fabulam de Nauplio & Ca-
phareo, elegantissimis versibus Bassus Epigr. excoluit: ουλόμειναι ήέσσι κερκίρες, αί ποτε ήσπου αλίεσαδ'
έλλωλον, & σόλον ήλοδον, πυρός ότε έλευσις χθονίης διοφερώ τερα νυκτός ή ψε σέλα, τυλή δ' έδραμε πάσι βότης χείρα-
δαι ές πέτρας δαμοίς πάλην ήλιω' άλλη έπλήτο, & δεύετες έχθροτ έρη πολέμω, & πλώ ή' τότ' έάσων, άνικτός διε κη-
φώδης ναύπαις, ού ήδ' άν έλλας έκλαυσέ δάκρυ. Huius quoque naufragij mentionem facit in Helene sub
persona Menelai Eurip. τί σοι λέρομ' άν τας έν άργάω συμφορές, τάν ναυπλιού τ' έλκοίνα περιπέλημα; Pro-
per. Saxa triumphales fregère Caphareá puppes, Naufraga cum vasto Græcia tacta salo est: Idem;
Nauplius vltores sub noctem porrigit ignes: & Calab. έ. άρχον δ' έν ήσπρεαις άξαντες σπεί νήαις έξ υγείας
έπλουντο ναυπλιού ένεσησιν, ό ήδ' κούσαν μάλα παιεδός χείματ' άρρυμένω, & άλλυμένω άργείων, κεί έπ' άκηνέ-
μην' μάλ' έργήσεν, ουέου' άρ' άπτό δάου τίσιν θεός αίψα, & έδραμεν έχθρον ήμιλον περιμένον κ' έβένθ' & paulò
pòst: κεί έπ' άπύλου αίδυμένω άνάειρε, δόλω δ' άπέλκυσεν άργαίους έλπιμένους δουρίων έδ' έμμένω άρπύρες' qui
certè locus mendi non vacat suspicione. Idem Calab. nisi sit mendum, καυρίδαι πέρμας vocat lib. 6.
Quid, 2. de Remedio am. Argolica cuperent fugisse Capharea puppes, Teque senex Iuētus igni-
bus vlte tuos. Vlpianus autem sub titulo de incend. tu. nauif. constituit in eos, qui sublatis ignibus
σφυκταίως ementiti, falso signo vicini portus, miseros nautas in exitium deduxerint, his legis ver-
bis. Ne piscatores nocte lumine ostenso fallant nauigantes, quasi in portum aliquem delaturi, eo-
que modo in periculum naues, & qui in eis sunt, deducãt: sibi que execrandam prædam dent, præ-
sidis prouincie religiosa constantia efficiat.

Militia ex illa diuersum ad littus adacti,
Atreides Protei Menclaus ad vsque columnas



Exulat: Ætnæos vidit Cyclopas Vlyffes.  
 Regna Neoptolemi referam, verfosque penates  
 265 Idomenei? Libycoue habitantes littore Locros?  
 Ipse Mycenæus magnorum ductor Achiuûm  
 Coniugis infandæ prima inter limina dextra  
 Oppetit, deuicta Afia: subfedit adulter.  
 Inuidiffe deos, patriis vt redditus oris,  
 270 Coniugium optatum, & pulcram Calydona viderem?  
 Nunc etiam horribili visu portenta fequuntur.  
 Et focij admiffis petierunt æthera pennis:  
 Fluminibusque vagantur aues(heu dira meorum  
 Supplicia!) & fcopulos lacrymofis vocibus implent.  
 275 Hæc adeo ex illo mihi iam fperanda fuerunt  
 Tempore, cum ferro cæleftia corpora demens  
 Appetij, & Veneris violauit vulnere dextram.  
 Nec mihi cum Teucris vllum poft eruta bellum  
 280 Pergama, nec veterum inemini, lætôrue malorum.

MILITIA EX ILLA] Tempeftatem, qua Græci funt conflictati in reditu, expugnato Ilio, defcribit doctiffimis verſibus Æſch. in Agam. eo loco, cuius eſt initium, ξυμωμοσαν γδ οντες ἐχθιστοι παρηπερ ἐν θαλάσσει, καὶ τὰ πῖς ἐδειξάμενοι φθείροντε τὸν δούλων ἀργείων στρατὸν. PROTEI MENELAVS AD VS. COL.] Ex Polluce docet Turnebus σίλας ἐφορίας dici, quæ vt arbores finales priuatos agros, fic & regiones ditimebant. PRIMA INTRA LIM. DEX. OPPETIIT] Reſpicit Maro locum illum Homeri Od. quò explicatur ratio modusque ſubmiſſi à Clytemneſtra in Agamemnonem adulteri & percufforis, his verbis: ἀλλὰ μοι αἰγῖδιον τὸ δόξας θανάτων τε μόνον τε ἔκτα σὺν οὐλομένη ἀλόγῳ οἰκονίῃ κελῆσας, δειπνίστας, ὅς τις τε κερταύων βαυῖ δὴ φάτιν. SVBSEDIT ADVLTER] Subſidete ſcilicet deliteſcere eſt: vnde ſubſeſſores, qui deliteſcentes inſidiantur, & inſidiis circumuentos & oppreſſos C interimunt, qui ſubſeſti dicuntur: & ſubſeſtæ Vegetio inſidiæ, ἐνεδραῖ & ἐνεδράει. Conuenit autem huic loco, quòd ſubſeſſor alieni matrimonij dictus eſt à Valerio, qui pudicitia alienæ cōiugis inſidiatur. INVIDISSE DEOS] Negar Ariſt. lib. Metaph. i. in deos inuidentiam cadere, his verbis: εἰ ἢ λέγουσι π οἱ ποιηταὶ καὶ πέρουκε φθονεῖν τὸ θεῖον, δὴ τούτου συμβεβῶαι μάλιτα εἰκόες, καὶ δυσχερεῖς ἔξ πάντων τὰς περὶ τὸ θεῖον φθονερῶν ἐν δέχεται ἔξ, ἀλλὰ καὶ τὴν παροιμίαν πολλὰ φέροντι αἰδοί. PVLCRAM CALYDONA VIDEREM] Sic Hom. Il. i. πύτυ τον πύδον κελυδῶν ἐρεννῆς. ET SOCII ADMISSIS] Nam conſtat Diomedis ſocios in erodios, hoc eſt, Diomedæ aues verfos: ad quam transformationem alludit his verſibus Lycophron: ὁ δ' ἀργυρίτην δαυλῶν παγκληρίαν παρ' ἀνοπίτην φυλαμὸν ἐλάσεται πηρὸν ἐταίρων ἐπὶ φεραμένῳ ἰδὼν οἰωνόμικτον μοῖραν, οἱ θαλασσίαν δέεται ἀνήσους περικέον δ' ἄλλο νύκτιον ἰνδάλδεντες ἐργλίνοις δομῶν. de quibus & Ouidius. Quin & Ariſtoteles quoque huic fabulæ, & Diomedearum auium meminit lib. θαυμ. ἀκουσμ. his verbis: ἐν δὲ τῇ διομηδείῃ νῆσφι, ἢ κείτῳ ἐν τῷ ἀδρίᾳ, φασὶν ἱερὸν π εἶναι τῷ διομηδεῖς θαυμασόντε καὶ ἀγῖον. καὶ ἢ τὸ ἱερὸν κύκλον περικεκολλημένον ὄρνιθας μεγάλας τὰς μεγάλας, καὶ ῥύγχι ἐχρῆτας μεγάλας καὶ κληρῶν. τούτοις λέγουσιν, ἐὰν πῶ ἐλλῶνες ἀποβαίνουσι εἰς τὸν τόπον, ἡσυχίαν ἐχρῆται, ἐὰν ἢ ἄλλο βαρβαρίων πνὲς ἄλλο πελοπόννησος, ἀνιπταδῶν, καὶ ἀλομένους κερταύουσι ἀντοὺς εἰς τὰς κεφαλὰς ἀνοπίτην, καὶ πῖς ῥύγχι πῖς πῖς πῖς ἀνοπίτην. μὴ δὲ δειδῶν ἢ τούτοις ἄλλο ἐταίρων τῷ διομηδεῖς, ναυαγισάντων πῶ ἀνοπίτην πῶ νῆσφι, τῷ δὲ διομηδεῖς δλορονηδέντ. καὶ τὸ ἀνίου π τὸτε βασιλέως ἄλλο τῶν ἐκείνων ἡρωμένων. Malo autem hic admiſſis conſeruare, quàm cum Seruio amiffi legere, obſeruata vi vocabuli ſæpe apud Liuium & Cæſarem: vt, admiſſo equo impetum facere, hoc eſt meo iudicio, concito, concitato, concuſſo, immiſſo: vt & Tibul. Venturam admittit imbrifer arcus aquam, hoc eſt, maturat, prouocat, & excitat. EX ILLO MIHI TVM SPERANDA FVERVNT] Sperate, in malam partem, vt ſuprà: tantum ſperate dolorem. CÆLESTIA CORP. DEM. APP. ET VEN. VIOL. VVL. DEX.] Ex Il. e. κῦ φησὶ μὲν πρῶτον γὰρ δὴ οὐ τὰς χεῖρας δὴ κερταύων. Nimirum Dione Veneri querētī de vulnere à Diomedæ accepto, hoc in ſolatium iniuriæ reſponſum dedit: Il. e. οὐδέ π μιν παῖδες ποτὶ γούνασι κατὰ ζούσαν ἐλδόντ' ἐν πολέμοιο καὶ αἰνῆς θνῖσότητ. τῷ νῦν πῶ δέειδης, εἰ καὶ μάλα καρτερὸς εἶ, φερεῖς ἔδω μῖπης οἱ ἀμείνων σέο μάχῃται' μὴ δὲ λυ αἰγίλειαι πέρουον ἀδριπῖνι ἐξ ὕπνε γούνασι φίλοις οἰκῆας ἐχέρη. κούριδον πῶ δέουσαι πῶν, τὸν ἀεσον ἐχρῆται, ἰφθίμη ἀλοχ. διομηδε. ἰσποδῶμοιο. quibus innui Cyllabarum Ægialæ mæcchum interpretes dicunt. LÆTÔRVE MALORVM] Suprà: læta laborum.

Munera, quæ patriis ad me portatis ab oris,  
 Vertite ad Æneam. ſtetimus tela aſpera contra:

Contuli-

Contulimusque manus: experto credite, quantus  
 In clypeum aſſurgat, quo turbine torqueat haſtam.  
 285 Si duo præterea tales Idæa tuliffet  
 Terra viròs, vltro Inachias veniffet ad vrbes  
 Dardanus, & verſis lugeret Græcia fatiſ.  
 Quicquid apud duræ ceſſatum eſt mœnia Troiæ:  
 Hectoris, Æneæque manu victoria Graiûm  
 290 Hæſit, & in decimum veſtigia rettulit annum.  
 Ambo animis, ambo inſignes præſtantibus armis:  
 Hic pietate prior. coëant in fœdera dextræ,  
 Qua datur, aſt armis concurrant arma, cauete.  
 Et reſponſa ſimul quæ ſint, rex optime, regum  
 295 Audiſti, & quæ ſit magno ſententia bello.

SI DVO PRÆTEREA TALES] Homeri imitatione, qui de Neſtore: πῖς μοι συμφράδμοι εἶν ἀργαῶν. AMBO ANIM. AMBO INS. PR. AR. HIC PIET. PR.] Æneæ quoque præſtantiam eodē calculo Hom. Il. e. arteſtatur: καὶ ἢ ἀνὴρ ἐν τ' ἴσον ἐπέμμεν ἐκτοει δίφῳ, αἰνείας ἰδὲ μεγαλύτερον ἀρχῆμοι & Il. κ. αἰνείας δ' ὅς τρεῖς θεὸς ὁς τίετο δῆμοι. Vnde & Idomeneus Il. v. de Ænea: δεδτε φίλοι καὶ μ' οἴφ ἀμώματε, δέειδῃ δ' ἀνὴρ ἀνείων ἐπὶ πῶτα πύδα καὶ ταχῶν, ὅς μοι ἐπειπῆ, ὅς μάλα καρτερὸς εἶ μετ' ἐνὶ φῶτα ἐν αἰείων, καὶ δ' ἐρεῖ πῶτα ἀνοπίτη, ἢ, τε κερταύων ἐνὶ μέγιστον.

Vix ea legati: variusque per ora cucurrit  
 Aufonidum turbata fremor: ceu, saxa morantur  
 Cum rapidos amnes, clauſo fit gurgite murmur:  
 Vicinæque fremunt ripæ crepitantibus vndis.  
 300 Vt primum placati animi, & trepida ora quierunt:  
 Præfatus diuos, folio rex inſit ab alto.  
 Antè equidem ſumma de re ſtatuiſſe Latini  
 Et vellem, & fuerat melius, non tempore tali  
 Cogere concilium, cum muros obſidet hoſtis.  
 305 Bellum importunum ciues cum gente deorum,  
 Inuictis que viris gerimus, quos nulla fatigant  
 Prælia: nec victi poſſunt abſiſtere ferro.  
 Spem ſi quam accitis Ætolium habuiſtis in armis,  
 Ponite: ſpes ſibi quiſque, ſed hæc quàm anguſta, videtis.  
 310 Cætera qua rerum iaceant percuſſa ruina,  
 Ante oculos, interque manus ſunt omnia veſtras.  
 Nec quenquam incuſo: potuit quæ plurima virtus  
 Eſſe, fuit. toto certatum eſt corpore regni.  
 Nunc adeo quæ ſit dubiæ ſententia menti,  
 315 Expediam, & paucis (animos adhibete) docebo.

FREMOR] fremor: τῶν. VICINÆQUE FREM. RIP. CREP. VN.] Apoll. 2. βῶον δ' ἀλιμύρας ἀνταί. PRÆFATVS DIVOS] Tibul. 3. Præfata antè meos manes animamque precata. ANTE EQ. SVM. DE RE &c.] Huic ſententiæ reſpondet illa Eurip. in Hec. δὲ εἰς ἀνοπίτην ἀνοπίτην πῶτα ἀνοπίτην ἀνοπίτην. CVM GENTE DEORVM] Eurip. in Phœniſſ. γῶν θεῶν. INVICTIS QVE VIRIS — NEC VICTI POS. ABS. FERRO] Apud Plutarch. negat Hannibal Marcellum victum aut victorem quietere poſſe. TOTO CERTATVM EST CORPORE REGNI] Videtur poſita ad pancratium alludere: παγκρατῖς αὐτὸν, qui manibus pedibusque; viribus à toto aduocatis corpore, quaſi omni opẽ, omnibusque vngulis connixi certabant. Vide Bud. Verùm haud ſcio, an & ad illam Græcorum reſpexerit militarem locutionem: πεινέδω ἴσῃ ἐρ ἄλλο ἀργαῶν, vel κινδύνας, cum omnibus copiis vni que decertabatur. Cui affine eſt illud Æſch. in Perſ. πῶ δέειδης ἐνδύων ἰπῶν δ' ἀνοπίτη πῶτα, ἐλδῶν δ' ἀνοπίτη δὲ πῶτα ἀνοπίτη, γυναικῶν, θεῶν τε πῶτα ἀνοπίτη, ἀνοπίτην πῶτα ἀνοπίτην.

V 4

Eſt anti-

Est antiquus ager Thusco mihi proximus amni,
Longus in occasum, fines super vsque Sicanos.
Aurunci, Rutulique ferunt, & vomere duos
Exercent colles, atque horum asperrima pascunt.
320 Hæc omnis regio, & celsi plaga pinea montis
Cedat amicitiae Teucrotum, & foederis æquas
Dicamus leges, fociosque in regna vocemus.
Confidant, si tantus amor, & mœnia condant.
Sin alios fines, aliamque capeffere gentem
325 Est animus, possuntque solo decedere nostro:
Bis denas Italo texamus robore naues,
Seu plures complere valent: iacet omnis ad vnam
χθροὶσ δωμῶσ ὀπηνέμωσ χέεσ. Talem, & ita præcipitatum armorū correptionē describit Tacit.lib.Ann.2:
nec spes, nec tela quidem, nisi agrestia ad subitum vsum propefata.

- Syluis te Tyrrhene feras agitare putasti?
Aduenit, qui vestra dies muliebribus armis
Verba redargueret: nomen tamen haud leue patrum
Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ.
690 Protinus Orsilocho, & Buten, duo maxima Teucrūm
Corpora, sed Buten aduersum cuspide figit
Loricam, galeamque inter, quæ colla sedentis
Lucent, & læuo dependet parma lacerto.
Orsilocho fugiens, magnumque agitata per orbem
695 Eludit gyro interior, sequiturque sequentem.
Tum validam perque arma viro, perque ossa securim
Altior insurgens, oranti & multa precanti
Congeminat vulnus, calido rigat ora cerebro.
Incidit huic, subitoque aspectu territus hæsit
700 Apenninicolæ bellator filius Auni,
Haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.
Isque vbi se nullo iam cursu euadere pugna
Possit, neque instantem reginam auertere cernit:
Consilio versare dolos ingressus, & astu
705 Incipit hæc.

ELVDIT GYRO INTERIOR] Redi ad superiorem locum lib.5. Æn. Protam dum ad saxa
siburget Interior. Hanc autem pugnandi equitandique solertiam eodem libro in Alcānij Troia vi-
sus est Maro graphicè describere: & ab eadem disciplina equos Æneæ laudatos ab Homero refert
Plato in Lachete, his: κὺ ἠμωμῶσ ποσ ἐπαυθῶν τὸσ τὸ ἀνέωσ ἰππωσ, κρησγῆτησ μῶσ ἐνδου κὺ ἐφῆ αὐτοὶσ ὀπηνέμωσ
δωκωσ ἠδ' ἐφέεωσ, κὺ αὐτοὶσ τὸν ἀνέωσ κρησγῆτησ ἐκωσδὸν κρησγῆτησ, κὺ εἰσπεν αὐτοὶσ ἐπὶ μωσωσσε
φῶσσοσ. SEQVITVRQVE SEQVENTEM] Alludit ad τὸν κύκλωσ φορῶν. Nimirum in elementorum
vicissitudine, generatione, & motu circulari docet passim Aristot.in lib. præferti De generat. par-
tes circuli, & elementa priora esse & posteriora, mutuo respectu aliarū partium, & elementorū.

- Quid tam egregium, si foemina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te comminus æquo
Mecum crede solo, pugnæque accinge pedestri:
Iam nosces ventosa ferat cui gloria laudem:
Dixit: at illa furens, acrique incensa dolore,
710 Tradit equum comiti, paribusque assistit in armis,
Ense pedes nudo, puraque interrita parma.

At iu-

At iuuenis vicissè dolo ratus, auolat ipse,
Haud mora, conuersisq̄ue fugax aufertur habenis,
715 Vane Ligur, frustra que animis elate superbis,
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes:
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
Hæc fatur virgo, & pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu, frenisque aduersa prehenfis
720 Congreditur, pœnasque inimico à sanguine sumit.

QVID TAM EGREGIVM ETC.] τί οὐτω στυμνόν. Suprà: quid memorandū acq̄ue: PYRA-
QVE INTERRITA PARMA] Non dissimile præcedenti parma alba: Sic Eurip. de Amphiarao:
σύ σμειῖ ἔχον ὑβρευσμένῃ, ἀλλὰ σπορόνως εἴσθη. ἵππια. de quo idem quoque significauit Æsch. in ἐπιφ. ποσειδῶ
δὲ μάντις ἀσπίδ' ἄκωλον νέμων παύχρηλον ἡνδρα, σήμα δ' οὐκ ἐπιπύκνυλον, εἰ γὰρ δοκεῖν αἴετος. ἀλλ' εἴηαι θύλακας.
Sophocles autem ab alba parma Adrastum nuncupauit. FERRATO CALCE] Silius fœmininū
genere extulit: Iam compos voti ferrata calce fatigat Cornipedem. VANE LIGVR] ἡμιμῆ, ἀλάσῳ,
χαυῶ, γὰρ ὄφθ, & κενός. vt supra eo loco lib. 2. vanum etiam, mendacemque improba finget. Hom.
vanum, κενεασυχη. Il. 5. PERNICIBVS IGNEA PLANTIS] Catull. de Achille: Qui perfræpe va-
go victor certamine cursus Flammea præuerit celeris vestigia cœræ: quod ignis elementorum
sit leuissimus.

Quam facile ac ciper saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam:
Comprensamque tenet, pedibusque euiscerat vncis:
725 Tum cruor, & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.
At non hæc nullis hominum fator atque deorum
Obseruans oculis, fumino sedet altus Olympo.
Tyrrhenum genitor Tarchontem in prælia sæua
Suscitat, & stimulis hæud mollibus incitat iras.
Ergo inter cædēs, cœdentiaque agmina Tarchon
730 Fertur equo, variisque instigat vocibus alas,
Nominē quemque vocans, reficitque in prælia pulsos.
Quis metus ô nunquam dolituri, ô semper inertes
Tyrrheni, quæ tanta animis ignauia venit?
Fœmina palantes agit? atque hæc agmina verrit?
735 Quò ferrum? quidue hæc getitis tela irrita dextris?
At non in Venerem fegnes, nocturna que bella:
Aut, vbi curua choros indixit tibia Bacchi,
Expectare dapes, & plenæ pocula mensæ.
Hic amor, hoc studium, dum sacra secundus aruspex
740 Nuntiet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.

ACCIPITER SAXO SACER ALES AB ALTO] Videtur Scruio nomen Græcum expref-
fisse ἱερεῖ, quem & Galli sacre vocant, ducta voce Græca ἀπὸ τῆς ῥάων ἱερεῖ, vel ῥα. το. τὰ ἱερεῖ ἀπὸ τῆς
Ex Homero autem est hæc comparatio Il. 9. ἡνὲ τε κίρκῳ ὄρεσσιν ἐλασρότατι ἑπιτελευῶν, ῥηιδίως οἰμωσὲ μὲ
σηθρανα πέλειαν, ἢ τῆς ὑπευδα φουβείῃ, ὅ δ' ἐγγυρὸς ἐξ ὑλητικῶς τι φρεῖ ἐπιπίπτει, ἔλεειν δ' ἐ ἐ θυμὸς ἀνώγει. & Od. 9.
ἐπέπαστο δὲ ξυρὸς ὄρνιθι κίρκῳ, ἀπολλωνοῦ ταχὺς ἀγγελος, ἐν τῇ πύδωσι τήλα πέλαιαν ἔχων, κτλ. δὲ πηραῖ χρεὶν ἐσφ.
& Calab. lib. 1. τῶ δ' αἰετὸς ὄξυ κεληκῶς ἡδὴ ἀποπνευστὴν ἔχων ὄνυχον πέλαιαν ἐσθμὲν δὲ οἰμωσὲν αἰεστὴν.
Idem lib. 5. αἰετὸν ἱερὰν ὄρνιν vocat. AT NON HÆC NVL. HOM. SATOR] Il. πῶ δ' ἐ ποτε δὲ σὺ σφὲρ
ἀπὸ κερταρῆς ὑσμίνης ὄσο φαινό, NOMINE QVEMQVE VOCANS] ὄρνιθας ἡρεσσευγῆσαι; Thucyd. ἡν
μακλήδω. Hom. ἐξ ὄνυματῶ. Xenophon autem in Pæd. vult ab impetatoribus nominatum quem-
que militum compelli, vt & à bono patrefamilias seruatorū quemque. QVIT S. M. B. T. V. S.] Ex Hom.
Il. 5. αἰδὸς ἀργείοι, κἀκ' ἐλέγχεαι, εἰδ' ἔγχοι πῆ ἐβαν ἀρχαλαῖ, ὅτε δὴ σάμεν ἔθ' αἰετοί, ἄς ὄσῳτ' ἐν ἡνῶρ κερταρῆ
χέες ἡρραδαῖ εἰδοντες κρέα πολλὰ θυῶν ὄρδουκαραίων, πῆνοντες κρητῆρας ὄπτησφῆας ὄνυα ὄσῳων ἀνδ' ἐκρῆτον τὴ δισπο-
σιωντες ἔσας ὄσῳτ' ἐν πολέμῳ, νῦν δ' οὐ δ' ἀνὸς ἀέξιοι εἰ μὲν ἐκπτες ὄ, ὅς τάχα νῦν ἐσθμὲν τῆς κηλῆρ. Similib
& in

& increpatio altera Il. 5. τίπτε κατὰ πλώωντες ἀρέσαστε, μίμνετε δ' ἀλλοίς - φράση γὰρ ἢ δειπὸς αἰουάτ' ἐδὸν ἐμείν,
ἐσπῶτε δ' αἰτὰ γέροντων ἐσπῶτε ζῶμεν ἀρχαίῳ ἔνδρα φίλ' ὄπταλέα κρέα ἐδ' μιναι; ἢ δ' ἐ κῦπλλα οἰνου πινόμεναι μὲν ἡδ' ἐ-
ἕρρ' ἐδ' αἰτῶν. NVNQVAM DOLITVRI] Allu. lit ad Peripateticam itæ definitionem, quæ sit φρεῖς
πρωρίας ἐξ' ἡλύπης. passim siquidem Aristotel. testatur φρεῖς ζῶμενον λυπέειναι. IN VENEREM SEGN.
NOCT. BELLA] Talia bella perstrinxit Proper. 3. de Paridē: Dum vincunt Danaï, dum restat Bar-
barus Hector, Ille Helenæ in gremio maxima bella gerit. CYRVA CHOROS INDIXIT TI-
BIA] Æsch. in ἐπιφ. ὅτι τε σφεγγες ἐκλαξαν ἐκλύρασι.

Hæc effatus, equum in medios moiturus & ipse
Concitat, & Venulo aduersum se turbidus infert:
Dereptumque ab equo dextra complectitur hostem:
Et gremium ante suum multa vi concitus aufert.
745 Tollitur in cælum elamor, cunctique Latini
Conuertere oculos: volat igneus æquore Tarchon
Arma, virumque ferens: tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum, & partes rimatur apertas,
Qua vulnus lethale ferat. contra ille repugnans
750 Sustinet à iugulo dextram, & vim viribus exit.
Vtque volans alè raptum cum fulua draconem
Fert aquila, implicuitque pedes, atque vnguibus hæsit:
Saucius at serpens sinuosa volumina versat:
Arrectisq̄ue horret squamis, & sibilat ore,
755 Arduus insurgens: illa haud minùs vrget adunco
Luçantem rostro, simul æthera verberat alis.
Haud aliter prædam Tyburtum ex agmine Tarchon
Portat ouans.

SYSTINET A IUGVLO DEXTRAM, ET VIM VIR. EXIT.] Hoc vocabulum armo-
rum & gladiatorium est, vt supra: Od. 9. ἀπαμυνέτο χερσὶ. Eiusdem formæ est illud Lucretij 5. Nam
transierat feros exibant dentis adactus iumenta, aut pedibus ventos erecta petebant: & 6. Proflu-
uium porrò quæ terri sanguinis acre Exierat: & post: vt acrem exiret odorem: & Maro supra: cor-
pore tela, modò, atque oculis vigilatibus exit. Tale quid in vi & rixa amatoria Propert. aliter paulò
extulit: Opposita propellens suauia dextra: & Horat. VTQVE VOIANS ALTE RAPTVM
CVM FVL. DRAC. [Ex Hom. Il. 10. ἡ δ' ὄρνις γὰρ σφιν ἐπὶ ἡλθε κρησέμεναι μεμαῶσι αἰετὸς ὑμπετῆς ἐπ' αἰεσερῶ
λαδὲ ἔβρον φοιήσωντα δράκοντα φέρων ὄνυχον πέλωρον, ζῶν ἔτ' ἀσπαίροντα, κῦρὸν πωλλέειτο χάρμης. κῦπτε γὰρ αὐτὸν
ἔχοντα κτλ. ἐπὶ τῷ δ' ἐρὶ λῶ ἰδνωθεὶς ὄπισσω, ὅ δ' ἀπὸ ἔδον ἡκε χαμάζε, ἀλγύσας ὀδωθῆ, μέσθ δ' ἐνὶ κἀββαῖ
θῆλω, αὐτὸς ἢ κἀλγῆς πέτετο πνοιῆς ἀνέμωιο. Oppian. quoque de ceruo & serpente: ὅς δ' ὄτ' ἀνὰ ξυλόχοις
ὄδων ὄδον ἔσφρεσίαν βεδύκερος ἔλασθ, φηήλατον ἔγχεθ' ἀνεῖρε, γέλιω δ' εἰσαφίμανε, κῦ ἐρπέτων ἐφρουσεν ἔξω, δ' ἀπὸ
δ' ἡμιμῶος, ὅ δ' ἐλίσεθ' ἀμφίτε ρουαῖα, δειρλώ τε, σέρον τε, τὰ δ' ἡμίβρωτα κέχωνται ἀψα, πολλὰ δ' ὀδόντες ὑπὸ
σῆμα δαυδίουσι. Comparatione quoque ab aquila & dracone Sophocles in Antig. vititur, eò loco,
quo chorus victoriam Thebanorū de Argiuis celebrat, & draconem in gratiam Thebanorū aquilæ
victorem proclamat, quòd Thebanos multis locis Eurip. & Sophocl. δρακοντοχουίς canat, Nicander
quoque capitales & solennes esse aquilæ cum dracone inimicitias est auctor, his εἰρ. versibus: πῶ
μῖντ' ἐκπαρλον κοτῆον βασιλῆιθ' ὄρνις αἰετὸς ἐν παλαχίς ἐπαέξεθ', ἀντία δ' ἐχθρῶν δ' ἡνεν ἀγρε ἡμύεσιν, ὅταν βλά-
σωντα κτλ. ὑλλω δ' ἔρικηθ', πάσας γὰρ ὄγ' ἡρήμωτε καλιῆς αὐτὸς ὄρνιθων τε τόνον, κτλ. ἂν ὄνα βρῆκων, αὐτὰρ ὅτι κῦ
ἡμῶς, κῦ ἡμῶς ἐσθμὲν λαργῶν ἑνα δράκων ἡμερσε νέον μάρτανθ' ὄνυσθι, θάμμου ἀσπίδης, ὅ δ' ἀλδῆθ', ἀμφὶ ἢ δαι-
πὸς μάρμανθ' ἰπῶμιμον δὲ σέειξ ἀτέλεσα διάνκει σπείρηθῆς κῦ λοξὸν ἔσθμὲν ἀμμῶσι λαδων. Cui assentitur Plu-
tarch. in lib. De od. & inuid. his: πολεμιστῆ ἄστοι κῦ δράκοντες, κορώναι κῦ γαυῆες, ἀμυδαλλοὶ κῦ ἀκρῶνδου-
κῆς, ὡς τε τοῦτων γὰρ φασὶ μῖδ' αἰμα κίρναδς σφαπόμεναι, ἀλλὰ κἀν μίξης ἰδίῃ πάλιν ἀπὸ ῥῶ δαικωνόμιμον.

Ducis exemplum, euentumque secuti
Mæonidæ incurrunt tum fatis debitus Aruns
760 Velocem iaculo, & multa prior arte Camillam
Circuit, & quæ sit fortuna facillima tentat.
Quà se cunque furens medio tulit agmine virgo:
Hæc Aruns subit, & tacitus vestigia lustrat.

Qua





pillare. ad papillam vsque denudate dicunt: vnde brachium expapillatum Festo exertum. Plaut. in A Mil. Idem & cum nexu in humero, leuo expapillato brachio. A C VELVT ILLE PRIVS, QVAM TELA] Ex Il. π. de Antilocho: ἀλλ' ὄγ' ἀρ' ἔβρεσε θρηνηκὸν ῥέζαντι ἔοικος ὅς τε κούα κτείνης, ἢ βουκόλον ἀμυγλί βέεσσι, φάριγε σφίρ σφ' ὄμιλον ἀλλοιδήμεναι ἀνδρῶν, ὡς τρέσσε νεσορίεης. CAVDAM QVÆ REMVLGENS SVB. P. A. V. VTERO] De lupis Hom. Od. κ. οὐρήσι μακρῆσι σκελαιόντες. Et Xenoph. de canibus. ἡ ἀπασαι τῶν οὐρῶν ἢ φράσσασαι διατρέχουσιν. Hunc metū autē in quadrupedibus Graeci per ἄρρωθ' ἐν exprimūt, ἀπὸ τοῦ ἄρρου σὺ σκελετρῆς μαστοπυγίς. vnde ἄρροπύργιον & ἄρροπύργιον. Xenophon itē de canibus, ἡ ἀπασαι τῶν οὐρῶν, ἢ φράσσασαι διατρέχουσιν reducentes caudam, atque inter crura condentes, & continentes discunt. Hesiodi autem illud ἐν ἔργ. 2. imitatus videtur Virgilius: θύρεε ἢ φροσσοισι, ἕρας δ' ἰσπὸν μέζ' ἔδεντο. Contrā autem leones notum est caudæ verbere & flagellatione sibi iras excitare: vnde Hom. Il. ν. οὐρή ἢ παλάρας τε ἢ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν μαστέῳ, ἐε δ' ἀπὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι. & Hesiod. γλαυκὸν δ' ὄσπερ δεινὸν παλάρας τε ἢ ἰσθμῶν οὐρή μαστοπυγῶν. MEDIIS SE IMMISCVIT ARMIS] Exemplo Hom. Il. π. qui inducit Euphorbum percusso Patroclo refugientem: ποσὸν τ' ἔφθηκε βέλῳ — οὐδ' ἔδ' ἀμμοσ', ἢ ῥ' αὐτῆς ἀνέδραμε, μίκατο δ' ὄμιλον, ἐν χροδὸς ἀρπάζσας δόρυ μείλιον, ἢ δ' ἰσπόμενῆς τ' ἀβροκλον γυμῶν σφ' ὄνυτα ἐν δὴστυπ' & Il. γ. α. β. δ' ἔτάρων εἰς ἐστὶν ἔχασ' ἐτο κίβ' ἀλεείνων' & ὡς αὐτῆς κατ' ὄμιλον ἔδου τρέψων ἀγάρων.

820 Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro. Labitur exanguis: labuntur frigida letho Lumina: purpureus quondam color ora reliquit. Tum sic expirans Accam ex æqualibus vnam Alloquitur: fida ante alias quæ sola Camillæ, Qui cum partiri curas: atque hæc ita fatur. Hactenus Acca foror potui: nunc vulnus acerbum Conficit: & tenebris nigrescunt omnia circum. 825 Effuge, & hæc Turno mandata nouissima perfer. Succedat pugna, Troianosque arceat vrbe. Iamque vale. simul his dictis linquebat habenas, Ad terram non sponte fluens: tum frigida toto Paulatim exoluit se corpore, lentaque colla, 830 Et captum letho posuit caput, arma relinquens: Vitaque cum gemitu fugit indignata sub vmbras.

TENEBRIS NIGRESCVNT OMNIA CIRCVM] Hom. Il. ε. κατ' δ' εἰ ὄσπερ νύξ ἀνέλυσε μέλαινας & Apollon. lib. 4. ἀπὸ χροῖ δ' ἔβρεσε καὶ μα λυσιμελές, πολλὰ δ' ἐκαστ' ὀφθαλμοῖσ' ἔχεται ἀχλὺς. & Apoll. κούα λυσιμελές, & δ' ἀνέτ' ὀ λυσιμελές. AD TERRAM NON SPONTE FLVENS] Suprà Georg. 3. Ad terramque fluit deuexo pondere ceruix, PAVLATIM EXOLVIT SE CORPORE] Lucr. 3. & saluas exoluere sese Omnibus è neruis: CAPTVM LETHO POSVIT CAPVT] Suprà 5. de Palinuro: Pone caput, fessosque oculos furare labori. Ponere, est somni & fati: Proper. Mecum habuit positum lenta puella caput: de nocte, quam ab amica obtinuerat: vt Virg. 4. Somno posita sub nocte silenti: & Proper. lib. 2. Me iuuat æternis positum languere corollis, hoc est, vino prostratum, exporrectum, & iacentem: κείμενον.

835 Tum verò immensus surgens ferit aurea clamor Sidera: deiecta crudescit pugna Camilla. Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrum, Tyrrhenique duces, Euandrique Arcades alæ. At Triuix custos iam dudum in montibus Opis Alta sedet summis, spectatque interrita pugnas. Vtque procul medio iuuenum in clamore furentum Prospexit tristi mulcatam morte Camillam: 840 Ingemuitque, deditque has imo pectore voces. Heu nimium virgo, nimium crudele iuisti Supplicium, Teucros conata lacescere bello. Nec tibi deferræ in dumis coluisse Dianam

Profuit,

845 Profuit, aut nostras humero gessisse pharetras. Non tamen indecorem tua te regina relinquet Extrema iam in morte, neque hoc sine nomine lethum Per gentes erit, aut famam patieris inultæ. Nam quicumque tuum violauit vulnere corpus, Morte luet merita. fuit ingens monte sub alto Regis Dercenni terreno ex aggere bustum, Antiqui Laurentis, opacaque ilicæ tectum. Hic dea se primum rapido pulcherrima nifu Siftit, & Aruntem tumulo specularitur ab alto.

MVLCATAM MORTE CAMILLAM] Erricus Memmius docuit me ex veterum librorum auctoritate, veluti consignatis tabulis, non multatam, sed mulcatam legi debere. Erat enim, ne imperitiam meam distimulem, Mulcare inauditum, incognitumque mihi antea vocabulum; quod quidem, vt Æsculapius patria disciplina, herbisque Pæoniis Hippolytū in vitam reuocauit, ipse Memmius Phæbi afflatu ab interitu vindicauit, collapsum, deletumque profonomasia & pari ferè con-significatione verbi iuris sibi multare, vt Geminis accidisse scripsit Maro, qui grato parentum errore, alter ab altero ne à suis quidē discerni poterant, non ita vti que remoto ἄλλ' ἀποκοῦσαν Gemellorumque exemplo, qui quāuis in celo ἐτρημεσοι de alterna morte consentiant, æde vtrique dicata, alter alterum exclusisse memorantur. Reuiviscit itaque postliminio intermortuum verbum his non leuibus testimoniis παραρρησισ, quæ mihi carptim, bonoque publico vir Phæbi Memmius complexus est. Primum quidem ex veteri lexico, ex quo hæc excerpta: Mulco, à mulceo, es, dicitur mulco, as. Est mulcare, mulco lenire, mitigare, blandis verbis seducere, curuare, vexare, vel verberare, ligare, vel pugnis siue calcibus tundere: & est translatum à mulso, quod acceptum solet lenire fauces dolentis, vel completum sordibus stomachum. Ex altero veteri item lexico: Mulcat, id est, verberat, cruciat. Plautus in arg. Casinæ, cuius initium est, Conseruam vxorem: Ita ei subiicitur pro puella seruulus Nequam, qui dominum mulcat, atque villicum: quamuis & vetus aliud exemplar mulgat habeat, tenui in mediam mutata. Sed & Maronis vetustiss. optimisque codex, mulcatam morte Camillam, habet, cum hac glossæ adiectione: mulcatam, i. affectam. Consentiant & veteres Terentij membranæ in Adelphi. Ipsum dominum, atque omnem familiam mulcauit vsque ad mortem: vbi Donatus, mulcauit, lacerauit, mutilauit, atque dissoluit: vnde Mulciber, à mulcando. Suetonius in Iul. Cæs. Vettium pignoribus captis, & direpta supellectile malè mulcatum, ac pro rostris in concione penè disceptum coniecit in carcerem; vbi mulcatum legere se testatur Memmius ex emendatissimo exemplari sine lituræ suspitione. Corn. Tac. lib. 1. Annal. Pernoctauere sine vten-silibus, sine igne, magna pars nudo aut mulcato corpore, haud minùs miserabiles, quàm quos hostis circumfudit. Apul. lib. 4. Metamorph. Nam lumbis eleuatis in altum, pedum posterioribus iactatis in eum crebriter, iam mulcato grauitate, atque iacente contra procline montis attigui, fuga me liberauit: etiam si Aldinus codex mulcato legat. Idem Apul. lib. 8. Indidem sese multinodis comulcat ictibus: hæc agnoscentibus lectionem omnibus ferè codicibus. Cic. in Bruto: Addebat etiā, idque ad rem pertinere putabat, scriptores illos malè multatos exiisse cum Galba: vbi mulcatus habet codex Iuntæ. Non posse autem hic mihi videor sine peccato P. Daniele[m] adolescentem supra ætatem doctum, in eruendis antiquitatis monumentis exercitatissimum, tam iniquè contumelicare, vt eum sua laude sciens prudensque defraudem, vt qui me etiam aliquando huius loci oscitantem, nec satis attentè aduertentem admonuisset, & ipse priuato studio in Memmij sententiam, contraxisset has ex antiquis libris obseruationes. Et primum quidem ex vetere codice, vbi contextus habet mulcatam, idem in margine, vel mulcatam; mulcare, est virgis afficere. Et ex veteri lexico: mulcantem æumnas, miserè viuentem: mulcare, vexare, vel malè affligere: Mulcare, vexare, calcare, contundere: mulcat pugnis, calcibus cædit: Mulcator, qui corpora afficit, vel cruciat: Mulcator dictus, eo quod blandis verbis mulceat, ad declinandum, vel deliniendum animum: translatio à mulso, id quod acceptum lenire solet fauces dolentis, aut oppletum sordibus stomachum. Mulcatores, percussores. Et ex alio vetere lexico. Commulcat, conculcat, conturbat. Et alio rursus lex. Mulcare, pugnis vel virgis cedere: mulcat, grauitate vexat, verberat pugnis, vel calcibus cædit, siue contundit. Mulcabo, cædam. Mulcatur, à bono separatur: & alio lex. Mulcator, ab vno separator: mulcauit, vixit, vel vinxit, ligauit, separauit, produxit, cædit. In alio vet. lex. Mulcere, calcare, vexare cedere, non mulcare: & mulcent, delanient: & mulcendus, afficiendus. Et in vet. cod. Mulcat, affligit, corrumpit, non mulcat. Suggestit & sequentes mihi locos ex fragmentis lib. 3. historiarum Sallustij à se emendatos ipse Daniel ad vocem hanc natalibus maiore auctoritate restituendam. Primum quidē hunc apud Nonium in verbo Tamen. Nam qui enare conati fuerant, icci saepe ferramentis nauium, tamen aut vulnerati à suis, aut afflicti vndarum vi, mulcato scædè corpore postremo pericere: alterum apud Frontonem in verbo Afflicti illum rem, Afflicti alueos vndarum, mulcato corpore interibant: quamuis perperam vulgò maleato. & ex Petronij Arb. Satyrico. Primum quidē hunc. Ego autē nactus occasio-

occasionem vindictæ Eumolpum excludo, redditaque Scordalo vice, sine æmulo scilicet in cella  
 vtor & nocte: interim lictores, insulariique mulcant exclusum, & alius veru efcis stridentibus ple-  
 num in oculos eius intentat, alius furca de carnario rapta statum præstantis componit. Et ex eodem  
 alio loco. Intrauit delubrum anus laceratis crinibus, atraque veste deformis, extraque vestibulum  
 me iniecta manu duxit, ac me iterum in cellam sacerdotis nihil recusantem perduxit, impulitque  
 supra lectum, & arundinem rapuit ab ostio, iterumque nihil respōdentem mulcauit, ac nisi primo  
 quassata arundo impetum verberantis minuisset, forsitan etiam brachia mea, caputque fregisset: ubi  
 comparatis excussisque diligenter locis, ex Danielis testimonio, libri calamo exarati, quod secutus  
 est Plantinus typographus Antuerpiensis, *mulcare*, præ se ferunt. Ex Q. Curtio Ruffo, extremo VII.  
 Historiarū, Quidam mulcati parte membrorū pariterque eos & nox & somnus oppressit. & VII.  
 Plures aliqua membrorū parte mulcati, ab integris deserti sunt. ubi in vulgatis exemplaribus mul-  
 tati legimus. Turnebus quoque in eum Lucretij locum. Omnis enim sensus quæ mulcat causis,  
 iunatque, Haud sine principali aliquo læuore creata est, alios *mulcat*, alios *multat* legere obseruauit:  
 mulcet tamen retinere mauult. Ipse quoque Daniel ex veteri Virgiliano cod. ubi mulcata morte  
 Camillæ fit mentio, *mulcare* virgis afficere interpretatur: & ex Lex. Papiæ, *mulcatam*, non *multatam*  
 legit, hoc est, vt ipse Papias vult, damnatam: & Ammian. Marcell. lib. 29. Quibus lectis, vngu-  
 bus malè mulcati separantur exanimis. NEC TIBI DESER. IN DVM. COL. DIAN. PRO-  
 FVIT. Imitatione Homeri II. δ' ἰδὲ ξέο γὰρ ἀρτεμὶς αὐτῆι βάλαν ἀριε. πάντα τὰ τε σέβει οὐρανὸν ὕλην, ἀλλ' ἔτι  
 πότρε χεῖρ' ἀρτεμὶς ἰσχυραῖα, ἢ δὲ ἐμβολαῖα, ἢ πὺν τὸ σπινθ' ἐλέκασο. RAPIDO PVL CERR. NISV S I-  
 S T I T. Sic Lucret. 6. Pennarum nifus inanis: & post paulò: Hic ubi nictari nequeant, insisteretque  
 alis: ubi nondum mihi planè verbi illius, *nictari*, constat intelligētia: quamuis doctissimi interpre-  
 tes à *niti* verbo *nictor* deducant: nam omnino mihi talis deriuatio *nixari*, aut *nifari* parere debuisset vi-  
 debatur. Quid si à *niuendo*, hoc est, *conuiuendo*, deducamus, vt supra nictantia fulgura dixit, hoc est,  
 quæ sua mobilitate & celeritate conuiuere quodammodo videantur, & ita humanos oculos præ-  
 stringant, vt eos quoque conuiuere faciant, id est, præ timore claudat, lacessitosque vibratis radiis  
 subinde recludant: *conuiui* enim, & *conmixi* præterita habet id verbum, & pro supino *conmixtum*, vt  
 & ad aues hic transferatur, qui ita alarum exercent remigium, vt alas inter volandum contrahant,  
 complodant, remittant expandantque: neque enim poëta forsitan post vsurpatum alarū nifum, tam  
 propinquo spatio *nictari*, pro *niti* subieciisset: sed videri potest pro more suo vsurus fuisse variato vo-  
 cabulo. Certè & *nictor*, & *nicto*, & *adnicto*, & *nictus*, & *nictatio*, verbalia frequēter apud classici oc-  
 currunt, pro eo quod est, oculorum aut aliorum membrorum vsu sæpe aliquid conari, vt Gram-  
 matici primæ notæ interpretantur. Plinius lib. 11. Grauiore alitū inferiore gena conuiuent, eadem  
 nictantur ab angulis membrana obeunte.

Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem,  
 855 Cur, inquit, diuersus abis? huc dirige gressum,  
 Huc periture veni, capias vt digna Camillæ  
 Præmia. tūne etiam telis moriere Dianæ?  
 Dixit, & aurata volucrem Threiffa sagittam  
 Deprompsit pharetra, cornuque infensa tetendit,  
 860 Et duxit longè, donec curuata coirent  
 Inter se capita, & manibus iam tangeret æquis  
 Læua aciem ferri, dexa, neruoque papillam.  
 Extemplo teli stridorem, aurasque sonantes  
 Audiit vnà Aruns, hæsitque in corpore ferrum.  
 865 Illum expirantem focij, atque extrema gementem  
 Obliti ignoto camporum in puluere linquunt.

ET DVXIT LONGE, DONEC CURVATA] Mirabilis καταύπνοισις ex Hom. II. δ. εὐφρομένη μὲν  
 μὲν ἢ πέλασσι, τὸ ξῆρ δ' ἰσθμῶν. Docet autem Plato Leg. ζ. his verbis, promiscuum fuisse virtusque ma-  
 nus in sagittando vsu: ἐδέξασθαι τὸ πῦρ δ' ἰσθμῶν νόμῳ, ἐν ἐν ἀεισεραῖα πῦρον ἀπ' ἀγρῶν, ἐν δεξίῳ δὲ οἷον περὶ  
 ἀγρῶν μόνον, ἀλλ' ὁμοίως ἐκτέροις ἐπ' ἀμφοτέρω χεράσιν. Locum autem hunc Maronis expressisse  
 videtur Calab. lib. 10. ὡς ἐπὶ τῶν νάρκω μὲν εὐστροφῶν ἀγγυῶν μὲν εἰρησῆ, κικλῶν δὲ κίρας, ἢ ἀμείλιχῶν  
 ἰσθμῶν, τὸ ξῆρ δὲ αἰετῶν ἀκωνῶν τὸ πῦρ δὲ αἰετῶν βίβ. Eustathius in illum Hom. locum II. ε. εἴθε δ'  
 ἐπὶ νάρκῳ, τὸν δ' αὖ μὲν ἀμείλιχῶν ἔκτορας αὖ ἐρύοντα, &c. αὖ ἐρύοντα τὸ ἐμπικλῶν ἢ ὀπίσω θύλοισι' qui actus in con-  
 tentione iaculantis & ictum designantis est, manum scilicet ad mittendū telum reducentis. T E L I  
 S T R I D O R E M] Sæpe Homerus αἰσῆ φοῖζον, ἢ δὲ δὴ τὸν ἀκόντων & Calab. 10. μέγα δ' ἔβραζε νάρκῳ ἰσθμῶν  
 συμμένον δὲ σπινθῆ.

Opis

Opis ad ætherium pennis aufertur Olympum;  
 Prima fugit, domina amissa, leuis ala Camillæ:  
 Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas:  
 870 Disiectique duces, desolatique manipuli  
 Tuta petunt, & equis auersi ad mœnia tendunt.  
 Nec quisquam instantes Teucros, lethumque ferentes  
 Sustentare valet telis, aut sistere contra:  
 Sed laxos referunt humeris languentibus arcus:  
 875 Quadrupedumque putrem cursu quatit vngula campum.  
 Voluitur ad muros caligine turbidus atra  
 Puluis, & è speculis percussa pectora matres,  
 Fœmineum clamorem ad cæli fidera tollunt.  
 Qui cursu portas primi irrupere patentes:  
 880 Hos inimica super misto premit agmine turba:  
 Nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso  
 Mœnibus in patriis, atque inter tuta domorum  
 Confixi expirant animas. pars claudere portas:  
 Nec sociis aperire viam, nec mœnibus audent  
 885 Accipere orantes: oriturque miserima cædes  
 Defendentum armis aditus, inque arma ruentum.  
 Exclusi ante oculos, lacrymantumque ora parentum,  
 Pars in præcipites fossas, vrgente ruina,  
 Voluitur, immixtis pars cæca & concita frenis,  
 890 Arietat in portas, & duros obiice postes.

QVADRUPEDVMQVE PV TREM] Suprà, Quadrupedante putrem &c. Est autem hoc &  
 genere carminum, quæ à Grammaticis & criticis χαλεπαῖ μέτρα, prolata difficultia vocantur. VOI VI-  
 TVR AD MV. CAL. TVRB. AT. PVLVIS] κοινορτῆς. Hom. κοινορτῆς ἀρτῆς ἀειδέεσσι. & Eurip. in  
 Troad. κόνις δ' ἴσα κερτῆ πῆρυγι ἀρτῆς ἀειδέεσσι. CONFIXI EXPIRANT ANIMAS] Familiare poëtis  
 Græcis ἀποτρίβειν θυμῶν, & εὐπνέειν ψυχῶν, & βίον, vt supra. IMMIS. P. C. ET C. FRENIS] Suprà,  
 clausique immittit habenas. ARIETAT IN PORTAS] κροκοπέειν Græci dicunt, & κροκοπέειν, & κρο-  
 κῶπιον, & κροκοπέειν. Plautus actiue extulit in Truc. Quis proteruè nostras ædes arietat? Curtius: Ma-  
 cedo gladium cœperat stringere, quem occupatū complexu, pedibus repente subductis, Dioxip-  
 pus arietavit in terram.

Ipsæ de muris summo certamine matres,  
 (Monstrat amor verus patriæ) vt videre Camillam,  
 Tela manu trepidæ iaciunt: ac robore duro,  
 Stipitibus ferrum, sudibusque imitantur obustis  
 895 Præcipites, primæque mori pro mœnibus audent.  
 Interea Turnum in syluis sæuissimus implet  
 Nuntius, & iuueni ingentem fert Acca tumultum:  
 Deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam:  
 Inguere infensos hostes, & Marte secundo  
 900 Omnia corripuisse, metum iam ad mœnia ferri.  
 Ille furens (& sæua Iouis sic numina poscunt)  
 Deserit obsessos colles: nemora aspera linquit.

MONSTRAT AMOR VERVS PATRIÆ] φιλοπατριῆς tam patriis quàm patriæ amorē sonat.  
 τὸ φιλοπατριῆς etiam patriæ caritatem significat. SVDIBVSQVE IMITANTVR OBVSTIS] Ni-  
 mirum vt ab auctoribus traditum est, trabes, valli, pali que acuti, vltulati & obusti in tantum du-  
 rescunt, vt in aquam præsertim depacti, vix vlla tēporis longinquitate, aut carie expugnari possint,  
 tanta perdurantes contumacia, vt non alia solidiora fundamenta, pilis, molibus, & infans priscorū  
 y 3 structioy



structionibus ferendis reperta fuisse ad perennitatem credantur: vnde & hic matres sudibus obnitiū A. ferrum imitari dixit, hoc est, pro præpilatis, ferratis, mucronatisque vfas fuisse, tanquam in ferrum quodammodo duruissent. Græci quoque κερρωτὸν lignum acutum, & præustum, vocant. Suprà, sudibusque præustis. MORI PRO MOENIBVS AVDENT] Tale quid in Suppl. Eurip. ἀπὸ πύργων πολίται θνήσκον. SÆVISS. IMPLET NVNTIVS] Seruio nuntius est qui nūtiat, nuntium quod nuntiat. Sed falli Seruium docti consentiunt: neque enim nuntium neutro genere, aut nuntia, sed masculino semper effert. Implet autem Turnum dixit, pro eo quod Plato in Apolog. Socratis, τῶν δαιμόνων λέγοντες ἑμπεπλησμένοι ὁ μὲν τὰ ἅπαντα διαβάλλοντες. SÆVA IOVIS SIC NVMINA POSCVNT] δὲ δὲ ἔργα ἐστὶ βουλή. Hom.

Vix è conspectu exierat, campumque tenebat:  
Cum pater Æneas saltus ingressus apertos,  
905 Exuperátque iugum, sylváque euadit opaca.  
Sic ambo ad muros rapidi, totóque feruntur  
Agmine, nec longis inter se passibus absunt.  
At simul Æneas fumantes puluere campos  
Prospexit longè, Laurentiáque agmina vidit:  
910 Et sæuum Æneam agnouit Turnus in armis:  
Aduentumque pedum, flatusque audiuit equorum.  
Continuoque incant pugnæ, & prælia tentent,  
Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero  
Tingat equos, noctemque die labente reducat.  
915 Confidunt castris ante urbem, & mcenia vallant.

AT SIMVL ÆNEAS FVM. PVL. CAMPOS] Hic versus cum tribus proximè & ex ordine consequentibus, conuenire videtur istis Æschyli in Suppl. ὁρῶ κόνιν ἀναυδὸν ἀγγελοῦ σέσηστος, ὅστις οὐ σὺ γὰρ ἐξ ἡνίκαιτο, ὁ γὰρ δ' ἄσπαστος ἦτορ, ἢ θρυσοσίαν λάδοισα ζῶν ἵπποις κερμύλοισι τ' ὄχημασι. Vt autem, fumantes puluere campos, Euripidis paulò antè versus prolatus est, κόνις δ' ἴσα κερμύλη πύργου ποδὸς αἰθέρα. CONTINUOQUE INEANT PVGN. ET PRÆL. TENTENT] Pro iniuissent, & tentassent, vt sub eodem modo Hom. Od. ω. κέρην κ' αἰζάντες ἕσαν κολίας δὲ νύκτας, εἰ μὴ ἀνὴρ κερτέρηκε παλαμάτω πολλὰ τε εἰδὼς νέσασθ' ὅβρι καὶ ἕσαν, ἀντὶ τοῦ βαίπων ἀν' ὅτι ἵππων κεν ἔπυλον τροίλου ἔλοι ἡβας ἀχαιῶν, εἰ μὴ ἀπολλών φείδῃ ἀγλῶν ἐδόν ἀήκη, cuius vis modi pēdere videtur à particula adiuncta ἀν, κεν, vel κεν. Qua forma & Calab. 6. ἡ γυνὴν τότε τήρησεν ἐξ ἄσπαστος πύργῳ νύκτας, εἰ μὴ νύξ ἀπὸ τοῦ σὺ βαδύω ἦε ἀγρῶσσι.

P. V. M. A.

A. P. V. MARONIS ÆNEIDOS LIBER DVODECIMVS.



VRNVS vt infractos aduerso Marte Latinos Defecisse videt, sua nunc promissa repofci, Se signari oculis, vltro implacabilis ardet, Attollitque animos. Pœnorum qualis in aruis Saucius ille graui venantum vulnere pectus, Tum demū mouet arma leo, gaudetque comantes

Excitans ceruicē toros, fixumque latronis Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento. Haud secus accenso gliscit violentia Turno.  
B 10 Tum sic affatur regem, atque ita turbidus inquit. Nulla mora in Turno, nihil est quod dicta retractent Ignauī Æneadæ, nec, quæ pepigere, recusent: Congredior, fer sacra pater, & concipe fœdus. Aut hac Dardanium dextra sub tartara mittam  
15 Desertorem Asiæ (sedeant, spectentque Latini) Et solus ferro crimen commune refellam: Aut habeat victos: cedat Lauinia coniux.

INFRACTOS] Vide supra lib. 9. Infractæ ad prælia vires. SE SIGNARI OCVLIS] ἄσπαστος πῶς dixit Plato in Critone: πολέμου ἦξεις δ' σώκεσθαι τῆ τέττων πολιτείᾳ, ἢ ἕσον ἀπ κήδοντων ἡδὲ ἀντήστων ἀπλοίων ἀσπλάγγουται σε διαφύρα ἠρώμενοι ἡδὲ νόμων & Eurip. in Herc. κἀπῶσι δ' ἀσπλάγγουται ὡς ἀγνοασμένοι γλώσσῃς πύρις κένδρασι κληθεὺς ἡρώμενοι. Videtur autem hic ita signari oculis accepisse, vt Il. γ. ἐπὶ φέρον, sub persona Hectoris ad Paridem tergierantem, & Menelai occursum declinantem: καὶ μετὰ βουλομένο, καὶ κεν πῶς κέρθον ἦτορ, ἢ οὐτὰ λάβω τ' ἐμναί, ἢ ἐπὶ φέρον ἀλλων, nisi ἄσπαστος, vt doctissimo viro placet, legendū sit, vel, vt aliis, ἐπὶ φέρον. Nempe & videtur Græcorum imitatus poeta hic τὸ δυνδίνον, quod Ionibus est sublatina, & nutu oculorum mordere & irridere, ἀπὸ ἡδὲ ἰλλῶν, & τὸ σπλάγγειν, vnde & σίλλω & σπλάγγειν, quod circumspicendo, & despectando interdum ludificari significat. Certè Calab. lib. 7. eo Hom. loco ἀσπλάγγον legisse videtur, quem imitatus dixit, εἰ γὰρ οὐκ ἐκ ζώμενα κείνοιαν ἦσαν μέγα κεδέσθ' ὀνόθ' ἀμφικλήνη, δένον δ' ἀσπλάγγον ἔμμενοι ἀλλων' quam lectionem agnoscit Tusan. lexico suo, interpretatus ἀσπλάγγον, ἔμπεπλησθέν ἡδὲ λοιπῶν ἀσπλάγγουται δὲ μίσθ'. GAVDERE COMANTES] Ita Homero κέρωντες Il. 11. χαλκῶπιδ' ἴσ' πρὸ δ' αὐπῆτα χροσθήσιν ἐξείρησιν κομβώντες. & λέοντα ἐν γυμνῶν. Catull. de leone: Rutilam ferox torosa ceruicē quare iubam. Græci à brutis metaphora ducta ἀναχακίζειν dicunt, pro δραστηρόσιν ἢ ἀγροσδίταις, quæ ferociam significant & produnt iubis fetisue inhortescendo: vt supra de Cerbero, horrere videns iam colla colubris, FIXVMQVE LATRONIS] Latronem Grammatici ἀπ τὸ λάτρου deducunt, hoc est, τὸ μισθῆ, & λάτεις, qui mercede seruit conductus, vnde & λατρεία, & λατρίων. Nunc viatūm obsessorem latronem vocant, quod à latere adoriatur. Varro maullt quasi latefones dici, quod circa latera regum sint, vt satellites. Vide Ser. Sunt & qui ἀπ τὸ λάτρου. SEDEANT, SPECTENTQVE LATINI] κατὰ δὲ πῶσιν δειόμενοι. Sedeant, hoc verbum continet opprobrium aliquod ignauiæ & fœcordiæ, vt superius, pacem laudate sedentes, & Georg. Dum meliora deos pastor sedet omnia poscens.

Olli sedato respondit corde Latinus,  
O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci  
20 Virtute exuperas, tantò me impensius æquum est  
Consultere, atque omnes metuentem expendere casus.  
Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta  
Multa manu, nec non aurumque, animusque Latino est.  
Sunt aliæ innuptæ Latio, & Laurentibus agris,  
25 Nec genus indecores: sine me hæc haud mollia fatu  
Sublatis aperire dolis, simul hæc animo hauri:  
Me natam nulli veterum sociare procorum

Fas erat: idque omnes diuique, hominesque canebant.  
 Victus amore tui, cognato sanguine victus,  
 30 Coniugis & mœstæ lacrymis, vincula omnia rupi.  
 Promissum eripui genero, atque arma impia sumpsi.  
 Ex illo qui me casus, quæ, Turne, sequantur  
 Bella, vidēs, quantos primus patiare labores.

QUANTVM IPSE FEROCI VIRTUTE EXVP.] Feroci virtute: Sic & Græcis φρόνημα nunc φρόνησι, prudentiam, nunc ferociam significat: vnde φρονηματίας. S VNT ALIÆ INNVPTE LA- TIΟ] Hom. II. i. πολλοὶ ἀχαιῖδες εἰσὶν ἀν' ἑλλάδα τε, φθίλω τε, κοῦραι ἀεισέων οἵ τε πολλοὶ δρῶντες ῥύονται, τῶν δὲ κ' ἐθέλοισι φίλων παύσειν ἀποιπν. SUBLATIS APERIRE DOLIS] Credo τὸ ἀπεργῶς apud Aristot. lib. De morib. i. huic sublati dolis respondere. Sic autem habet contextus Aristotelis. ἀπεργῶς δὲ καλεῖται τὰ ἀφελουμένα τὰ σώματα ὅ μὲν εἰς τὰ δεξιὰ παραρριζομένον κινήσει, τῶν αὐτῶν εἰς τὰ ἀεστέρα φέρει, ἢ δὲ τῆς ψυχῆς οὕτως ἀπεργῶς quippe cum Martyre pro affirmandi particula accipio, hoc est, sine dolo, certè: non, vt Eustathius, ἀντὶ τῶ λαν. EX ILLO] ἐν τούτῳ, ἐξ ἡμέτερου.

Bis magna victi pugna, vix vrbe tuemur  
 35 Spes Italas: recalent nostro Tyberina fluenta  
 Sanguine adhuc, campi que ingentes ossibus alben.  
 Quo referor toties? quæ mentem insania mutat?  
 Si Turno extincto, socios sum accire paratus:  
 Cur non incolumi potius certamina tollo?  
 40 Quid confanguinei Rutuli, quid cætera dicet  
 Italia, ad mortem si te (fors dicta refuter)  
 Prodiderim, natam, & connubia nostra petentem?  
 Respice res bello varias: miserere parentis  
 Longæui, quem nunc mœstum patria Ardea longè  
 45 Diuidit. haudquaquam dictis violentia Turni  
 Flectitur: exuperat magis, ægrescit que medendo.

BIS MAGNA VICTI PUGNA] Sic & Græcis μάχη μεγάλη. Plutarch. περὶ ἡρώτων τῶν δεινῶν ἡρώτων δὲ καὶ ἀσπασταλῶν ἀείπει, ἢ κατὰ τὴν μάχην μεγάλην κατὰ τὴν δεινότητα αὐτῶν, &c. CAMPIQUE ING. OSS. ALBENT] Supr. campos multorum ossibus albos: & Tacitus lib. I. Medio campi albertia ossa, vt fugerant, vt resisterant, difiecta vel aggerata. MISERERE PARENTIS LONGÆVI] Sic Sophocli. in Aiæc. ἀλλ' αἰδέσασθε πατέρας τὸν σὸν ἐν λυγρῇ γήρῃ: παραλείπων. EXUPERAT MAG. ÆGRESKITQUE MEDENDO] Exiuperat, modum excedit, eò magis incenditur: vt Græcis ἐπιβόλην absolute, vnde & ἐπιβόλη.

Vt primum fieri potuit, sic incipit ore.  
 Quam pro me curam geris, hanc precor, optime, pro me  
 Deponas; lethumque linas pro laude pacisci.  
 50 Et nos tela pater, ferrumque haud debile dextra  
 Spargimus, & nostro sequitur de vulnere sanguis.  
 Longè illi dea mater erit, quæ nube fugacem  
 Fœminea tegat, & vanis sese occulat vmbriis.

FERRVMQUE HAUD DEBILE DEXTRA SPARG.] Eodem modo II. e. τῶν δ' ἐπὶ δούρατ' ἔρχεται δ' ἔτα. LONGÈ ILLI DEA MATER ERIT] Alludit ad locum illum Hom. II. a. de Æneæ Venere Diomederepto: ἡ γυνὴ γὰρ ἀπόλοισι ἀναξ' ἀνδρῶν ἀνέειε, οἱ μὴ ἀσ' ἐξ ὅ νῆπιος διδοὶ θυγάτηρ ἀφροδίτη, μή τις ἢ μιν ἴσῳ ἀγγέλιον τέκε βουκολέοντι, ἀμφὶ δ' ἔδον φίλον ἦδ' ἄγροιστο, πηχέας λάκκας, ἀρόδτε δ' εἰ πείποιο φαντοσὶ πύργῳ σιάλων, ἔριθ' ἔμεν βαλῶν; μή τις δανάων περὶ πύργων χαλκίῳ ἐπὶ τῆσσι βαλῶν δῶπ' ἔπιπτον ἔλαιτο, ἢ ἢ φίλον ἦδ' ἴσῳ ἀφροδίτη πηχέοντο.

At regina noua pugnae conterrita forte  
 55 Flebat, & ardentem generum moritura tenebat.  
 Turne, per has ego te lacrymas, per si quis Amatae

Tangit

Tangit honos animum, spes tu nunc vna senectæ,  
 Tu requies miseræ: decus, imperiumque Latini  
 Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit:  
 60 Vnum oro, desiste manum committere Teucris.  
 Qui te cunque manent isto certamine casus,  
 Et me Turne manent: simul hæc inuisa relinquam  
 Lumina, nec generum Æneam captiua videbo.  
 65 Accipit vocem lacrymis Lauinia matris,  
 Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem  
 Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.  
 Indum sanguineo veluti violauerit ostro  
 Si quis ebur, vel mista rubent vbi lilia multa  
 Alba rosa: tales virgo dabat ore colores.

IN TE OMNIS DOMVS INCLINATA RECVMBIT] Ita & Sophocli. χροῖα δ' ἀργήσαν ἡμῶν εἴθ' ὅ. MANVM COMMITTERE] Græci χροῖα & μάχην συνάψαν. CUI PLVRIMVS IGNEM SVBIECIT RVBOR] Eurip. in Iphig. φονίσιουσα παρ' ἡμῶν ἀχαιῶν νεοδαλεῖ. CALEFACTA PER ORA CVCVRRIT] Infra, per ossa cucurrit. INDVM SANG. VEL VIOL. OST. SI QVIS EBVR] Ex Hom. ὡς δ' ὅτε πύτ' ἐλέφαντα γυμνὸν φόνικι μιλῶν. vnde Luciano φονισθῆναι παρειαί. MISTA RVBENT VBI LILIA MVLTA ALBA ROSA] Sic & Epig. Gr. κρῖνον γυμνῶν λάκκῳ χροῖα: de mixtis autem liliis rosis, Anacreon, ὅσ' ἐκ πᾶν τεφάνοισι ὅπως σφέσσι τὰ λάκκα ῥόδους κρῖνα πακύνται. Musæus: ἀνεξ' ὅ γρόνον φονίσιου κύκλα παρειαῖ, ὡς ῥόδον ἐν ἡλιόκων διδυμῶ χροῖα, ἢ τὰ χροῖα φάεισ ἡρόδ; ἐν μελέεσσιν ῥόδων λάκκα φαίνουσι. χροῖα δὲ μελέων ἐρυθαίνετο.

70 Illum turbat amor: figitque in virgine vultus:  
 Ardet in arma magis: paucisque affatur Amatam.  
 Ne quaeso, ne me lacrymis, neue omine tanto  
 Prosequere in duri certamina Martis euntem  
 75 O mater: neque enim Turno mora libera mortis.  
 Nuntius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno  
 Haud placitura refer. cum primum craftina celo  
 Puniceis inuecta rosis aurora rubebit:  
 Non Teucros agat in Rutulos: Teucrum arma quiescant,  
 Et Rutulum: nostro dirimatur sanguine bellum:  
 80 Illo quaeratur coniux. Lauinia campo  
 Hæc vbi dicta dedit, rapidusque in tecta recessit:  
 Poscit equos, gaudetque tuens ante ora frementes:  
 Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia:  
 Qui candore niues anteirent, cursibus auras.  
 D 85 Circumstant properi aurigæ: manibusque laceffunt  
 Pectora plausa cauis, & colla comantia pectunt.

NE QVÆSO, NE ME LACRYMIS] Tale est apud Apollonium Iasonis ad matrem: μή μοι κούραλέας ἐν βάλανῳ μήτερ ἀνίας ὄψεσθαι, ἐπεὶ ἔγωγε ἐρυθήσεις κακότητι ὅ δ' ἀμύρην, ἀλλ' ἐπὶ κεν ἢ ἀλγιστὴν ἀλγῶ. PUNICEIS INVECTA ROTIS AVROA RVBEBIT] Sic & Pind. παλῶν χροῖα ἡρώτων. GAVDETQUE TVENS] Sic apud Calab. 7. κῆρη δ' εἰς ὕψ' ἀείρει φροσίζον μάλα πολλὰ, ἢ ὅ δ' ἐπιτέρεται ἀναιπῶ. PILVMNO QVOS IPSA DEC. DED. ORITHYIA] Defendit à Criticorum reprehensione hunc locum Turnebus, qui negat incongruum esse deam deo equos Thracios donauisse, cum & ἑρμῆν πικροβόρον vocet Hesiod. & Thraces equos passim Hometus, & ipse Maro carminibus comendat. Ego certè, vt cum Turnebo sentiam, tam alienum quàm Critici, hoc figmentum accipere non possum: nam & hospitij dona multas, inter absentes locisque disunctos, amicitias tradita, vel missitata iunxisse certum est ex Homero, cæteris auctoribus, & poetis, & huius auctoris superioribus libris: vt eo loco, dona hospitio cum iungeret absens, & eo Æn. 8. vbi Anchisen narrat poeta Euandrum in Græcia muneribus demeruisse: Præterea & Quintus Calaber suo poemati omnino hoc figmentum inseruit, his vers. lib. 1. de equo Penthesileæ: ἔζητο δ' ἰπασθῆς κούρα τ

καὶ τὸ ἀκουάτωρ, τὸν οἱ ἄλλοι βάρεον ὡς πατρὸς ἰσχυρῶς παρὰ τὴν ἑλπίδα κινδύον, ὅς τε δὴ μεταφράσει ἄρπυγας. QVI CANDORE NIVES, &c.] Ex Hom. II. κ. κ. ἀκρότεροι χλόν, θέεν δ' ἀνέμοισιν ἐμίαι.

Ipse dehinc auro squallentem, alboque orichalco  
Circundat lorica[m] humeris: simul aptat habendo  
Ensemque, clypeumque, & rubrae cornua cristae;  
90 Ensem, quem Dauno ignipotens Deus ipse parenti  
Fecerat, & Stygia candentem tinxerat vnda.  
Exin, quae in mediis ingenti adnixa columnae  
Aedibus adstabat, validam vi corripit hastam,  
Actoris Aurunci spoliū: quassatque tumentem  
95 Vociferans. Nunc o nunquam frustrata vocatus  
Hasta mebs, nunc tempus adest: te maximus Actor,  
Te Turni nunc dextra gerit: da sternere corpus,  
Loricamque manu valida lacerare reuulsam  
Semiuri Phrygis, & foedare in pulvere crines  
100 Vibratos calido ferro, myrrhaeque madentes.  
His agitur furiis: totoque ardentis ab ore  
Scintillae absistunt: oculis micat acribus ignis.

ALBOQUE ORICHALCO] Graecis ἀρχαλλός, vel ἀρείχαλλός, aes montanum, de quo Apollonij interpres lib. 4. ἀρείχαλλός ἐστὶ χαλλός, ἀπὸ ἀρείου πυρός, ἡνιοκίον ἀρεῖον ἀνομασίαν ἀειστέλιος δὲ ἐπιπελάσιος οὐδὲ ἀρχαλλόν τὸ ὄνομα, μὴ δὲ τὸ τέτυκτο εἶδος, τὸ δὲ ἀρείχαλλόν ἐνίοι ὑποκαταβάουσι λέγοντες, μὴ εἶδος δὲ, ἢ εἰ μὴ διασποράν τι ποιοῦσι, οἱ δὲ πολὺ παραμυθίζονται φασὶν αὐτοὶ ἀρχαλλόν, μνημονοῦντι ἐπιπέλασιος ἢ βακχολίδης, ἢ ἀειστέλιος δὲ ὁ χρυσομακρὸς σσημείος, τὸτο, ἄλλοι δὲ ἀνδρὶ ἀποπειθὸς λέγουσιν ὄνομα, ὡς σπικράτης, ἢ δειόπειρος ἐν εἰκοσῷ πέμπτῳ. οὕτως ἔστι ἐν τῇ κοινῇ λέξει τῇ συμμίκτῳ. SIMVL APAT HABENDO] Suprà Georg. Interque manus lentescit habendo: vnde habilis pharetra, ensis, &c. à poeta vsurpatur. C STYGiA CAND. TINKERAT VND] Tale quid non alienum ab hoc loco Sophocli. habet in Aiacē: ἀρ δὲ ἐναντὶς τῶν ἐχάλασσε ξίφος, κἀκείνῳ ἀδὴς θυμὸς ἄρτος ἀρτίος; & Hom. Od. 1. ὅς δ' ἔστ' ἀνὴρ χαλλῶδες πέλεκυος μέγαν, ἢ δὲ σπικρὸν εἰν ὕδατι ψυχρῷ βάπτει μέγ' ἄλα ἰάχοντα φορμάσων, τὸ δὲ αὐτὸ σιδήρου γὰ κρήνην. non ita omnino, vt hic *ensem candentem* Maro, Pind. Pyth. Ode 3. πικρὸς χαλλῶδες μέγαν τρυφάμενος & Lucr. 2. ferrum candescit in igne. QVAE IN MED. ING. ADN. COLUMNAE] Hom. Od. 2. & σ. ἐγχο. ἢ ἔστι φέρον ποδὲς κίονα μακρὰν. FOEDARE IN PVLVERE CRINES] Hom. II. σ. μ. ἀνδρῶν δὲ ἐδραμα ἀμαπὶ καὶ κοινῆσι, πᾶσι γὰρ μὲν ἐθέμις ἦεν ἰσχυροῦσι πύκνῳ μαίναςτα κοινῆσι. Vibratos autem calido ferro, Seruius accipit crispatos calamistro. Certè & cinifiones antiquis dicti à calefactis calamistris ad intorquendos fingendosque capillorum cincinnos, cirros, corymbos, croblyos tum mulieribus, tum effeminatis vitis mollibusque. Calamistratos autem crines vt muliebres notat, alludens ad saecula quibus Romae indulgere mariti vxoribus, quò formam suam concinniozem efficerent, capillos suos cinere rutilare. MYRRHAEQUE MADENTES] Myrra legit Turnebus. ARDENTIS AB ORE SCINTILLAE ABSISTUNT.] Offendit vt heroicum Imperatorē Turnum σινθηροβολήσασα, vt in eum Hom. Iliad. ε. Eustath. δὴ οἱ οἱ κέρυθ. his verbis corpora quaedam occulta naturae proprietate fauillas misisse docet: σμείωσαι ὅτι καὶ ἐξ ἐκόντων ὁ σπικρὸς πυρὸς τούτου ἐνταῦθα λόγος ἀπέσται τῷ ποιητῇ, ὅς πολλὰ καὶ τοιοῦτων πινῶν γινόμενων καὶ ἀπὸ τῶν μεγάλων κλεῖσάνδρου σωθεῖσσι κινδύων δὲ ἐμείνους ποῦ ἐν ἰνδία ἐπιπέλασιος τοῖς σπικροῖς καὶ τῶν ἰσχυρῶν, οἱ δὲ βάρβαροι σέλας π καὶ φάσμα ποδὲ τῶ σάματ ἐδὲσιν φέροντες, καὶ ὅμοιοι μὲν ὡς μύθον εἰπῶν, συμβιβάζει ἀλλοτροποιῶς. ἢ ἢ ἰσχυρῶν πολλὰ σάματ πυροβολήσασα διδάσκει, πβερῆς τὸ γὰρ ἰσχυρῶ σινθηρῶν ὕφει ποτὲ τῶ σάματ, καὶ τὸ τέρμα ἀπέβη αἰσίων, ἀπᾶσσε γὰρ ἐμείν. καὶ βαλίμης δὲ ὁ δειδερῆς πατῆρ, ὁ κατὰ τὴν ἰταλίαν, φασὶν, ἀπᾶσσε, οἰκίαν σάματ σινθηρῶν ἀπέπαλλε. καὶ πῆ δὲ σφῶς παλαιὸς φησι σπικρὸς ἐστὶ, ὅτι ἐνδονομένῳ πετῆ καὶ κινδυνομένου αὐτῷ σινθηρῶν ἀπεπῆδον ἐξ αἰσίων, ἔστι ὅτι καὶ κτυποῦνται, ἐνίστα δὲ καὶ φλόγες ὅλα κατέλαμπόν φησι, τὸ ἰμάτιον μὴ κινῆσαι, καὶ τὸ τέρμα ἐμείν. ἀρνοῦν λέγει εἰς ὁ τελειοποιεῖ. — ἐπὶ δὲ καὶ τὸ ἀβρογένης φράγγ. καὶ ἀλλῶν σάματ, καὶ θυμῷ τραχύτητα, φλογοειδῆς ἔστι, καὶ μὴ καὶ τὸ ἀπυρήσας τοῖς βαρβάροις πυρὶ φέροντες ἔργα ἐπιπέλασιος χεῖρας τε καὶ πόδας ἀνδρῶν καὶ φέροντες. OCVLLIS MICAT ACRIBUS IGNIS] Hom. ὅσως δὲ οἱ πυρὶ λαμπροῦσιν ἐκίτω & Hesiod. in scuto de leone: γλαυκῶν δ' ὄσως δεινόν, πᾶσας τε καὶ ὄμους, &c. Frequens apud Calab. ἄματτα μῆρμαῖουσιν ἴσον πυρὶ. Aristot. lib. De sens. refellit Platonem & Pythagoricos, qui visum omnem ad ignem pertinere volebant, quò commoto constrictoque oculo scintillae aliquae splendescant & emicent: cuius passionis causam eodem loco multis verbis reddit. Deprehendit autem Passeratius sumptum hunc locum ex Lucret. lib. 3. vbi *acribus* pro acris reponendum censet ex hoc Virgilij loco. At Lucretius: Est etiam calor ille, animo quem sumit in ira Cum feruefcit, & ex oculis micat acribus ardor.

Mugitus

Mugitus veluti cum prima in praelia taurus  
Terrificos ciet: atque irasci in cornua tentat,  
105 Arboris obnixus trunco, ventosque laceffit  
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena:  
Nec minus interea maternis saeuus in armis  
Aeneas acuit Martem, & se fuscitat ira,  
Oblato gaudens componi foedere bellum.  
110 Tum socios, mactisque metum solatur Iuli,  
Fata docens, regique iubet responsa Latino  
Certa referre viros, & pacis dicere leges.  
Postera vix summos spargebat lumine montes  
Orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt.  
B 115 Solis equi, lucemque elatis naribus efflant.  
Campum ad certamen magnae sub moenibus urbis  
Dimensi Rutili que viri, Teucrique parabant:  
In medioque focos, & diis communibus aras  
Gramineas: alij fontemque, ignemque ferebant  
120 Velati lino, & verbena tempora vinciti.

TERRIF. CIET, ATQVE IRASCI IN CORN. TENT. ARB. OBN. TRVNCO] Suprà hæc comparatio lib. Georg. 3. Hemistichion autem hoc, *ventosque laceffit Ictibus*, docuit me D. Lambinus ab illo Greco ductum, πολλὰ μάλιστα κατέσπιν ἐς ἡέρα θυμῶντα. SPARSA AD PVGN. PROLV. ARENA] Hesiod. de leone: ποτὶ γλάρει. Proludit autem, non proludit semper Virgilius. ACVIT MARTEM, ET SE FVSCIT IRA] Sic & Xenoph. ἄρμ. ἐπὶ τὰς ἰσχυρῶν ἢ ἰσχυρῶν, καὶ ἐξοργίζεν ποδὲ τῶς πλεμῶν. Certè tauri proliudia irarum respicere poetam verisimile est, aut leonis, quem paribus penè irritamentis incandescere certum est, vt ipse cuius ἀλκαία cauda dicitur proprie, ἀπὸ τῶ δὲ αὐτῆς ἀπὸ ἀλλῶν πέπτεσθαι, quòd se causa conuerberando in iras excitetur, vt ex Hesiodo docuimus paulò antè. CATVL. DE LEONE: ferus ipse sese adhortans rapidum incitat animum, Salit, infremit. PACIS DICERE LEGES] Imitatione Graecorum, qui νόμον λέγειν. Plato lib. 8. Leg. ὅτι νόμον ὁ νομοθέτης λέγει. POSTERA VIX SVM. SP. LVM. MON. OR. D. C. PR. AL. SE GVR. TOL. &c.] Tale quid Od. 4. πῶ δ' αὐτὸ ῥύσασθ' ἐπ' ἀκρον γυροσβέρονον, οὐδ' ἔα ἰσχυρῶν ἀνὴρ ποδὲ φάσθαι ἀνδράποισι φέροντας κίοντα καὶ φάσθαι ὅτι ἡδὲ πᾶσι ἀρνοῦσιν. Diuersa est tamen horum versuum à Virgilianis sententia. Hic autem Ennium imitatus est Maro, cuius est, funduntque elatis naribus lucem. ET DIIS COMMVNIBVS ARAS] Graeci κοινωμῶντες vocant ab eadem ara homines eiusdem religionis, deos item communes. Quòd autem Seruius communes Marem, Bellonam, Victoriā dicit, Homerus non dissimili sententia prorsus ἀρτω ἀλλοτρίων, ξυμῶν, ἐνυάλων, ἐπεργαία νίκης vocitat, & Δημήτρεσσι, cuius hic Seruius sub titulo matris deum meminit, saepe Eurip. πάντων θεῶν nominat. κοινωμῶντες item mentionē facit Aeschyl. in Suppl. πάντων δ' ἀνέκτων ἢ κοινωμῶν σέβασθ' ἐν ἀργῶ, δεσπῶς ὡς πλεῖσθων. Caterum hic Turnebus exiltimat communes deos dici, quorum simulacra in gramineis aris erant positura, vt eorum interuentu & religione sanciretur foedus, atque adeò communes vocari, quòd eorum sacramento & religione communiter vtraque pars foedus esset percussura, & eorum numeribus statuta, vt dii sint communes Troianis & Latinis in foedere sanciendo. VELATI LINO] Alij lino legunt, pro vestis genere.

Procedit legio Aufonidum: pilataque plenis  
Agmina se fundunt portis. hinc Troius omnis,  
Tyrrhenusque ruit variis exercitus armis,  
Haud secus instructi ferro, quam si aspera Martis  
125 Pugna vocet: nec non mediis in millibus ipsi  
Ductores auro volitant, ostroque decori,  
Et genus Asiaraci Mnestheus, & fortis Asylas,  
Et Messapus equum domitor, Neptunia proles.  
Vtque dato signo spatia in sua quisque recessit:  
130 Desigunt tellure hastas, & scuta reclinant.

Tum



Tum studio effusæ matres, & vulgus inermum.  
Inualidique senes, turres, & tecta domorum  
Obsedère, alij portis sublimibus astant.

DEFIGUNT TELLURE HAST. ET SC. RECL. ] Hom. Il. γ. τέρχρα δ' ἐξεδύοντο, τὰ δὲ χεῖρ-  
δεντ' ἐπὶ γαίῃ πῆστον ἀνδράων -- ἀσπίδα κελυμένον, ὅθεν δ' ἔγχεα μακρὰ πέπτητο. Vide autem Bud. Comm.  
quid sibi velint ea castrensia verba ἐπὶ δόρυ κλισίαι, ἐφ' ὠρίαν, & ἐπ' ἀσπίδα. Hanc defigendarum ha-  
stiarum consuetudinem & in Poetic. docuit Aristot. suo quoque tēpore ab Illyriis, quibus & Dio-  
medes imperavit, observatam fuisse. SCVTA RECLINANT ] Credo ea forma dictum, qua ab  
Homero Il. δ. ἀνακλίνουσι τὸν κρηδὸς τῆ γῆ, ἀντὶ τῆς χεῖρα δεινῆαι. INVALIDIDYB SENES] Eurip. in He-  
cuba, φροδιδίῳ φρέσβεις, φροδιδίαι καὶ δειοί.

- 135 At Iuno ex summo, qui nunc Albanus habetur,  
(Tum neque nomen erat, neque honos, aut gloria monti)  
Prospiciens tumulo, campum spectabat, & ambas  
Laurentum, Troumque acies, urbemque Latini.  
Extemplo Turni sic est affata sororem  
Diuā deam: stagnis quæ fluminibusque sonoris  
140 Præsidet: hunc illi rex ætheris altus honorem  
Iupiter, erepta pro virginitate, sacrauit.  
Nympha decus fluuiorum, animo gratissima nostro,  
Scis ut te cunctis vnam, quæcunque Latinæ  
145 Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile,  
Prætulerm, cælique lubens in parte locarim.  
Disce tuum, ne me incuses, Iuturna dolorem.  
Quà visa est fortuna pati, Parcæque sinebant  
Cedere res Latio, Turnum, & tua mœnia texi:  
Nunc iuuenem imparibus video concurrere fatis:  
150 Parcarumque dies, & vis inimica propinquat.  
Non pugnam aspicere hanc oculis, non fœdera possum.  
Tu pro germano, si quid præsentis audes,  
Perge: decet: forsan miseris meliora sequentur.

HONOREM-EREPTA PRO VIRG. SACR. ] τὰ διαπαρθέντα. ANIMO GRATISS. NO-  
STRO] Ex Hom. ἐμὴ καχερισμένη θυμῷ. MAGNANIMI IOVIS INGR. ASC. CVBILE] Ea for-  
ma qua Hom. παρθένην αἰδμήν ἐστρωμένην εἰσαναβάσαι ἀρήν κρατερῶν & Hes. in Scu. πρήν' ἢς ἀλγῶν ἐπιβίβασαι  
ἀνῆς. & in Theog. ἱερὸν λέχθ' εἰσαναβείβανον & Eurip. in Hel. de Calysto: διδὸς εἰ λεχέων ἐπέβας τριβόλαια  
γυμῆς. Non est autem extra rem illud Apollonij lib. 4. quamuis diuinae sententiæ, sub Iunonis per-  
sona ad Theidem: ἐξέτι νηπιότης αὐτῆ βέρον, ἢδ' ἀγέμου ἐξοχρὸν ἀλλόων, αὐτ' εἰν ἀλλ' νεμετάουσι, οὐκ κεν οὐδὲ  
ἔτλης δὴν διδὸς ἐμμένοις λέξασθ'. SI QVID PRÆSENTIVS AVDES] Pro animi præsentia Græci πε-  
ράσημα, & παράστασις, & παρασηπιδὸν, confidentem & animosum, & παρασηπιδου, animo præsentem esse  
& interrito.

- 155 Vix ea, cum lacrymas oculis Iuturna profudit,  
Terque, quaterque manu pectus percussit honestum.  
Non lacrymis hoc tempus, ait Saturnia Iuno:  
Accelera, & fratrem, si quis modus, eripe morti:  
Aut tu bella cie, conceptumque excute fœdus:  
Auctor ego audendi. sic exhortata reliquit  
160 Incertam, & tristi turbatam vulnere mentis.  
Interea reges (ingenti mole Latinus  
Quadriungo vehitur curru, cui tempora circum  
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,  
Solis aui specimen, bigis it Turnus in albis,  
165 Bina manu lato crispans hastilia ferro:

AVCTOR

AVCTOR EGO AVDENDI] Sic & fœminino genere Ouid. lib. 4. Fast. Optima tu proprij nu-  
minis auctor eris: vt Græcis item ὁ δὲ ἢ ἀπὸ. Aristot. fœm. gen. extulit lib. De mundo: ἢ ἐν οὐρανῷ  
ἀνάμειος σύμπαν ἀπὸ γίνεται σωτηρίας. & Meteor. α. πῦρ δὲ μὴ γίνεσθαι πολλὰς μὲν ἀπὸ πολλὰς κομῆταις, ἢ μάλ-  
λου αὐτῶν τ' προσπίπτων, ἢ ἄνωγος, ἀπὸ πῦρ δὲ πῆλιν ἢ ὄψ' ἀστρων κίνησις. Æsopus item in fabulis pari genere ex-  
tulit: vt & neutro Virg. Æn. 10. Italiani petiit fati auctoribus, esto. Grammatici autem per t sine c  
præcedente, vel h sublequente scribunt, quod auctor verbale fit ab augeo, & auctor à Græco ἀυτοαυγος  
deriunt: quamuis non desint, qui & aspirationem tolerant, referentes ad Græcam item vocem ἀυ-  
δέντις. QVADRIUNGO VEHITVR CVRRV] τετραορία, τετραζύγι ἀρματι, τετραπύρω vnde τετραπύ-  
ρωσις. Nonnus κρότων τετραζύγι vocat à quatuor limitibus, ortu, occasu, &c. BINA MA. LA. CR.  
HAST.] Hom. ἀντὰρ ὁ δὸδρε δύω κειροδυμένα χαλιφ' ἀλλῶν alibi Virg. coruscare.

- Hinc pater Æneas, Romanæ stirpis origo,  
Sidereo flagrans clypeo, & cælestibus armis,  
Et iuxta Ascanius, magnæ spes altera Romæ)  
Procedunt castris: puraque in veste sacerdos  
170 Setigeræ fœtum suis, intonsamque bidentem  
Attulit, admouitque pecus flagrantibus aris.  
Illi ad surgentem conuersi lumina solem,  
Dant fruges manibus salsas, & tempora ferro  
Summa notant pecudum, paterisque altaria libant.  
175 Tum pius Æneas stricto sic ense precatur.  
Esto nunc sol testis, & hæc mihi terra precanti,  
Quam propter tantos potui perferre labores:  
Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno  
Iam melior, iam diua precor, tuque inclyte Mauors,  
180 Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques:  
Fontesque, fluuiosque voco, quæque ætheris alti  
Relligio, & quæ cœruleo sunt numina ponto:  
Cesserit Ansonio si fors victoria Turno,  
Conuenit Euandri victos discedere ad urbem:  
185 Cedet Iulus agris, nec post arma vlla rebelles  
Æneadæ referent, ferrouæ hæc regna laceffent.  
Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem,  
Vt potius reor, & potius Dij numine firment:  
Non ego nec Teucris Italos parere iubebo,  
190 Nec mihi regna pcto: paribus se legibus ambæ  
Inuictæ gentes æterna in fœdera mittant.  
Sacra, deosque dabo: focer arma Latinus habeto.  
Imperium solenne focer, mihi mœnia Teucri  
Constituent, vrbi que dabit Lauinia nomen.

DANT FRVGES MANIBVS SALSAS] Hom. ἀντὰρ ἐπεὶ ῥ' ὀξυκρότος οὐλοχότας περιβόλοντο.  
Solemnia autem fœderis concipiendi Græco more ab Homero his verbis explicantur, quæ ali-  
qua ex parte huic loco respondent: ἔρχεται πρὸς δὲ τῶν στυγερῶν, κρητῆς δὲ οἶνον μῆτρον, ἀτὰρ βασιλευδων ὕδωρ  
ἐπὶ χεῖρας ἔχουσαν ἀπείδης ἢ ἐρυσάμηνον χεῖρας μάχαιραν, ἢ οἱ παρ' ἔξωθεν μέγα κουλῆδον αἰὲν ἀσπρῶν, ἀρῶν δὲ  
καθαλίαν τὰ μινε πρήγας, ἀντὰρ ἐπειτα κήρυκες τρώων ἢ ἀχαιῶν νέμειαν ἀρίστοις -- τοῖσι δ' ἄρ' ἀβείδης μετ' ἀλ' ἔχρητο  
χεῖρας ἀναχρῶν, ζῆδ' ἀπὸ τῆς ἰδῶν μεδῶν, κῦδιστε, μέγιστε, &c. Illud autem, tempora ferro summa notant, vi-  
detur respicere Homeri illum versum, ἀρῶν δὲ καθαλίαν, &c. cuius generis est & illud Il. τ. κἀπορου  
ὑπὸ πρήγας ἀρῆάμηνον δὲ χεῖρας ἀναχρῶν. Probabantur autem hostiæ farre, sale, & cultri notatione à ca-  
pite ducti ad caudam vsque: Suprà lib. 6. & in eandem sententiam dictum videtur, summas car-  
pens media inter cornua fetas. Ignibus imponit sacris libamina prima. Vt autē hic, illicque summas  
fetas carpens, &c. tempora ferro summa notant, sic & Eurip. in Oreste de coma Helenæ, εἶδετε παρ' ἀκρας ὡς  
ἀπὸ τῆς βίβλας. SOL TESTIS, ET HÆC MIHI TERRA; &c.] Huius loci contentia ex Hom.  
ἡέλιος δὲ πάντ' ἐσορᾷς, ἢ πάντ' ἐπιμαρτυρεῖς, ἢ πατρίαι, ἢ γαῖα, ἢ οἱ ἀπένερθε κελύμενται ἀνδράσους τίνυδων, ἢ πε-  
πτορμαν ἐμῶσθη, ἢ μῆτις μάρτυροι ἐστέ, &c. QVAM PROPT. TANT. POT. PERF. LABORES] Ex Hom.  
z Il. α. 9.



Namque volans rubra fulvus Iouis ales in æthra  
 Littoreas agitabat aues, turbamque sonantem  
 Agminis aligeri, subito cum lapsus ad vndas  
 250 Cynnum excellentem pedibus rapit improbus vncis.  
 Arrexere animos Itali, cunctaque volucres  
 Conuertunt clamore fugam, (mirabile visu)  
 Ætheraque obscurant pennis, hostemque per auras  
 Facta nube premunt, donec vi victus, & ipso  
 255 Pondere defecit, prædámque ex vnguibus ales  
 Proiecit fluuio, penitusque in nubila fugit.

IPSI LAVRENTES MUTATI, &c.] Sic & Hom. Il. λ. immissa Eride: τῶσι δ' ἄσπερ πλέμεν γλυκίων ἤμερ', ἀνέεδον ἐν νύκτι γλαυροῦσι φίλω ἐς παρσίδα γαίαν. DAT SIGNVM — TVRB. MENT. ITAL. MONST. FEBELLIT] Sic & apud Hom. Il. β. Iupiter in gratiam Thetidis, gloriamque Achilles, fallax immisit in somnium Agamemnoni. Ad ea autem, quæ hic notantur à Seruio, de oblatiuo, impetratio, & immisso augurio, vide Turneb. in Aduers. Ita solent sæpe dij apud poetas falsis, vbi nocere volunt, in somniis, auguriis, monstrisue, humanis sensibus illudere, vt apud Calabrum de Penthesilea, quæ per summum à Minerua somniū victoriam de Achille sibi promiserat, eiusque iam spolia animo confidentiū hauserat. Cæterum ab aquila augurium habetur certissimum aliqui sanctissimumque: vnde & Grammaticis ἀετός, οἰωνοὶ αἰεὶ ἐπέες. & Homer. Il. ο. αἴτε δ' οἰωνοὶ ταχὺ ἀγγελοὶ, δὲ τε οἱ αὐτῶ φιλῆται οἰωνῶν, καὶ δὲ κράτ' ὄψ' ἔμεγιστον δέξοντο. & post pauld: αὐτίκα δ' αἰετὸν ἦεν τελεώτατον πετλιῶν, &c. Cur autem aquila Ioui consecrata & gratissima habeatur, non otiosum erit Eulathij collectanea in eam rem mythologiæ studiosis huc congesta exhibere. Sicutaque ille in eundem Homeri locum. αὐτίκα δ' ἦεν τὸν ῥηθῆντα οἰωνὸν εἰς αἰετὸν, αὐτὸς γὰρ φιλῆται πρὸ δὴ ἤδη, ἢ αἰετὸν εἰ βασιλεὺς, ἢ ἄπ' αὐτῶν μύθων, τῆ αὐτῆ πρὸ δὴ ἐξυνηθῆ ἡμερᾶ, ἢ ἄπ' ἀρμεθῆ δὴ τῶ βασιλείας, ἀπυρίας σὺ μὲν δὲ ἔμφανιδεῖς, ἐφῆνε τὸ μέλλον, ἢ ἄπ' ἰστορῆντα τὸν δία εἰς οὐρανὸν ἀνεκόμενα. φέρε δ' ἢ μὲν δὲ καὶ ἄπ' ἀπῶν τῶν γυναικῶν πενθῶν θανόντων, ἐπίστας βέαν, μεταβλήθη εἰς αἰετὸν, καὶ σωῆσεν αἰετὸν δὴ. Αἰλιανὸς μέντοι κερῶν ποτε γρόμιοι μεταβλήθη εἰς αἰετὸν λέγει, διὸ καὶ γαμψόμορον ἔσθ' ἐν Στρατιῶν, ἐν γῆρα δ' ἀρεοδότης τὸ βέανος τῆ ἄραν ὀπιμάμενοι, καὶ ἔχει πονίλῃ τῆς ποτε θηειοδίας τὸν ἐν γῆρα. λιμὸν, ἠδὴ δ' ἢ τὸν ἐν κερῶν ἀρῶν πάλαιον, αἰετὸν μετ' ἄλλα ῥηθῆσθ' ἢ δὲ βυζαντία υωρῶν, ποιήθη δ' ἢ αὐτῆ, γράφει καὶ τῶν αἰετῶν ἰστορίαν, ἐν τῶ ἀπὸ διαλέκτων ἀπὸ αἰετῶν, αἰετὸν ἐπὶ κρήνη, νεκτὰ δ' ἐν πύργῳ μέγας αἰετὸς αἰὲν ἀρούραυ γαμψοῦ φορέσει δὴ μπιόσπ, τὸ ἦρω, διὸ καὶ νικίσας κρήνην ἀρούραυ ζῶει, ἀθάνατον ποιήσει, καὶ οὐρανὸν ἐγκυτένασει, ἀστροθετήντα διλεαδῆ. NAMQUE VOLANS RUBRA FVLVVS] Hom. Il. ο. αἰετὸν ἀπὸ πετλιῶν αἰετὸν αἰετῶν ἔσθ' ἔφορμα, &c. FACTA NYBE PR. DON. VI. VIC.] Hom. Il. μ. ο. δ' ἀπὸ ἔσθ' ἦεν ἡμερᾶ ἀλγῆσαι δὴ ὠήσθ, μέσθ δ' ἐνὶ κάθεκ' ὀμίλῳ, αὐτὸς δ' ἐκλάγξας πέτετο πνοῆς ἀνέμοιο. Tale quid & huic loco non absonum in vita Æschylī narratur: αἰετὸς γελῶντι ἀρσάσας, αἰετὸς ἐγκρατῆς ἠνέδης τ' ἀρσῆς ἐν ἴσθῳ, ἀφῆσθ καὶ πετῶν αὐτῶν σιωπῆσθ τὸ δέμα, ἢ δ' ἐνεγείσθ, καὶ τὸ πνοῆ, φονεῖ αὐτόν.

Tum verò augurium Rutuli clamore salutant:  
 Expediuntque manus, primusque Tolumnius augur,  
 Hoc erat, hoc votis, inquit, quod sæpe petiui.  
 260 Accipio, agnoscoque deos: me, me duce ferrum  
 Corripite o Rutuli, quos improbus advena bello  
 Territat, inualidas vt aues, & littora vestra  
 Vi populat: petet ille fugam, penitusque profundo  
 Vela dabit: vos vnanimi densate cateruas:  
 265 Et regem vobis pugna defendite raptum.  
 Dixit: & aduersos telum contorsit in hostes  
 Procurtens: sonitum dat stridula cornus, & auras  
 Certa fecat: simul hoc, simul ingens clamor, & omnes  
 Turbati cunei, calefactaque corda tumultu.  
 270 Hasta volans, vt fortè nouem pulcherrima fratrum  
 Corpora constiterant contrà, quos fida creârat  
 Vna tot Arcadio coniux Tyrrhena Gilippo,  
 Horum vnum ad medium, teritur quâ sutilis aluo

Balteus,

275 Balteus, & laterum iuncturas fibula mordet,  
 Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis,  
 Transadigit costas, fuluâque extendit arena.

EXPEDIUNT MANVS] Credo hic expedire manus pro eo esse, quod apud Homerum ἀναπύξαι χεῖρας, ἢ ἔσθ' ἐν εἰς δὲ χεῖρ' ἐξ ἀπλῶσαι. VNANIMI DENSATE CATERVAS] Briffonius meus vult scripsisse Virgilium, vnanimis densate, teste Eutycho Grammatico in lib. De discernendis coniugationibus, qui in fo, ait, similiter primæ sunt coniugationis, quia deriuata sunt: nam vel à nominibus plarâque deriuantur, vel certè frequentatiua sunt: vt, lapso as, penso as, spisso, denso, quod & deuiso secundæ coniugationis, vt in eo terminatum, licet rarò lectum inuenitur: vt extulit lib. i. Georg. Virgil. Iupiter humidus Austris denset, erant quæ rara modò: item i. 2. Æn. Vos vnanimis densete cateruas. Cuius infinitiuum Salust. Histor. lib. 2. refert: Ille subsidiis principes (sic enim habet vetus codex) augere, & densete frontem. Atque idem Virg. eodem modo i. 10. Æn. dixit: Extremi addensetacies. CALEFACTAQVE] Et Eurip. in Elect. νῦν ἢ παράδειν μέλλον ἠλκυτρε γερῆ ἀερμανύμεθα κερδῖαν. TERITVR QVA SUTILIS AL. BAL. ET LAT. IVNCT. FIB. MORD.] Tale quid apud Hom. Il. δ. ἔσθ' ἡσθῆν δὲ χεῖρ' ἔσθ' ἡσθῆν σὺν ἀρῶν, καὶ ἀπὸ ἡσθῆν ἡσθῆν, ἐν δ' ἔσθ' ἡσθῆν ἡσθῆν ἀπὸ ἡσθῆν, ἀπὸ ἡσθῆν ἡσθῆν, ἀπὸ ἡσθῆν ἡσθῆν, ἀπὸ ἡσθῆν ἡσθῆν, ἀπὸ ἡσθῆν ἡσθῆν.

At fratres animosa phalanx, accensaque luctu,  
 Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum  
 Corripiunt, cœci que ruunt, quos agmina contra  
 180 Procurreunt Laurentum: hinc densi rursus inundant  
 Troës, Agillinique, & pictis Arcades armis.  
 Sic omnes amor vnus habet decernere ferro.  
 Diripuere aras: it toto turbida cælo  
 Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber:  
 285 Craterasque, focosque ferunt: fugit ipse Latinus,  
 Pulsatos referens infecto fœdere diuos.  
 Infrenant alij currus, aut corpora saltu  
 Subiiciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.  
 Messapus regem, regisque insigne gerentem  
 290 Tyrrhenum Aulesten, audius confundere fœdus,  
 Aduerso proterret equo: ruit ille recedens,  
 Et miser oppositis à tergo inuoluitur aris  
 In caput, inque humeros, at feruidus aduolat hasta  
 Messapus, teloque orantem multa trabali  
 295 Desuper, altus equo, graui ter ferit, atque ita fatur.  
 Hoc habet: hæc melior magnis data victima diuis.

TEMPESTAS TELOR. ET FERR. INGR. IMBER] Imber non solum pluuia, sed & grandini conuenit, vt ἀμείβω. quoque poetis Græcis: E pig. lib. 3. ἢ νεφελῶν, ἢ πύρ, ἢ δροσῶν. INFRENANT ALII CVRR. ] Suprà contrario vsu, infrenem equum dixit. Græci γαλινῶν, & ἐγγαλινῶν ἢ ἐγγαλινῶν τὰ σῶματα. HOC HABET, HÆC MEL. MAGN. DA. VICT. DIVIS] Suprà, meliorem animam pro morte Daretis. Seruius οὐραγεμὸν dicit. Pari forma & Terentius ferè: certè captus est, habet: quale est & illud Prudentij, Hoc habet, exclamat victrix regina.

Concurrunt Itali, spoliântque calientia membra.  
 Obuius ambustum torrem Chorineus ab ara  
 Corripit, & venienti Ebuso, plagamque ferenti  
 300 Occupat os flammis: olli ingens barba reluxit,  
 Nidorémque ambusta dedit, super ipse secutus  
 Cæsariem læua turbati corripit hostis:  
 Impressoque genu nitens, terræ applicat ipsum,  
 Sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum  
 305 Pastorem, primaque acie per tela ruentem

z 3

Ense



Ense sequens nudo superimminet: ille securi  
Aduersi frontem mediam, mentumque reducta  
Disiicit, & sparso latè rigat arma cruore.  
Olli dura quies oculos, & ferreus vrget

310 Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.

AMBUSTVM] περιπατη. OCCVPAT OS FLAMMIS] Hoc verbum celeritatem quandam præ se ferre videtur: vt supra: manicis que iacentem Occupat: & Lucr. 4. Et si comminus est, hostem ruber occupat humor. NIDOREM QVE AMB. DED.] Non hoc mihi, lector, propositum est, vt doceam solum (id enim quàm modicè possim, ipse sum mihi conscius) sed etiam vt te tædio commentorum, aut commentationum istarum fatigatum reficiam, & recreem. Quod vt præstem, dicam fortè à ποσειδώνιον, τε que monebo, contigisse olim idem satyro, quod hic Maro memorat: scilicet, vt, dum fusticè pulcra omnia deosculanda putat, ignemq; vlnis circumfusis basio peteret, illi barba confagrârit, Promethei prædictionem aspernato, qui id futurum edixerat, vt docet Plutarch. ex aliquo vetere poetâ, in lib. πώς αν τις υω' εχθρών, his verbis: τὸ δὲ σαιτύρι το σάρας σαρ- τον ἀφ' ὧν, βουλομένη φιλοσοφία καὶ σεβασμένη, ὁ σεσημειωθὲς, τράγῳ- ῖμιον ἄρα πινθήσεις σύγης, καὶ τὸν ἀλάμειον. B Quod ego exemplū, licet extra rem, domestico gaudio impulsus sum huc importare, quod penes me sit antiquo opere simulacrum satyri ignem amplexantis, cum hac inscriptione Plutarchi loco respondente: ΟΥ ΠΑΝ ΚΑΛΟΝ ΦΙΑΗΤΕΟΝ. TERRÆ APPLICAT IPSVM] σεσου- δίξῃ, affligit. FERREVS VRG. SOMN. IN ÆTER. CL. LVM. NOCTEM] Il. λ. ὅς ἔβ' αὐτὸν πρ- ὅσον κοιμήσαιο χαλκῶν ὕπνον. Vt autem, æternam noctem, pro morte, Æsch. in χροφ. τὸς δ' ἀκροντῶ- ἰ-η- νύξ. vbi interpret, ἀντὶ τῶ αἰώνιῳ- δάνατῳ.

At pius Æneas dextram tendebat inermem  
Nudato capite, atque suos clamore vocabat.  
Quò ruitis? quæue ista repens discordia surgit?  
O cohibete iras: ictum iam fœdus, & omnes  
315 Compositæ leges: mihi ius concurrere soli:  
Me finite, atque auferte metus, ego fœdera faxo  
Firma manu: Turnum iam debent hæc mihi sacra.  
Has inter voces, media inter talia verba,  
Ecce viro stridens alis allapsa sagitta est:  
320 Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta:  
Quis tantam Rutulis laudem, casusne, deusne  
Attulerit, pressa est insignis gloria facti:  
Nec sese Æneæ iactavit vulnere quisquam.  
Turnus vt Æneam cedentem ex agmine vidit,  
325 Turbatusque duces, subita spe feruidus ardet.  
Poscit equos, atque arma simul, saltuque superbus  
Emicat in currum, & manibus molitur habenas.  
Multra virum volitans dat fortia corpora letho:  
Semineces voluit multos, aut agmina curru  
330 Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas,  
Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebræi  
Sanguineus Mauors clypeo increpat, atque furentes  
Bella mouens immittit equos: illi æquore aperto  
Ante Notos, Zephyrumque volant: gemit vltima pulsu  
335 Thraca pedum, circumque atræ formidinis ora,  
Iraque, infidiæque dei comitatus, aguntur.

Dextram tendebat inermem] Eurip. ἠ δ' ἐ δὲ δὲ δὲ ἀνδρῶν ἀσπυτερον Hom. Il. χ. λαοῖσιν δ' ἀνδρῶν κρημαπ δῖος ἀχιλλεύς, ἔδ' εἰα ἔμνημα δὴ ἔκτειε πικρα βέλεμνα, μή τις κούδος ἀροίτο βαλάν, ὃ τ' δ' ἀτρος ἔλθει. Ecce viro stridens al. all. sag. Sic Il. δ. Minerva Pandarum ad confundendum fœdus, & vulnerandum Menelaum summiſit. RAPTAS FUGIENT. INGER. HASTAS] Calab. I. δὲ δ' ἠ νῶτα δάξῃς φερόντων, ἢ σέβρα χαπυρίων αἰσόντων. QVALIS APVD GELIDI, &c.] Hom. Il. ο. μαίεντ

A μέγιστο δ' ὡς τ' ἀρης ἐγγύστατον & Il. ο. δάτ' ἐπειδ' οἶον τε πλάσει- ἔργε] ἀρης, ὅς τ' εἶπεν πόλεμον δε ματ' ἀρέρας, οὗς τε κρονίων θυμοβόρου ἐείδῃ- μένῃ ξωώνια μάχεσθ. CIRCVMQVE ATRÆ FORMIDINIS ORA] Lucr. lib. 4. Impendent atræ formidinis ora supernè: & Eurip. δέμα χροερόν. Sunt tamen, qui ex illo Lucretij lib. 3. Est & frigida multa comes formidinis aura, hinc aura, quàm σία ποιητικῶ- τρον putent.

Talis equos alacer media inter prælia Turnus  
Fumantes sudore quatit (miserabile) cæsis  
Hostibus insultans: spargit rapida vngula rores  
340 Sanguineos: mistaque cruor calcatur arena.  
Iámque neci Sthenelumque dedit, Thamyrumque, Polumque,  
Hunc congressus, & hunc, illum eminus, eminus ambos  
Imbrasidas, Glaucum, atque Ladem: quos Imbrasmus ipse  
Nutrierat Lycia, paribusque ornauerat armis,  
345 Vel conferre manum, vel equo præuertere ventos.  
Parte alia media Eumedes in prælia fertur,  
Antiqui proles bello præclara Dolonis,  
Nomine auum referens, animo, manibusque parentem:  
Qui quondam, castra vt Danaum speculator adiret,  
350 Ausus Pelidæ pretium sibi poscere currus.  
Illum Tydeides alio, pro talibus ausis,  
Affecit pretio, nec equis aspirat Achillis.  
Hunc procul vt campo Turnus conspexit aperto,  
Antè leui iaculo longum per inane secutus,  
355 Sistet equos biuigos, & curru desilit, atque  
Semianimi, lapsoque superuenit, & pede collo  
Impressio, dextræ mucronem extorquet, & alto  
Fulgentem tinxit iugulo, atque hæc in super addit.  
En agros, & quam bello Troiane petisti,  
360 Hesperiam metire iacens: hæc præmia, qui me  
Ferro ausi tentare, ferunt, sic mœnia condunt.  
Huic comitem Buten coniecta cuspide mittit,  
Chloreáque, Sybarimque, Daretáque, Therfilochumque,  
Et sternacis equi lapsum ceruice Thymœten.

SPARGIT RAPIDA VNGULA RORES] Hom. Il. λ. & υ. αἰμαπ δ' ἀξον- νέρδην ἀπαιν πικρά- λαιτο, καὶ ἀντυγας αἰ- ἀπὲ δ' ἴφρον, ἀς ἀρ' ἀφ' ἰππέων ὀπλέων ραδάμηντες ἐβαλλον, ἀς τ' ἀπ' ὀπισθῶσαν. MISTA- QVE CRVOR CALCATVR ARENA] λύδρον Ge. dicitur. HUNC CONGRESSVS, ET HUNC] Tale quid apud Calabrum 9. εἶλε δ' ἀρ' ἀπέναντε καὶ οἰνοπα, τὸν ἴα ἐλάσας δουρὶ μὲ' σωμαχίον ποτὶ σῆμα, τὸν δ' ὑπολαμῶν κλέει- ἔνθα μάλιστ' ἀπὲρ μίρῳ- ἀνδρῶπιαι. E VMEDES — DOLONIS — CASTRA VT DAN. SPEC. ADIRET AVS. PELIDÆ] De Dolone Il. κ. λυ δέ τις ἐν τρώεσσι δόλον διμήδῃ- ἴδης — ἀλλ' ἀγα μοι τὸ σπιπύρον ἀνάχρη καὶ μοι ὄμοσον, ἦ μιν τὸς ἴππους τε καὶ ἄρματα πακίλα χαλκῶ δασέμεν, οἱ φορέουσιν αὐμύματα πηλείωνα, σὺ δ' ἐγὼ οὐχ' ἀλι- ἴσκαπὸς ἔσομαι, ἔδ' ἀπὸ δ' ἔξῃς vt & Eurip. in Rhel. sub persona Hectoris ad Dolonem: δ' ὄσω δ' ἐ σοι κἀλλεσθὸν οἴκους κτῆμ' ἀχρηδῶς ὄχον. Quod autem poeta ausum dicit poscere Dolonem, idem penè Hom. sub persona Vlyssis: ἦρά νυ ται μεγάλων δ' ἄρων ἐπιμαίετο θυμὸς ἰππων ῥοσφere Dolonem, idem penè Hom. sub persona Vlyssis: ἦρά νυ ται μεγάλων δ' ἄρων ἐπιμαίετο θυμὸς ἰππων αἰαλίεω δαίτηρον, οἱ δ' ἀλεγενοὶ ἀνδρῶσσι γε θνητοῖσι δαμώμεναι, ἠδ' ὀχρέσθῃ, ἀλλὰ γ' ἢ ἀχρηδῶ, τὸν ἀδανάτη τέκα μίτηρ. Equos autem eos Hom. Xanthum, & Baliatm ex Podarge matre diuino semine genitos fabulatur: atque aded Achillem auctor est tria ita sibi propria habuisse, vt ea nullius commercio & vsui indulgeret, equos nimirum, cymbium vel cyathium, & hastam, quæ à Pelio montè Pelias, cuius Il. τ. in hæc verba meminere: ἐκ δ' ἄρα σῦεργῳ- πιτρώτοῦ ἑσπασατ' ἐγγῳ- βεδυῖ. μέγα σῖβαρόν, τὸ μὲν οὐ δισατ' ἀλλῳ- ἀχρηδῶν πάλθεν, ἀλλὰ μιν οἱ ἴον ἔπισατο πῆλαι ἀχρηδῶς. Speculator autem διοπῆρ, σκοπὸς, κατὰ- σκοπῳ, ἀπὸ σκοπῳ. SEMIANIMI] ἡμιθανῆς.

365 Ac velut Edoni Boreæ cum spiritus alto  
Insonat Ægæo, sequiturque ad littora fluctus,

Z 4

Qua







Defensum dabit, & magna inter præmia ducet. Tu facito mox, cum matura adoleuerit ætas, Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum

440 Et pater Æneas, & auunculus excitet Hector.

ΙΑΜΩΥΕ ΣΕΥΤΑ ΜΑΝΥΜ Ν. C. S.] Secuta manum, ut Hom. II. 7. κενὴ δὲ τυφάλευα ἀμ... Iamque secuta manum n. c. s.] Secuta manum, ut Hom. II. 7. κενὴ δὲ τυφάλευα ἀμ... Iamque secuta manum n. c. s.] Secuta manum, ut Hom. II. 7. κενὴ δὲ τυφάλευα ἀμ...

Porto Sophoclei affectus consentit cum hoc loco: ἀπὸ αὐτοῦ ἰσοπέδως ἀπὸ αὐτοῦ ἰσοπέδως... Sophoclei affectus consentit cum hoc loco: ἀπὸ αὐτοῦ ἰσοπέδως ἀπὸ αὐτοῦ ἰσοπέδως...

Hæc ubi dicta dedit, portis sese extulit, ingens, Telum immane manu quatiens: simul agmine denso. Antæus, Mnestheusque ruunt: omnisque relictis Turba fluic castris: tum cæco puluere campus

TELVM IMMANE MANV] Non modò non vitare concursum huiusmodi παραρμήτων, sed & affectare poetas docuimus in eo loco lib. I. puppesque tuar, pubesque tuorum. QVALIS VBI AD TERRAS] II. 6. δὲ δ' ἄρ' ἄρ' ἀπὸ λυγρῶν ἀνέμων...

Talis in aduersos ductor Rhæteius hostes Agmen agit: densi cuneis se quisque coactis Agglomerant: ferit ense grauem Thybraeus Osirim: Archetium Mnestheus, Epulonem obtruncat Achates,

Primus in aduersos telum qui torferat hostes,  
 Tollitur in cælum clamor, versique vicissim  
 Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.  
 Ipse neque aduersos dignatur sternere morti:  
 465 Nec pedē congressos, nec equo, nec tela ferentes  
 Insequitur. solum densa in caligine Turnum  
 Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.  
 Hoc concussa metu mentem Iuturna virago  
 Aurigam Turni media inter lora Metiscum  
 470 Excurrit, & longè lapsum remone relinquit:  
 Ipsa subit, manibusque vndantes flectit habenas,  
 Cuncta gerens, vocemque, & corpus, & arma Metisci.

Hoc concussa metū mentem Iuturna] Ex imitatione Homeri, qui Ilia Palladem inducit, excusso auriga curru Sthenelo, Diomedi aurigantem: ὡς σαμένη θένελον ἢ ἀφ' ἵππων ὡς χαμάζε, χειρὶ πάλιν ἐρύσσει, ἢ δ' ἐμμεπτέως ἀπόρουσι, ἢ δ' ἐς δίφρον ἐκάεινε πῶσι διομήδεα δῖον ἐμμεμῆρα στελέμεγα δ' ἐβασίλει φησὶν ὅτι ἀξὼν βειδοσώμη, δεινὴ δὲ ἀγχιθόνη, ἀνδρα τ' ἀέειπον, ἠέλειτο δὲ μάστιγα, καὶ λυγία πάλλας ἀδύων. IPSA SUBIT, MANIBVS QVE, &c.] Hom. Od. γ. De Pifistrato, aurigante Telemachoi: ἐς δίφρον ἀνέβαινε, καὶ λυγία ἠέλειτο χειρὶ. VNDANTES HABENAS] Suprà, vndantia lora. Solet autem poeta καὶ ἀποτύπωσιν ex lectore vel auditore spectatorem rei, quam oculis subicit, efficere, ut hic vndantes habenas dixit, imitatione vel representatione animalium pedibus carentium, & serpentum, quæ vndoso & sinuoso motu & flexu volui docet Aristot. lib. περὶ ζῴων πορ. his verbis: τὰ δὲ ἀποδυ τὰ δὲ κωμάουσι περὶ ζῴων, ποδοὶ δὲ ἀπὸ τοῦ συμβαίνει, τὰ δὲ ἐπὶ τῶν καὶ ἀπὸ τοῦ ὄφρα, τὰς κωμάτας πηδῶν, τὰ δὲ ἐς τὸ ἀνω, ὡστερ εἰ κώματα, ἢ δὲ κώματος κωμῶν ἐστὶ.

Nigra velut magnas domini cum diuitis aedes  
 Peruolat, & pennis alta atria lustrat hirundo,  
 475 Pabula parua legens, nidisque loquacibus escas:  
 Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum  
 Stagna sonat. similis medios Iuturna per hostes  
 Ferrur equis, rapidoque volans obit omnia curru:  
 Iamque hic germanum, iamque hic ostendit ouantem:  
 480 Nec conferre manum patitur: volat auia longè.  
 Haud minus Aeneas tortos legit obuius orbes,  
 Vestigatque virum, & disiecta per agmina magna  
 Voce vocat. quoties oculos coniecit in hostem,  
 Alipedumque fugam cursu tentauit equorum:  
 485 Auersos toties curru Iuturna retorfit.  
 Heu quid agat? vario nequicquam fluctuat aestu:  
 Diuersaeque vocant animum in contraria curae.  
 Huic Messapus, vti laeva duo fortè gerebat  
 Lenta, leuis cursu, praefixa hastilia ferro,  
 490 Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.  
 Substitit Aeneas, & se collegit in arma,  
 Poplite subsidens: apicem tamen incita summum  
 Halta tulit, summasque excussit vertice cristas.  
 Tum verò assurgunt iræ, insidiisque subactus  
 495 Diuersos vbi sensit equos, currumque referri,  
 Multa Iouem, & laesi testatus foederis aras,  
 Iam tandem inuadit medios, & Marte secundo  
 Terribilis saeuam nullo discrimine caedem  
 Suscitatur irarumque omnes effundit habenas.

DOMINI

DOMINI CVM DIVITIS AEDES] Il. λ. ὄμιον ἐλαυώσιν ἀνδρὲς μέγαρον κατ' ἀρουραν & Il. ω. ἐξέ-  
 κατο δὴμιον ἀνδρὲς ἐς ἀρουρὰς & Od. λ. ἐν ἀρουρῇ ἀνδρὲς μέγα δωακίονον. Pind. in Olymp. ἐς ἀρουρὰν ἰομένους  
 μέγαρον ἴσαν ὅτι ἐστὶν. Catull. Talis in vario solet Diuitis domini horrulo stare flos hyacinthinus.  
 PRÆFIXA HASTILIA FERRO] Il. λ. κατ' ὄμιον ἐλαυώσιν ἀνδρὲς μέγαρον κατ' ἀρουραν & Il. ω. ἐξέ-  
 κατο δὴμιον ἀνδρὲς ἐς ἀρουρὰς & Od. λ. ἐν ἀρουρῇ ἀνδρὲς μέγα δωακίονον. Pind. in Olymp. ἐς ἀρουρὰν ἰομένους  
 μέγαρον ἴσαν ὅτι ἐστὶν. Catull. Talis in vario solet Diuitis domini horrulo stare flos hyacinthinus.  
 HA ST. TVL. SVM. EXC. VERT. CR.] Il. λ. τὸν β' ἔβαλε σπῶν ὅτι κέρυθρον φάλλον ἰσποδάσειν & Il. ο.  
 πῶλε μέγας κέρυθρον καὶ κέρυθρον ἰσποδάσειν καὶ κέρυθρον ἰσποδάσειν καὶ κέρυθρον ἰσποδάσειν & Il. ο.  
 Ennius: Indè volans secum abstulit hasta insigne: Orph. Arg. οὐρὴς ἀέρον ἔκαστον ὄμιον ὅτι. I. R. A. V. M.  
 QVE OMNES EFF. HABEN. ] Effundit irarum quadrigas: vt Seru. Sic & eleganti metaphora  
 Plato in Protag. ἐρεῖται καὶ χαλάσαι τὰς λύβας τοῖς λόγοις. Nazanz. ἄλλω ἐρεῖται τῶν λύβων.

500 Quis mihi nunc tot acerba deus, quis carmine caedes  
 Diuersas, obitumque ducum, quos aequore toto,  
 Inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,  
 Expediat? tanton' placuit concurrere motu,  
 Iupiter, aeterna gentes in pace futuras?  
 505 Aeneas Rutulum Suetonem (ca prima ruentes  
 Pugna loco statuit Teucros) haud multa moratus  
 Excipit in latus, & quæ fata celerrima, crudo  
 Transadigit costas, & crates pectoris ense.  
 Turnus equo deiectum Amycum, fratremque Diorem  
 510 Congressus pedes, hunc venientem cuspidē longa,  
 Hunc mucrone ferit: curruque abscissa duorum  
 Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.  
 Ille Talon, Tanaimque neci, fortemque Cethegum,  
 Tres vno congressu, & moestum mittit Onytem,  
 515 Nomen Echionium, matrisque genus Peridiaz:  
 Hic fratres Lycia mistos, & Apollinis agris,  
 Et iuuenem exosum nec quicquam bella Menœteri  
 Arcada, piscosæ cui circum flumina Lerna  
 Ars fuerat, pauperque domus: nec nota potentum  
 520 Munera: conductaque pater tellure ferebat.  
 Ac velut immixti diuersis partibus ignes  
 Arentem in syluam, & virgulta sonantia lauro  
 Aut vbi decursu rapido de montibus altis  
 Dant sonitum spumosi amnes, & in æquora currunt,  
 525 Quisque suum populatus iter.

CONDVCTA TELLVRE SEREBAT] Colonom significat, & eum quem Græci κατὰ δὴμιον  
 πωρῶν vocant. Innuere etiam agrum videtur vectigalem & stipendiarium, qualem sub istdem penè  
 verbis vultinnui Seruius lib. II. Aurunci, Rutulique ferunt, & vomere duros Exercent colles.  
 D ARCADE, PISCOSÆ, &c.] Calab. lib. II. κλέονα, καὶ ἀρμάμαρον βλάει δουρὶ — ἀμφοῖν ὁρ. σάμνονι δόλον  
 ἰχθύσι μπιτοῦδου αἰνὸν ἀπὸ ἀγρίοισι, βλαεῖν δὲ τε οἷς ἀλλὰ δῖαν δῖα πω. AC VELVT IMM. DIV. PART.  
 IGNES] Suprà, Diuersa immixti syluis incendia pastor. AVT VBI DECVRV RAPIDO] Hom.  
 Il. γ. κατὰ δὴμιον κατ' ἀρουρὰν ἰσποδάσειν καὶ κέρυθρον ἰσποδάσειν καὶ κέρυθρον ἰσποδάσειν καὶ κέρυθρον ἰσποδάσειν & Lu-  
 cret. lib. I. Quod largis imbribus auget Montibus ex altis magnus decursus aquarū.

non seignius ambo,  
 Aeneas, Turnusque ruunt per prælia, nunc, nunc  
 Fluctuat ira intus: rumpuntur nescia vinci  
 Pectora: nunc totis in vulnera viribus itur.  
 Murratum hic, ataus, & auorum antiqua sonantem  
 530 Nomina, per regesque actum genus omne Latinos,  
 Præcipitem scopulo, atque ingentis turbine faxi

Aa 2

Excurrit;

Excudit, effunditque solo: hunc lora, & iuga subter  
Prouoluere rotæ: crebro super vngula pulsu  
Incita, nec domini memorum proculcat equorum.

RUMPVNTVR NESCIA VINCI PECTORA] Admonuit me Passeratius hæc ex Lucr. lib. 3, haussisse Virgilium. Quo genere imprimis vis est violenta leonum, Pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes, Nec capere irarum fluctus in pectore possunt. MVRANVM HIC, ATA, ET AV. ANT. SON. NOMINA] λαυροστομῶντα Æschylo. Murrani autem Latinorum reges dicti, vel à murrha & vnguentis, vel à muris, vel de nomine regis proprio: Lucret. 3. Et crepat antiquum genus, vt pietate repletum, &c.

535 Ille ruenti Hilo, animisque immane frementi  
Occurrit, telumque aurata ad tempora torquet.  
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.  
Dextera nec tua te Graiûm fortissime Creteu  
Eripuit Turno: nec dij texere Cupentum  
540 Ænea veniente fui: dedit obuia ferro  
Pectora: nec misero clypei mora profuit ærei.  
Te quoque Laurentes viderunt Æole campi  
Oppetere, & latè terram consternere tergo.  
Occidis, Argiux quem non potuere phalanges  
545 Sternere, nec Priami regnorum euerfor Achilles.  
Hic tibi mortis erant metæ: domus alta sub Ida,  
Lyrnessi domus alta, solo Laurente sepulcrum.  
Toræ adeò conuersæ acies, omnesque Latini,  
Omnes Dardanidæ: Mnestheus, acerque Sereftus,  
550 Et Messappus equûm domitor, & fortis Asylas,  
Thufcorumque phalanx, Euandrique Arcadis alæ,  
Pro se quisque viri, summa nituntur opum vi.  
Nec mora, nec requies: vasto certamine tendunt.  
Hic mentem Æneæ genitrix pulcerrima misit,  
555 Iret vt ad muros, vrbique aduerteret agmen  
Ocyûs, & subita turbaret clade Latinos.

PRIAMI REGNORVM EVERSOR] Sic & Agamemnonem Ἰλίου περίδρομος vocat Æschylus in Agam. hoc est, Πηλίπεδον. Vt autem, mortis metæ, Hom. Δανάοιο τελευτή. HIC MENTEM ÆN. GEN. PVLC. MISIT] Hom. Od. φ. τῆ δ' ἀρ' ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη κόρυϊ ἰαχρίοιο, &c.

Ille, vt vestigans diuersa per agmina Turnum,  
Huc, atque huc acies circumtulit, aspicit vrbem  
Immunem tanti belli, atque impune quietam.  
560 Continuo pugnae accendit maioris imago.  
Mnesthea, Sereftumque vocat, fortemque Sereftum,  
Ductores: tumulumque capit: quò cætera Teucrum  
Concurrit legio: nec scuta, aut spicula densi  
Deponunt: celso medius stans aggere fatur.  
565 Ne qua meis esto dictis mora: Iupiter hac stat:  
Neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.  
Vrbem hodie causam belli, regna ipsa Latini,  
Ni frenum accipere, & victi parere fatentur,  
Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam.

570 Sci-

570 Scilicet expectem libeat dum praelia Turno  
Nostra pati? rursusque velit concurrere victus?  
Hoc caput ô ciues, hæc belli summa nefandi.  
Ferte faces properè, fœdusque reposcite flammis.  
Dixerat, atque animis pariter certantibus omnes  
575 Dant cuneum, densaque ad muros mole feruntur.  
Scalæ improviso, subitusque apparuit ignis.  
Discurrunt alij ad portas, primosque trucidant:  
Fœrum alij rotquent, & obumbrant æthera telis.

NI FRENVM ACCIPERE] Sic & Sophocli. in Electra, σῆμα δέχεται. Tib. frenum morderè: Non domito frenos ore momordit equus: quamuis alij, frenum morderè, pro detrectare, & contumaciter respicere accipiant. DANT CUNEVM] Castrense, & militare vocabulum; pro eo quod est, se in cuneum componunt. Cuneus autem per translationem sumitur pro pedum globo; in cuius formam redacto & glomerato, quæ Græcis σῆμα & τάλει σφαιροειδής Aristidi, ita disposita, vt ab angustiore prima parte turbinatim in latum procedat & desinat: vnde & costipatam quamuis turbam cuneos dicimus: vt supra eodè hoc libro: densi cuneis se quisque coactis Agglomerant: & Cyprianus; stipatus clientum cuneis. Sic & Græci, γυμνοί, cuneos nonnunquam & condensatam turbam vocant: vt & Tullianus obseruauit coniunctiones inuisibiles à Platone appellari, vel minorum corpusculorum, vt ἄρ' ἐν ἀέρι ζυγημάτων coacervationes à Diodoro, & eorundem similibus inter se conglobationes formabiles ab Anaxagora, vel coëctiones, & σφῆνας. OBVMBRANT ÆTHERA TELIS] Sic scæpe nubem telorum poëta: vt Lycophron, κύπελλοι δ' ἰδὼν πλοῦθ' ἰσχυρομέναν ἄσπερ κἀστέρων, κίμωρον δ' ὅπως σκιά κελύφει πύρρον ἀμβλυῶν σέλας & Aristoph. vesp. ἄσπερ δὲ ἄρ' τὸ ζυγμάτων ἐκ ἰσθμῶν οὐρανόν.

Ipse inter primos dextram sub mœnia tendit  
580 Æneas, magna que incusat voce Latinum:  
Testaturque deos, iterum se ad praelia cogi:  
Bis iam Italos hostes, hæc altera fœdera rumpi.  
Exoritur trepidos inter discordia ciues.  
Vrbem alij referare iubent, & pandere portas  
585 Dardanidis: ipsamque trahunt in mœnia regem:  
Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.  
Inclusas vt cum latebroso in pumice pastor  
Vestigauit apes, fumoque impleuit amaro:  
Illæ intus trepidæ rerum per cœrea castra  
590 Discurrunt, magnisque aciuunt stridoribus iras.  
Voluitur ater odor tectis: tum murmuræ cæco  
Intus faxes sonant: vacuâ it fumus ad auras.

LATEBROSO IN PVMICE] γλαυκῶπις, κόρυϊ ἢ σφαιροειδὲς σέτρε. VESTIGAVIT APES; FV-  
D M O Q V E I M P L. A M A R O] Apes fumum ferre posse physici negant, quod mearus spiritus vitalis angustissimos habeant, isque fumo interceptus eas angat: vel quod aereo, amaritudôque fumi in causa sit, cum non alio quàm dulci nutrimento apes alantur: quod si vt fumum rem- diram & noxiam detestentur, quem mellarij faciunt incendentes amaras potissimum herbas, vt cicutam, & centaurium; vt supra in Georg. farnosque manu prætere sequaces: Vide Plin. & Plutarch. διατὸ ἕκαστος ταῖς μελισσῶν ἐχθρὸς, ἐν αἰ. τ. φ. 10. Vide & Aristot. & Ælianum. Eadem autem penè comparatione Hom. Il. μ. strenuitatem Græcorum in nauibus defendēdis expressit: οἱ δ' ὄντε σφῆνες μέσον αἰθέρος ἀμύμων] ἀπὸ τῆς ἀμύμων, ὡς οἱ γ' οὐκ ἐθέλουσι πτελεῖν, καὶ δὲ ἐόντες, χάρακας, σφῆν γ' ἢ κρητὰ κἀμὲν ἢ ἀλῶναι & Il. π. αὐτίκα δ' σφῆκας ἐσοῦντες ἐξέχοντο εἰσοδίοις, οὐς παῖδες ἀεὶ μαίνουσαν ἔθοντες, αἰεὶ κερταμένους ὁρ' ἐπ' οἰκί' ἔχοντες, ὑπὸ πλάγῃ, ξυῶν δὲ κελύφῃ πολέουσι πτεροῖσι, τοὺς δ' εἴσθ' ὄντες πτεροῖσι κἀνδ' ἀνδρῶν σφῆν ἀδῆτες κἀνδ' αἰέτων, εἰ δ' ἀλλήμον ἦτορ ἔχοντες, πτεροῦσι παῖς πτεροῖσι, καὶ ἀμύμων οἷσι πτεροῖσι. Item 2. Arg. Apollon. ὡς δ' μελισσῶν σφῆκας μέγα μολοβοτήρες, ἢ μελισσοκύουσι σέβη ἐπὶ κρητιόουσι, οἱ δ' ἄν τ' οἷος μ' ἀολάεσθ' ἐπὶ σφῆκας βομβήθων κλονήθων] ἀπὸ τοῦ ἰσχυροῦ π κρητιόου πτεροῖσι σέτρεσι ἢ κρητιόουσι vbi interpretes, κρητιόουσι αἰ μέλισσαι, διὰ τὸ σπῆρον ἐπὶ ἀνδρῶν ὁμοίωσιν, ὅσῃ καὶ ἐπὶ σφῆκων συμβαίνει, θυμωμένου τῆ ἐλαρείου κέρως, ἀσφῆστιν ὁ νήκεδρος. Plutarch. ἀπὸ τῆ ἀμύμων ἀλλὰ κἀμὲν ἔχοντες, καὶ πτεροῖσι κρητιόουσι, λόγῳ θρημῆτι τῶν δάνοισιν ἀχλύθων

Αα 7



πολλὰς ἢ ἀμείλιπτον ἔχουσιν ἐκκατάρα· & Lycophron de Græcis ab Hectore perterrefactis: ἀλλ' αἱ μέλισσαι συμπεφυμέναι κρητῶν, ἢ λυγρῶν ἤπιαι ἢ γελῶν βοαῖς ἀφασα ἢ κέρυμβα ἢ κλισῶν, ἄρβους πικρῆς κωβερητῆρες ἔξ' ἐδολίαν σπιδ' ὄντες ἀμείλιπτον ἐθνεῖαν κόνιν· & Calab. 3. ἀνδρ' ἀπαυυμέναι, ὃ δ' ἄρ' οὐκ ἀλέγρη δ' ἀποῦσαι, κρούς ἐκτ' ἀμνησι μελίχρως, αἱ δ' ἀμείλιπτον κρητῶν ἔσσαι ῥοῖς. ILLÆ INTVS TREPIDÆ RE- RVM] ἀποροῦσαι, ἀμυχανοῦσαι· vt supra, fessæ retum.

Accidit hæc fessis etiam fortuna Latinis:
Quæ totam luctu concussit funditus urbem.
595 Regina vt tectis venientem prospicit hostem,
Incendi muros; ignes ad tecta volare,
Nusquam acies contrâ Rutulas, nulla agmina Turni,
Infelix pugna iuuenem in certamine credit
Extinctum, & subito mentem turbata dolore
600 Se causam clamat, crimenque, caputque malorum:
Multaque per mœstum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.
Quam cladem miseræ postquam accepere Latinæ:
605 Filia prima manu flavos Lavinia crines,
Et roseas laniata genas; tum cætera circum
Turba furit: resonant latè plangoribus ædes.
Hinc totam infelix vulgarur fama per urbem:
Demittunt mentes: it scissa veste Latinus
610 Coniugis attonitus fatis, vrbisque ruina,
Caniciem immundo perfusam puluere turpans:
Multaque se inculsat, qui non accepit ante
Dardanium Æneam, generumque adsciuerit vltro.

ET NODVM INFORM. LETHI TR. NECT. AB ALTA] Sic Od. α. ἀλαμῆν βρόχον αἰπιῶ ἀφ' ὅψ' ἀλοῖα μελάθρου· & Apollon. κρητῶν ἐπιπυκνότερον ἀλλο λυσιον ἀλαμῆν βρόχον ἀνχέην· & Epig. lib. 3. ἢ ἢ δ' ἐπ' ἀνχέην δειρῶ βρόχον· & Eurip. in Oreste: δει δ' ἢ βρόχους ἀπ' ἠέον κρημνοῦς, &c. Informe autem letho epitheton videtur Maro mutuatis ab Eurip. in Helena: ἀθρήωνες δ' ἀνχέην ὑπ' ἀπ' ἠέον, καὶ τοῖσι δούλοις δυσπρόσιτοι νομίζεσθαι. Vide apud Sophocl. in Tyr. nuntium referentem de morte Iocaste. Orph. Argon. de vxore Cyzici, ἀμυρὶ δ' δειρῆς ἀλαμῆν μελάθρου βρόχον ἀπὸ θυμῶν ἄλευσε. Proper. lib. 2. & in eollo iam mihi nodus erat. CANICIEM IMM. PERF. PVL. TURPANS] Il. β. κόνιν ἀιδυλθεαῖον χέριον κἀ κρητῶν χέριον δ' ἢ χέριον ἀποροῦσαν· & paulo post: χέριον δ' ἢ χέριον κρητῶν ἢ χέριον κρητῶν δειλῶν· & Catull. de Ægeο, Caniciem terra, atque infuso puluere fœdans: & Calab. 3. χέριον ἐν κεφαλῆς ἀποδεδυμέναις δειλῶντες χέριον δ' ἢ χέριον ἀδελφῶν ἀμείλιπτον κρητῶν.

Interea extremo bellator in æquore Turnus
615 Pallantes sequitur paucos, iam seignior, atque
Iam minus, atque minus successu lætus equorum.
Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
Commistum clamorem, arrectasque impulit aures,
Confusa sonus vrbis, & illætabile murmur:
620 Hæc mihi, quid tanto turbantur mœnia luctu?
Quisve ruit tantus diuersa clamor ab vrbe?
Sic ait: adductis que amens subsistit habenis.
Atque huic in faciem soror vt conuersa Metisci
Aurigæ, currumque, & equos, & lora regebat,
625 Talibus occurrit dictis. hæc Turne sequamur
Troïogenas, quæ prima viam victoria pandit.
Sunt alij qui tecta manu defendere possunt.

Ingruit

Ingruit Æneas Italis, & prælia miscet:
Et nos sæua manu mittamus funera Teucris:
630 Nec numero inferior, pugnae nec honore recedes.
EQVOS ET LORA REGEBAT] ἰσχυρῶν.
Turnus ad hæc.
O soror, & dudum agnouit, cum prima per artem
Fœdera turbasti, teque hæc in bella dedisti:
Et nunc nequicquam fallis dea. sed quis olympo
635 Demissam tantos voluit te ferre labores?
An fratris miseri lethum vt crudele videres?
Nam quid ago? aut quæ iam spondet fortuna salutem?
Vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem
Murraniū, quo non superat mihi cariōr alter,
640 Oppetere ingentem, atque ingenti vulnere victum.
Occidit infelix, ne nostrum dedecus Vfers
Aspiceret: Teucri potiuntur corpore & armis.
Excindine domos (id rebus defuit vnum)
Perpetuat? dextra nec Drancis dicta refellam?
645 Terga dabo? & Turnum fugientem hæc terra videbit?
Vtique adeone mori miserum est? vos o mihi manes
Este boni, quoniam superis auersa voluntas.
Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ
Descendam, magnorum fraud vnquam indignus auroūm.

C. OPPETERE INGENTEM, ATQVE ING. VVL. VICT. ] Suprà integer ferè hic versus vitus est, imitatione illius Il. β. ἐπὶ πόλιν μέγας ὑψηλὸν ἰσχυρὸν κρητῶν. Tale quid & Lucr. lib. 1. Et præter magni magno cecidit ibi casu. S. A. N. C. T. A. N. I. M. A. ; A. T. Q. V. E. I. N. S. C. I. A. C. V. L. P. A. E. ] ista sunt Eurip. & ἀνείηθη· ἀμείλιπτον ἢ χέριον ἢ χέριον, impolluta, inuictata: in quam parte Proper. lib. 2. Sed non tam ardoris culpa est, neque crimina caeli, Quam toties sanctos non habuisse deos.

Vix ea fatus erat, medios volat ecce per hostes
Vectus equo spumante Sages, aduersa sagitta
Saucius ora; iuitque implorans nomine Turnum.
Turne in te suprema salus, miserere tuorum:
Fulminat Æneas armis, summasque minatur,
635 Deiecturum arces Italum, excidioque daturum.
Iamque faces ad tecta volant: in te ora Latini,
In te oculos referunt: muslat rex ipse Latinus,
Quos generos vocet, aut quæ sese ad fœdera flectat.
Præterea regina, tui fidissima, dextra
660 Occidit ipsa sua, lucemque exterrita fugit.
Soli pro portis Messappus, & acer Atinas
Sustentant aciem: circum hos ytrinque phalanges
Stant densæ, strictisque seges mucronibus horret
Ferrea: tu cœtrum deserto in gramine versas.
665 Obstupuit varia confusus imagine rerum
Turnus, & obrutum tacito stetit: æstuat ingens
Imo in corde pudor, mistoque infantia luctu,
Et furis agitatus amor, & conscia virtus.

Aa 4 MVSAT

MUSSAT REX IPSE LATINVS] Lucr. 6. mussat tacito medicina timore. Mussare autem autem Nonius vult esse hominum occultè & depressa voce loquentium, quod celatum velint. *Musinare* autem, maioris soti, & proximi ad tumultum. DEXTRA OCCIDIT IPSA SVA] *αὐτὴ χειρ, αὐτὸ δάνατ*. STRICTIS QVE SEGES MVCRONIBVS HORRET] Ex Ennio, & Hom. Il. v. ἐφελεν δὲ μάχη φειγίμβροτ' ἐγχείησι. CYRRVM VERSAS] ἀρμαπλάστεις

- Vt primùm discussæ vmbrae, & lux reddita menti est:
- 670 Ardentes oculorum orbés ad mœnia torsit  
Turbidus, eque rotis magnam respexit ad urbem.  
Ecce autem flammis inter tabulata volutus  
Ad cælum vndabat vortex, turrimq̃ue tenebat:  
Turrim, compactis trabibus quam eduxerat ipse,  
675 Subdideratq̃ue rotas, pontesq̃ue instrauerat altos.  
Iam, iam fata soror superant, absiste morati:  
Quò deus, & quò dura vocat fortuna, sequamur.  
Stat conferre manum Æneæ: stat, quicquid acerbi est  
Morte pati: nec me indecorem germana videbis  
680 Amplius: hunc oro sine me furere antè furorem.  
Dixit: & è curru saltum dedit ocyus aruis:  
Perq̃ue hostes, per tela ruit, mœstàmque sororem  
Deferit, ac rapido cursu media agmina rumpit.

DISCVSSE VMBRÆ] Suprà: sol pallentes discuit vmbrae: & Lucr. 4. nigras discuit vmbrae Aëris illius. ARDENTES OCVL. ORB. AD MOEN. TORSIT] Sic & Cicero Catilin. 2. de Catilina vrbe eiecto: Retorquet oculos sæpe ad hanc urbem, quam ex suis faucibus esse ereptam iuger. Suprà item lib. 4. oculosq̃ue ad mœnia torsit Regia: & Eurip. in Medea: ἀμείνων δ' ἀπο κέρας ἐρήρουσαι, &c. Vt autem hic, *oculorum orbés*, sic & de OEdipode à se ipso excæcato in Tyr. Sophocl. ἔπαισαν ἀφ' ἑαυτῶν αὐτὰ κνίκων, ἀνδρῶν τοιαύτῶν. & idem in Philoctet. sub p̃ersona Philoctetæ, πῶς ὦ τὰ πέντ' ἰδόντες ἀμφοτέρω κνίκαι ταύτ' ἐξαναχρήσθη, &c. AD CÆLV M VNDABAT VORTEX] Suprà Georg. 1. Vndantem ruptis fornacibus Ætiam. SUBDIDERATQVE ROTAS] Suprà 2. Æn. pedibusq̃ue rotarum subiiciunt lapsus. IAM, IAM FATA SOROR SUPERANT] Suprà: frangimur heu fati, ferimurq̃; procella. QVO DEVS, ET QVO DV. VO. FOR. SEQUAMVR] Suprà: quò fata trahunt, retrahuntq̃ue, sequamur. FVRERE ANTE FVROREM] Anacreontis imitatione: ἀγε θυμὸς πῆ μέμνησαι, μάντιν μανείας ἀρίστου; Sic & Propert. Lynceus ipse meus leitos ianfanit amores. Aristoph. οὐκ ἔστι μανίας μάντις ἐν οὐκί, γρη σπένδειν.

- 685 Ac veluti montis saxum de vertice præceps,  
Cum ruit auulsum vento, seu turbidus imber  
Proluit, aut annis soluit sublapsa vetustas,  
Fertur in abruptum magno mons improbus actu,  
Exultatq̃ue solo, sylvas, armenta, virosq̃ue  
Inuoluens secum. disiecta per agmina Turnus  
690 Sic vrbis ruit ad muros, vbi plurima fuso  
Sanguine terra madet, stridentq̃ue hastilibus auræ:  
Significatq̃ue manu, & magno simul incipit ore.  
Parcite iam Rutuli, & vos tela inhibete Latini:  
Quæcumque est fortuna, mea est: me verius vnum  
695 Pro vobis fœdus luere, & discernere ferro.  
Discesere omnes medij, spatiumq̃ue dedere.  
At pater Æneas audito nomine Turni,  
Deferit & muros, & summas deferit arces:  
Præcipitatq̃ue moras omnes, opera omnia rumpit,  
700 Lætitia exultans, horrendumq̃ue intonat armis,

Quantus

Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse corufcis  
Cum fremit ilicibus quantus, gaudetq̃ue niuali  
Vertice se attollens pater Appenninus ad auras.

AC VELVTI MONTIS SAXVM, &c.] Ex Il. v. ἀντιφύ μεμασὸς ὀδοὶ πρὸς ἄσ' ἀπὸ πέρης ἐντὲ κρ' *σεάυης ποταμὸς γρημάρη*. ὡση, ρίξας ἀπὸ τῶ ὀμβροῦ ἀναείδους ἔχματα πέρης, ὡς τ' ἀναδράκων πέρης, κτυπέει δ' ἀπὸ ὕψους ὡση, ὁ δ' ἀσφαλέως θέει ἔκπεδον ὄρη' ἀν' ἰκνῆ) ἰσόπεδον, τότε δ' ὄρη κωνίη) ἐσόμενος ἄσ'. VBI PLVRIMA FVSO SANG. TER. MADET] Od. λ. αἷμα δ' ἀέτω γαίᾳ. &c. δ' ἀπέδον δ' ἀπὸν αἷμα π' ἰδὲν. STRIDENT QVE HASTIL. AVRÆ] Homero πρὸς οὐρα λόγῳ. SIGNIFICATQVE MANV] Orph. Ἄρκα δειμαίνοντες, ἐσημνῶντο δὲ χερσὶ. ME VERIVS VNVM] Vt iustum pro vero, ita vicissim verum pro iusto. Cic. ad equites Romanos: Nam neque maius est defendere vnum, quàm populum, neque verius à singulis, quàm ab omnibus, repetere officij præmium & fructū. Idem pro domo sua: sed quid ad te, qui negas esse verum, quenquam Reip. extra ordinem præfici? Item Horat. Metiri se quemque suo modulo, ac pede, verum est. DISCESSERE OMNES MADI, &c.] Circuitu verborum expressit illud Hom. Od. 3. κρηδὸν δ' ἀρρωμα ἀγῶνα.

- Iam verò & Rutuli certatim, & Troës, & omnes  
705 Conuertere oculos Itali, quiq̃ue alta tenebant  
Mœnia, quiq̃ue imos pulsabant ariete muros:  
Armaque deposuere humeris. stupet ipse Latinus  
Ingentes, genitos diuersis partibus orbis,  
Inter se coiisse viros, discernere ferro.  
710 Atque illi, vt vacuo patuerunt æquore campi,  
Procurfu rapido coniectis eminus hastis,  
Inuadunt Martem clypeis, atque ære sonoro.  
Dat gemitum tellus. rum crebros ictibus ictus  
Congeminant: fors, & virtus miscentur in vnum.  
715 Ac velut ingenti Sylâ, summòque Taburno  
Cum duo conuersis inimica in prælia tauri  
Frontibus concurrunt, pauidi cessere magistri:  
Stat pecus omne metu mutum, mullantq̃ue iuuençæ,  
Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur:  
720 Illi inter sese multa vi vulnera miscent:  
Cornuaque obnixi infigunt, & sanguine largo  
Colla, armosq̃ue lauant: gemitu nemus omne remugit.  
Haud aliter Tros Æneas, & Daunius heros  
Concurrunt clypeis: ingens fragor æthera complet.

INTER SE COIISSE VIROS, ET CERNERE FERRO] *Cernere ferro*, vt Ennius dixit: fertocetnamus vtrique. Credo non remotam vim habere apud Hom. Od. σ. κρήνη, & pro *dirimere* *decidere* accipiendum in eo versu de Troiano, ἴππων τ' ὠκυπέδων ἀπὸ βίτορας, οἵ κε τάχιστα ἐκέναν μέγα νεῖκος δ' αἰεὶ σὺν ἑσπέρων ἐναντίοι ἵππεταύρω φασγάνῳ ἀμείβοντες νεκροῦσθε δυνάμειον. Lucr. lib. 6. vt non tam concurrere nubes Frontibus aduersis possint, &c. CONCVRVNT CLYPEIS] Hom. Il. π. πλωέλιος δὲ λυκωντε σὺν ἑσπέρων.

- 725 Iupiter ipse duas æquato examine lances  
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum:  
Quem damnet labor, & quò vergat pondere lethum.  
Emicat hîc, impunè putans, & corpore toto  
Altè sublatum consurgit Turnus in ensem:  
730 Et ferit. exclamant Troës, trepidiq̃ue Latini:  
Arrectæque amborum acies, at perfidus ensis  
Frangitur, in medioq̃ue ardentem deferit ictu,

Ni fu

Ni fuga subsidio subeat: fugit ocyor Euro,
Vt capulum ignotum, dextramque aspexit inermem.
735 Fama est, præcipitem, cum prima in prælia iunctos
Conscendebat equos, patrio mucrone relicto,
Dum trepidat, ferrum aurigæ rapuisse Metifci:
Idque diu, dum terga dabant palantia Teucris,
Sufficit. postquam arma dei ad Vulcania ventum est,
740 Mortalis mucro, glacies ceu futulis, icstu
Diffiluit: fulua resplendent fragmina arena.

IUPITER IPSE DVAS ÆQ. EXAM. LANCES] Ζεύς ab Homero ζυγοςάτης, & ὕψιζυγος, aut
in alto sedens, aut trutinans. vt putant nonnulli, tanquam ὁ ἀνω σαδμζικων τὰ κατ' ἀνθρώπους, ἢ ὅτι
ζυγος πάλαντ' ἔω, ὁ ἀνω σαδμζικων τὰ κατ' ἀνθρώπους, ἢ ὅτι
quod nullibi ζυγος ab Homero ad lancem referatur: nam, vt inquit, ζυγος ὀδὸν ἀριεταύθη ἢ ἀναζήσι, ἢ
ζυγοςδρασιον, ἰμάριον τὸν ζυγὸν ἔχει ζέων ζέων. Hi autem Virgilij versus ex illis Hom. sunt petiti:
τοτε δὴ χεῖρ' ἔσεν πατὴρ ἑτί τ' αἰετὰ τέλαυτα, ἐν δ' ἐτίθει δὴδ κήρε παυλοζήθη. θανάτοιον, τὴν δ' ἀρχαλιθ, τὴν δ' ἑα
πορθη. ἵπ' τοδ' ἀίωιο, ἔλαε δὲ μέσση λαβὼν, ἔβηπε δ' ἔκτορος αἰσιμοῦ ἢ ἑρ, ὅρθε δ' εἰς ἀΐδω, λήπε δὲ εἰς φοῖβη θ' ἀπὸδω.
Qui ferè versus prius positi sunt Il. 3. nisi quod hic fata Græcorum & Troianorum trutinantur, illic
Hectoris & Achilles. Iouis autem huius statera ineminit & Il. π. ἀέλλετο δ' ἀλλοῖς τρώων φολζέμιοι, γὼ
δὲ δίδε ἱερά τέλαυτα. Item Il. τ. φολλόπηθ. — ἦς τε πλέστω ῥέ καλὰ μέτω ζθονή ζαλιζ, ἔχρθε, ἀέμετθ. δ' ἔλθρη,
ἐσάλω κλίνησι τέλαυτα ζέω, ἢς τ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέπουθ. & Æsch. in Pers. δέμωον τέλαυτα βοῖσας
ἢ ἰσθρόθω τύχη. Vt autem ζέω ζυγοςάτης subindè Græcis libripēs, sic & Æschylo in Suppl. ἐπερρῆσπης,
his verbis: ζέωκοποι ζέω ἐπερρῆσπης, νέμωον εἰλόθωσ ἀδικοῦ δ' κακοῖς, ἵππη δ' ἐνομίμοι, π, ῥ δ' ἔἴσω βεπομίμοι,
μεταλζῆσι τὸ δέωον ἔρθε. Vt autem hic, ἐσ. ατο εκασμνε, sic idem Æsch. σὺν δ' ἔπτηζ ζυγὸν ταλάντων vbi
interpres, ἔπτηζ ζυγὸν δέωον ἀνὸν ζυγὸν ταλάντων. Theophris quoque Ioui libram tribuit: ζέωζ ἔρτοι τὸ
τάλαντον διήρρῆσπης ἀίλοθι ἀέλλω. Quia etiam versus Tibulli, ad regendam trutinæ librationem pertinen-
tes, longè elegantissimi mihi visi sunt, nec Græcis cedere, eos & superioribus atextendos putavi,
ad Messalam. Quisne tibi maiora gerit castrisue, foroue, Nec tamen hinc, aut hinc, tibi laus ma-
iorue, minorue, luit a pari premitur veluti cum pōdere libra, Prona, nec hac plus parte sedet, nec
furgit ab illa, Qualis inæquatium si quando onus vrget vtrinque, Instabilis natat aeterno depressior
orbe. QVO VERGAT PONDERE LETHVM] hoc est, ὡς παρρῆσπη vnde & κατὰ βῆσπης. Et in cer-
tamine singulari Achilles & Memnonis Calab. lib. 3. ζέω δ' ἰδωσ τέλαυτα ὑμῖν ἑσέωσ ἀέλλωσ, τὰ δ' ἔα ἵπ-
τα πέλοθω. AT PERFIDVS ENSIS] Suprà: fidum capiti subduxerat ensēm: & loricæ fidelis.
MORTALIS MYCRO GLACIES CEV FVTILIS] Nimirū ferrum ipsum congelati, & con-
crescere docet Aristot. eo Meteor. lib. 4. loco, vbi πῦξιν, & πῦξιν metallorum aliorum que corporum
pertraçtat. Vnde & Lucr. Tum glacies aris flamma deuicta liquefcit. Futilis autem χυμῖθ. Fetus
